aggerum. Numquid non audisti quæ olim feci eis? Et dicebam antiquis ego plasmaui illud. et nunc adduxi. Et factum est in eradicationem colliuiæ pugnantium. et ciuitatum munitarum. Habitatores earum breuiata manu contremuerunt. et confusi sunt. Facti sunt sicut fenum agri. et gramen pascue. et herba tectorum. quæ exaruit antequam maturescat. Habitationem tuam et egressum tuum et furorem tuum cognoui. et insaniam tuam contra me. Cum furore aduersum me. superbia tua ascendit in aures meas. Ponam ergo circulum in naribus tuis. et frenum in labiis tuis. et reducam te in uiam per quam uenisti. Tibi autem hoc erit signum. Comedes hoc anno quæ sponte nascuntur. et anno secundo pomis uescere. In anno autem tertio seminate et metite. et plantate uineas et comedite fructum earum. Et adiiciet quod saluatum fuerit de domo iuda. et quod reliquum est radicem deorsum. et faciet fructum sursum. quia de hierusalem exibunt reliquiæ. et saluatio de monte sion. Zelus domini exercituum faciet istud. Propterea hæc dicit dominus deus de rege assyriorum. Non introibit ciuitatem hanc. et non iaciet ibi sagittam. et non occupabit eam clipeus. et non mittet in circuitu eius aggerem. In uia qua uenit per eam reuertetur. et ciuitatem hanc non ingredietur. dicit dominus. Et protegam ciuitatem istam. ut saluem eam. propter me. et propter dauid seruum meum. Egressus est autem angelus domini. et percussit in castris assyriorum. centum octoginta quinque milia. Et surrexerunt mane. et ecce omnia cadauera mortuorum. egressus est. et abiit. Et reuersus est sennacherib rex assyriorum. et habitauit in niniue. Et factum est cum adoraret in templo nesrach deum suum. adramelech et sarasar filii eius percusserunt eum gladio. fugerunt in terram armenia. Et regnauit asarhaddon filius eius pro eo.

In diebus illis egrotauit ezechias usque ad mortem. et introiuit ad eum ysaias filius amos propheta. et dixit ei. Hæc dicit dominus deus. Dispone domui tuæ. quia morieris tu et non uiues. Et conuertit ezechias faciem suam ad parietem. et orauit ad dominum. et dixit. Obsecro domine memento quæso quomodo ambulauerim coram te in ueritate. et in corde perfecto. et quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factum est uerbum domini ad ysaiam dicens. Vade et dic ezechiæ. Hæc dicit dominus deus. deus dauid patris tui. Audiui orationem tuam. et uidi lacrimas tuas. Ecce ego adiciam super dies tuos xv annos. de manu regis assyriorum eruam te. et ciuitatem istam. protegamque eam. Hoc autem erit tibi signum a domino. quia faciet dominus uerbum hoc quod locutus est. Ecce ego faciam reuerti umbram linearum per quas descenderat in horologio achaz in sole retrorsum. x. lineis. Et reuersus est sol x lineis. per gradus quos descenderat. Scriptura ezechiæ regis iude cum egrotasset et conualuisset de infirmitate sua. Ego dixi. In dimidio dierum meorum. uadam ad portas inferi. Quæsiui residuum annorum meorum. Dixi. Non uidebo dominum deum in terra uiuentium. Non aspiciam hominem ultra. et habitatorem quietis. Generatio mea ablata est. et uoluta est a me quasi tabernacula pastorum. Præcisa est uelut a texente uita mea. dum adhuc ordirer succidit me. De mane usque ad uesperam finies me. Sperabam usque ad mane. quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. De mane usque ad uesperam finies me. Sicut pullus hirundinis sic clamabo. meditabor ut columba. Attenuati sunt oculi mei. suspicientes in excelsum. Domine ui patior. responde pro me. Quid dicam aut quid respondebit michi cum ipse fecerit. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine si sic uiuitur. et in talibus uita spiritus mei. Corripies me et uiuificabis me. ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam. ut non periret. proiecisti post tergum omnia peccata mea. Quia non



fe:mus ꝓfitebim: tbi. nꝫ mors laudab te. non expectabunt qui descendunt i lacum ueritatem tuam. Viuens uiuēs ipe ꝓfitebit: tbi. sicut ego hodie. Pat: filijs notam faciet ueritatem tuā. Domine saluum me fac. ꝫ psalmos nr̄os cantabimus oēs dieb⁹ uite nr̄e in domo domini. Et iussit ysaias ut tollerent massam de ficis. ꝫ cataplasmarēt ꝫ super: uulnus ꝫ sanaretur. Et dixit ezechias. Quod erit signum. quia ascendam in domū dñi:

XXXIX

In illo tempore misit merodach baladam filius baladan rex babylonis libras ꝫ munera. ad ezechiam. Audierat enim q̄ egrotasset. ꝫ ualuisset. Letatus ē aut̄ sup: eis ezechias. ꝫ ostendit eis cellam aromatum. ꝫ argentū ꝫ aurū ꝫ aromatū. ꝫ unguenta optima. ꝫ omnes apotecas suppellectilis sue. ꝫ uniuersa que inuenta sunt in thesauris eius. Nō fuit uerbum quod non ostenderet eis ezechias. in domo sua ꝫ in omni potāte sua. Intrauit aut̄ ysaias ꝓpha ad regem ezechiam. ꝫ dixit ei. Quid dixerūt uiri isti. ꝫ unde uenerunt ad te? Et dixit ezechias. De terra longinqua uenerūt ad me. de babilone. Et dixit. Quid uiderunt in domo tua? Et dixit ezechias. Omnia que in domo mea sunt uiderunt. Non fuit res quam non ostenderim eis. in thesauris meis. Et dixit ysaias ad ezechiam. Audi uerbum dñi exercituum. Ecce dies uenient. ꝫ auferentur omnia que in domo tua sunt. ꝫ que thesaurizauerunt patres tui. usq; ad diem hanc in babilonem. Non relinq̄tur: quicq̄d. dicit dominus. Et de filijs tuis qui exibunt de te. quos genueris tollent. ꝫ erunt eunuchi in palatio regis babilonis. Et dixit ezechias ad ysaiam. Bonum uerbum domini. quod locutus ē. Et dixit. Fiat pax ꝫ ueritas in diebus meis.

XL

Consolamini consolamini pplm meus. dicit dominus deus ur. Loquimini ad cor ierlm ꝫ aduocate eam. quia oplet⁹ ē malitia eius. dimissa ē iniquitas illi. Suscepit de manu dñi duplicia. pro omnib⁹ pccis suis. Vox clamantis in deserto. Parate uiam domini. rectas facite in solitudine semitas dei nr̄i. Oīs uallis implebit⁹. ꝫ omnis mons ꝫ collis humiliabit⁹. ꝫ erunt prāua in directa. ꝫ aspera in uias planas. Et reuelabit⁹ gla domini. ꝫ uidebit. ꝫ omnis caro pariter. quod os domini locutum est. Vox dicentis. Clama. Et dixi. Quid clamabo? Omnis caro fenum. ꝫ omis gla eius tanq̄ flos agri. Exsiccatum ē fenum ꝫ decidit flos. quia spūs dñi insufflauit in eo. Vere fenum est poplus Exsiccatum ē fenum ꝫ decidit flos. uerbū aut̄ dei nr̄i manet in eternum. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas syon. exalta in fortitudine uocem tuam qui euangelizas ierlm. Exalta noli timere. Dic ciuitatib⁹ iude. Ecce deus ur. ecce dominus deus in fortitudine ueniet. ꝫ brachium eius dñabitur. Ecce merces eius cum eo. ꝫ opus illius coram ipo. Sicut pastor gregem suum pascet. in brachio suo congregabit agnos. ꝫ in sinu suo leuabit. fetas ipe portabit. Quis mensus ē pugillo aq̄s. ꝫ celos palmo ponderauit? Quis appē dit tribus digitis molem terre. ꝫ librauit in pondere montes ꝫ colles in statera? Quis adiuuit spm domini. aut quis consiliarius eius fuit. ꝫ ostendit illi? Cui quo iniit consilium ꝫ instruxit eum. ꝫ docuit eum semitam iustitie. ꝫ eruditi eum sciam. ꝫ uiam prudentie ostendit illi? Ecce gentes quasi stilla situle. ꝫ quasi momentū statere reputate sunt. Ecce insule quasi pulus exiguus. ꝫ libanus non sufficiet ad succendendū. ꝫ animalia eius non sufficient ad holocaustum. Omnes gentes quasi nō sint. sic sunt coram eo. ꝫ quasi nichilū ꝫ inane reputate sunt ei. Cui ergo similem fecistis deum. aut q̄s ymaginem ponetis ei? Numquid sculptile ꝓflabit faber. aut aurifex auro figurabit illud. ꝫ lammis argenteis argentarius. Eligit lignum ꝫ imputribile elegit: artifex sapiens. querit quomodo statuat simulacrum quod non moueatur. Numquid non scietis? Numquid non audistis? Numquid non annuntiatū ē uobis ꝫ

ab initio? Numquid non intellexistis fundamenta terre? Qui sedet super gyrum terre: habitatores eius sunt quasi locuste. Qui extendit velut nichilum celos. et expandit eos sicut tabernaculum ad habitandum. Qui dat secretorum scrutatores qui non sunt. quasi nichilum fecit iudicantes terram. Et quidem. neque plantatus. neque satus. neque radicatus in terra truncus eorum. repente flauit in eos et aruerunt. et turbo quasi stipulam auferet eos. Et cui assimilastis me. et adequastis me dicit sanctus. Leuate in excelsum oculos uestros. et uidete quis creauit hec. Qui educit in numero militiam eorum. et omnes ex nomine uocat. pre multitudine fortitudinis et roboris uirtutisque eius. neque unus reliquum fuit. Quare dicis iacob et loqueris israhel. abscondita est uia mea a domino et deus meus iudicium meum transibit? Numquid nescis. aut non audisti? Deus sempiternus dominus qui creauit terminos terre. non deficiet neque laborabit. nec est inuestigatio sapientie eius. Qui dat lasso uirtutem. et his qui non sunt fortitudinem. et robur multiplicat. Deficient pueri et laborabunt. et iuuenes infirmitate cadent. Qui autem sperant in domino mutabunt fortitudinem. assument pennas sicut aquile. current et non laborabunt. ambulabunt et non deficient.

XVI

Accedant ad me insule. et gentes mittent fortitudinem. Accedant tunc loquantur simul ad iudicium propinquemus. Quis suscitauit ab oriente iustum. et uocauit eum ut sequeretur se? Dabit in conspectu eius gentes. et reges obtinebit. Dabit quasi puluerem gladio eius. sicut stipulam uento rapacem arcui eius. persequetur eos et transibit in pace? semita in pedibus eius non apparebit. Quis hec operatus est et fecit? Vocans generationes eius ab exordio. Ego dominus primus et nouissimus ego sum. Viderunt insule et timuerunt extrema terre. obstupuerunt appropinquauerunt et accesserunt. Vnusquisque proximo suo auxiliabitur. et fratri suo

dicet. Confortare. Confortauit faber ferrarius percutiens malleo eum qui ducebat eum nunc pro uice gluteo bonum est. Et confortauit eum in clauis ut non moueatur. Et tu israhel seruus meus iacob quem elegi. semen abraam amici mei. in quo apprehendi te ab extremis terre. et a longinquis eius uocaui te. et dixi tibi. Seruus meus es tu. elegi te et non abiecti te. Ne timeas. quia ego tecum sum. Ne declines. quia ego deus tuus. Confortauit te. et auxiliatus sum tibi. et suscepit te dextera iustitie mee. Ecce confundentur et erubescent omnes qui pugnant aduersum te. erunt et peribunt uiri qui contradicunt tibi. Quieres et non inuenies uiros rebelles tuos. Erunt quasi non sint. et uiuum consumptio hominis bellantes aduersum te. quia ego dominus deus tuus apprehendens manum tuam dicensque tibi. Ne timeas quia ego adiuui te. Noli timere uermis iacob. qui mortui estis israhel. Ego auxiliatus sum tui dicit dominus. et redemptor tuus sanctus israhel. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum. habens ordines. frangis montes et comminues. et colles quasi puluerem ponis. Ventilabis eos et uentus tollet. et turbo dispergit eos. et tu exultabis in domino. et in sancto israhel letaberis. Egeni et pauperes querunt aquas. et non sunt. lingua eorum siti arsit. Ego dominus exaudiam eos. deus israhel non derelinquam eos. Aperiam in supernis collibus flumina. et in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagna aquarum. et terram in uenas aquarum. Dabo in solitudine cedrum. et spinam et murtum et lignum olee. Ponam in deserto abietem. ulmum et buxum simul. ut uideant et sciant et recognoscant. et intelligant pariter. quia manus domini fecit hec et sanctus israhel creauit illud. Prope facit iudicium uim dicit dominus. Afferte si quid fortius dicit rex iacob. Accedant et annuntient nobis quecumque uentura sunt. priora que fuerint nuntiate et ponemus cor nostrum. et sciemus nouissima eorum. atque uentura sunt

uidicate nobis. Annuntiate nobis q̃ que uentura sunt in futurum. & sciem̃ quia dñi estis uos. Bene quoq; aut & male si poteritis facere. & loquamur & uideamus simul. Ecce uos estis ex nichilo. & opus uestrum ex eo quod non est. Abhominatio é qui elegit uos. Suscitaui ab aquilone. & uenit ab ortu solis uocabit nomen meum. & aduenit magistratus quasi lutum. & quasi figulus conculcans bitumen. Quis annuntiauit ab exordio ut sciamus. & a principio ut dicamus iustus es. Non é annuntians. nec predicens neq; audiens uerba sermones uestros. Primus ad syon dicet. ecce adsunt. & euangelistam dabo. Et uidi & non erat consilii neq; qui interrogatus uerbum. Ecce omnes inuestigatores & uana opera eorum. uentus & inanes simulacra eorum.

XLII

Ecce seruus meus suscipiam eum. electus meus complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum super eum. iudicium gentibus proferet. Non clamabit neq; accipiet personam. neq; audietur foris uox eius. Calamum quassatum non conteret. & linum fumigans non extinguet. In ueritate educet iudicium. Non erit tristis nec turbulentus donec ponat in terra iudicium. & legem eius insule expectabunt. Hec dicit dominus deus creans celos & extendens eos. firmans terram. & que germinant ex ea. dans flatum populo qui est super eam. & spiritum calcantibus eam. Ego dominus uocaui te in iustitia. & apprehendi manum tuam. Et seruaui te. & dedi te in fedus populi in lucem gentium. ut aperires oculos cecorum. & educeres de conclusione uinctum. de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dominus. hoc é nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. & laudem meam sculptilibus. Que prima facta ecce uenerunt. noua quoq; ego annuntio. antequam oriantur audita faciam uobis. Cantate domino canticum nouum. Laus eius ab extremis terre. qui descenditis in mare & plenitudo eius insule

uibitatores earum. Leuet desertum & ciuitates eius in domibus habitabit cedar. Laudate habitatores petre. de uertice montium clamabunt. Ponent domino gloriam & laudem eius in insulis nuntiabunt. Dominus sicut fortis egredietur. sicut pugnator suscitabit zelum. Vociferabitur & clamabit. super inimicos suos confortabitur. Tacui semper. silui. patiens fui. sicut parturiens loquar. Dissipabo & absorbebo simul desertos faciam montes & colles & omne gramen exsiccabo. Et ponam flumina in insulas. & stagna arefaciam. Et ducam cecos in uiam quam nescierunt. in semitis quas ignorauerunt ambulare faciam eos. Ponam tenebras eorum coram eis in lucem. & prauia in directa. Hec uerba feci eis. & non derelinqui eos. Uersi sunt retrorsum. Confundantur confusione qui confidunt in sculptili. qui dicunt conflatili uos dii nri. Surdi audite. & ceci intuemini ad uidendum. Quis cecus nisi seruus meus. & surdus nisi ad quem nuntios meos misi? Quis cecus nisi qui uenundatus é? Quis cecus nisi seruus meus? Qui uides multa. nonne custodies? Qui apertas habes aures. nonne audies? Dominus uoluit ut sanctificaret eum. & magnificaret legem & honorificaret. Ipse autem populus direptus & uastatus. Laqueus inuentum omnes. & in domibus carcerum absconditi sunt. Facti sunt in rapinam. nec é qui eruat. in direptionem. & non é qui dicat redde. Quis é in uobis qui audiat hec. & attendat & auscultet futura? Quis dedit in direptionem iacob. & israel uastantibus. Nonne domino ipse cui peccauimus? Et noluerunt in uiis eius ambulare. Et non audierunt legem eius. & effudit super eum indignationem furoris sui & fortitudinem belli. Et combussit eum in circuitu. & non cognouit. & succendit eum & non intellexit.

XLIII

Et nunc hec dicit dominus creans te iacob. & formans te israel. Noli timere quia redemi te. & uocaui te nomine tuo. Meus es tu. Cum transieris per aquas tecum ero. & flumina non operi

VBAVE

ent te. Cum ambulaueris in igne non
buraris. & flāma non ardebit in te: &
quia ego dominus deus tuus sanctus
ifrl saluator tuus. Dedi propitiationē
tuam egiptum ethiopiam & saba pro
te. Et quo honorabilis factus es oculis
meis & gloriosus. ego dilexi te. Et
dabo homines pro te: & populos pro ani
ma tua. Nolite timere: quia ego tecum sum.
Ab oriente adducam semen tuum. & ab
occidente congregabo te. Dicam aquilo
ni: & austro noli prohibere. Affer filios
meos de longinquo. & filias tuas ab extre
mis terre. Et omnem qui invocat no
men meum. in gloriam meam creaui eū.
& formaui eum & feci eum. Educ foras
populum cecum & oculos habentem. surdi
& aures ei sunt. Omnes gentes congregā
sunt simul. & colligent sunt tribus. Quis inter
annuntiet istud. & quæ prima sunt au
dire nos faciat. Det testes eorum & ius
tificentur. & audiant & dicant. Vere
testes mei dicit dominus. & famulus meus
quem elegi ut sciatis & credatis mihi
& intelligatis quia ipse ego sum. Ante me
non est formatus deus. & post me non erit.
Ego sum ego sum dominus. & non est absq
me saluator. Ego annuntiaui & saluam
audituum feci. & non fuit in uobis alienus
Vos testes mei dicit dominus. ego deus.
Ab initio ego ipse. & non est qui de manu
mea eruat. Operabor. & quis auertet illud.
Hec dicit dominus redemptor tuus. sanctus isrl.
Propter uos emisi in babylonem. & deposui
uectes omnes eorum. & caldeos in nauibus
suis gloriantes. Ego dominus sanctus uester.
creans isrl rex uester. Hec dicit dominus q
dedit in mari uiam. & in aquis ualentibus
semitam. Qui eduxit quadrigā & equum
& agmen & robustum. simul. Dormie
runt nec resurgent. & extincti sunt. quasi li
num extincti sunt. Ne memineris pri
orum. & antiqua ne intueamini. Ecce ego
facio noua. & nunc orientur. utique co
gnoscetis ea. Ponam in deserto uiam. et
in inuio flumina. Et glorificabit me be
stia agri. dracones & struthiones. quia
dedi in deserto aquas & flumina in inuio.
ut darem potum populo meo electo meo.
Populum istum formaui mihi. laudē
meam narrabit. Non me inuocasti la

cob. nec laborasti in me israel. Non obtu
listi mihi arietem holocausti tui. & victi
mis tuis non glorificasti me. Non te ser
uire feci in oblatione. nec laborem tibi
præbui in thure. Non emisti mihi argē
to calamum. & adipe uictimarum tuarum
non inebriasti me. Verumtamen fuisti me
grauis in peccatis tuis. præbuisti mihi la
borem in iniquitatibus tuis. Ego sum
ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas
propter me. & peccatorum tuorum non recorda
bor. Reduc me in memoriam. & iudi
cemur simul. Narra si quid forte iniu
stificeris. Pater tuus primus peccauit. &
interpretes tui preuaricati sunt in me.
& contaminaui principes sanctos. Dedi ad in
terminationē iacob. & israel in blasphemiam.

Et nunc audi iacob seruе meus. & israel
quem elegi. Hec dicit dñs
faciens & formans te. ab
utero auxiliator tuus. Noli timē seruе
meus iacob. & rectissime quem elegi. &
Effundam enim aquam super sitientē.
& fluenta super aridam. Effundā spiri
tum meum super semen tuum. & benedictiones
meas super stirpem tuam. Et germi
nabunt inter herbas quasi salices iuxta
præterfluentes aquas. Iste dicet dñi e
go sum. & ille uocabit in nomine iacob.
Et hic scribet manu sua domino. & in
nomine israel assimilabitur. Hec dicit
dominus rex israel. & redemptor eius
dñs exercituum. Ego primus & ego
nouissimus. & absq me non est deus.
Quis similis mei. Vocet & annuntiet &
ordinem exponat mihi. ex quo constitui
populum antiquum. Ventura & quæ futura
sunt. annuntient eis. Nolite timere neq
contremiscere. Ex tunc audire te feci. et
annuntiaui. Vos testes mei. Numquid est
deus absq me. & formator quem ego
non nouerim. Plaste uoluit omnis mun
dus. & amantissima eorum non prode
runt eis. Ipsi sunt testes eorum. quia non
uidentes nec intelligunt ut confundantur.
Quis formauit deum & sculpsit conflatile
ut ad nichil utile. Ecce omnes parti
cipes eius confundentur. fabri enim sunt
ex hominibus. Conueniant omnes. stent
que & pauebunt. & confundentur simul.



Fabr ferrarius lima operatus ē in pru
nis 7 in malleis illū formauit 7 operat
ē in brachio fortitudinis sue. Sitiet
7 deficiet. non bibet aquam 7 lassescet
Arifex lignarius extendit normam
formauit illud in rumcina. Fecit illud
in angulabo. 7 in circino formauit illd
7 fecit illi ymaginem uiri quasi speciosum hominem habitantem in domo. Sui
dixit cedros tulit ylicem 7 quercum q
firmata erat inter ligna saltus. Plantauit
pinum quam pluuia nutriuit. 7 fca ē
hominib⁹ in focum. Sumpsit ex eis et
calefactus ē: 7 succendit 7 coxit panes. 7
De reliquo aut operatus ē deum. 7 ado
rauit. Fecit sculptile. 7 curuatus ē ante
illud. Medium aut obustit igni. 7 de
medio eius carnes comedit. Coxit 7
pulmentum 7 saturatus ē. 7 calefactus ē et
dixit. Vah calefactus sum. uidi focū. Re
liquum aut deum fecit. 7 sculptile sibi.
Curuauit ante illud. 7 adorauit illud. et
obsecrauit dicens. Libera me. quia deus
meus es tu. Nescierunt nr̄s intellectū
Oblitū enim sunt. ne uideant oculi eor.
7 ne intelligant corde suo. Non recogitat
in mente sua. nr̄s cognoscunt. nr̄s sentiet
ut dicant. Medietatem eius obusti ig.
7 cocti super carbones eius panes. coxi
carnes 7 comedi. et de reliquo eius uo
lumen faciam. Ante truncum ligni prosternam. Pars eius cinis ē. cor insipiens
adorabit illud. 7 non liberabit animā
suam. nr̄s dicet. Nonne mendacium est i
dextera mea. Memento horum iacob
7 isr̄l' quia puer meus es tu. Formauit
te. Seruus meus es tu isr̄l'. non obli
uiscere mei. Delevi ut nubem iniquitates tuas. 7 quasi nebulam peccata tua. Re
uertere ad me quia redemi te. Laudate
celi. quia misericordiam fecit dominus. iubila
te extrema terre. resonate montes laudationem. saltus 7 omne lignum eius.
quia redemit dominus iacob. 7 isr̄l' glo
biatur. Hec dicit dñs redemptor tuus
7 formator tuus ex utero. Ego sum
dominus faciens omnia. extendens
celos solus. stabiliens terram. 7 nullus
mecum. frita faciens signa diuinorum.
7 ariolos in furorem uertens. Conuer
tens sapientes retrorsum. 7 sciam eorum

stultam faciens. Suscitans uerbum
serui sui. 7 consilium nuntior suor⁹ ples.
Qui dico ierlim habitaberis. 7 ciuitatibus
iude edificabimini. 7 deserta eius suscitabo. Qui dico profundo desolare. et
flumina tua arefaciam. Qui dico cyro
pastor meus es. 7 omnem uoluntatem
meam ꝓplebis. Qui dico ierlim edifi
caberis. 7 templo fundaberis.

XLIV

Et dicit dominus xp̄o meo cyro. cuius apprehendi dexteram. ut subiciam ante fa
ciem eius gentes. 7 dorsa
regum uertam. Et aperiam coram eo
ianuas. 7 portę non claudentur. Ego
ante te ibo. 7 gloriosos terre humiliabo.
portas ereas conteram. 7 uectes ferreos
confringam. Et dabo tibi thesauros abscō
ditos. 7 archana secretorum. ut scias q
ego dominus qui uoco nomen tuum
deus isr̄l'. ꝓpter seruum meum iacob. 7
isr̄l' electum meum. Et uocaui te i no
mine meo. assimilaui te 7 non cognouisti me. Ego dominus 7 non ē aplī.
7 extra me non ē deus. Accinxi te 7 nō
cognouisti me. Vt sciant hi qui ab ortu solis. 7 qui ab occidente. quia absq;
me non ē deus. Ego dominus 7 non
ē alter. formans lucem 7 creans tene
bras. faciens pacem 7 creans malum.
Ego dominus faciens omnia hec. 7
Rorate celi desuper 7 nubes pluant
iustum. Aperiatur terra 7 germinet
saluatorem. 7 iustitia orietur simul. Ego dominus creaui eum. Ve qui ꝛdi
ctor fictori suo. testa de testis terre. Numq
dicet lutum figulo suo. quid facis. et
opus tuum absq; manibus ē. Ve qui
dicit patri quid generas. 7 mulieri qui
parturis. Hec dicit dominus sanctus isr̄l'
plastes eius. Ventura interrogate me
super filios meos. 7 super opera manuum
mearum mandate mihi. Ego feci terram.
7 hominem super eam creauit ego. Manus mee extenderunt celos. 7 omni mi
litie eorum mandaui. Ego suscitauit
eum ad iustitiam. 7 omnes uias eius
dirigam. Ipse edificabit ciuitatem meam. 7 captiuitatem meam dimittet. non in
pretio nr̄s in muneribus. dicit dominus
deus exercituum. Hec dicit dñs. Labor

ISAIE

egypti ⁊ negotiatio ethiopie. ⁊ sabaim viri sublimes. ad te transibunt ⁊ tui e
runt. post te ambulabunt. uincti ma
nicis pergent. ⁊ te adorabunt. teqs de
precabuntur: Tantum in te é deus. ⁊
non é absqs te deus. Vere tu es deus ab
sconditus deus ihsl saluator. Confusi
sunt ⁊ erubuerunt omnes simul. abie
runt in confusione fabricatores erro
ihsl saluatus é in domino salute ęterna.
non confundemini. ⁊ non erubescetis
usqs in seculum seculi. Quia hec di
cit dominus creans celos. ipe deus
formans terram. ⁊ faciens eam. ipe
plastes eius. non in uanum creauit
eam. ut habitaret formauit eam. Ego
dominus. ⁊ non é alius. Nõ in abscon
dito locutus sum. in loco terre tene
brose. Non dixi semini iacob. frustr
querite me. Ego dominus loquens
iustitiam. annuncians recta. Con
gregamini ⁊ uenite ⁊ accedite simul.
qui saluati estis ex gentibus. Nescierũt
qui leuant lignum sculpture sue. ⁊
rogant deum non saluantem. Annun
tiate ⁊ uenite. ⁊ colloquimini simul. Qs
audiuit fecit hec ab initio. Ex tunc
predixi illud. Nunquid non ego. ⁊
dominus. ⁊ non é ultra deus absqs
me. Deus iustus ⁊ saluans. non est
preter me. Convertimini ad me ⁊
salui eritis omnes fines terre. q ego
dominus. ⁊ non é alius. In me met
ipo iurau. egredietur de ore meo iu
stitie uerbum. ⁊ non reuertetur. quia
michi curuabitur omne genu. ⁊ iura
bit omnis lingua. Et ipse in domino
dicent. Ade sunt iustitie ⁊ imperium.
Ad eum uenient ⁊ confundentur oēs
qui repugnant ei. In domino iusti
ficabitur. ⁊ laudabitur omne semen
ihsl.

XLV

Conflatus é bel. contritus é
nabo. fcta sunt simulacra
eorum bestiis ⁊ iumentis
lxoneta uia grauis facte
usqs ad lassitudinem. etenim currere
erunt simul. Non potuerunt
saluare portantem. ⁊ anima eorum i
captiuitatem ibit. Audite me domꝰ
iacob. ⁊ omne residuum domus ihsl.

qui portamini a meo utero. qui gesta
mini a mea ulua usqs ad senectam
ego ipe. ⁊ usqs ad canos ego portabo. ⁊
Ego feci ⁊ ego feram. ⁊ ego portabo et
saluabo. Cui assimilastis me ⁊ adequa
stis. ⁊ coaptastis me. ⁊ fecistis similem.
Qui oferunt aurum de sacculo ⁊ argẽtũ
statera ponderant. alueario aurifices
ut faciãt eum. ⁊ proicunt ⁊ adorant.
portant illum in humeris. gestantes
⁊ ponentes in loco suo. ⁊ stabit. ⁊ de lo
co suo non mouebitur. Et si quis cla
mauerit ad eum non audiet. de tri
bulatione non saluabit eos. Memĩto
istius. ⁊ confundimini. Et redite preuari
catores ad cor. Recordamini priora
seculi quia ego sum deus. ⁊ non é ultra
deus. nec é similis mei. annuntians ab
initio nouissimum. ⁊ ab initio q
nondum facta sunt. dicens. Consilium
meum stabit. ⁊ omnia uoluntas mea
faciam. Vocans ab oriente auem. ⁊ de ter
ra longinqua uirum uoluntatis mee. ⁊
Et locutus sum ⁊ adducam illud. co
gitaui ⁊ faciam illud. Audite me duri
corde. qui longe estis a iustitia. Prope
feci iustitiam meam. ⁊ non elongabi
tur. ⁊ salus mea non morabitur. Dabo
in sion salutem. ⁊ in ihsl gloriam meam.

XLVII

Descende sede
in puluere uirgo filia baby
lonis sede in terra. non est
solium filie chaldeorum. ⁊
quia ultra non uocaberis mollis ⁊ tene
ra. Tolle molam. ⁊ mole farinam. De
nuda nuptias tuas. discooperi
tur femur tuum. renela crura. transi fluuia.
Renelabitur ignominia tua. ⁊ uidebit
obprobrium tuum. Vindictam capiam
⁊ non resistet michi homo. Redẽptor
ni dominus exercituum nomen illi
scie ihsl. Sede tace. ⁊ intra in tenebras
filia caldeorum. quia non uocaberis ⁊
ultra dna regnorum. Iratus fui sup
populum meum. polluam hereditatem
meam. ⁊ dedi eos in manu tua. Non
posuisti eis misere. Super senem aggra
uasti iugum tuum ualde. ⁊ dixisti. In
sempiternum ero domina. Non posu
isti hec super cor tuum. neq recordata
es nouissimi tui. Et nunc audi hec



delicata z habitans ofidenter: que dicis i
corde tuo. Ego sum z non é amplius
preter me. Non sedebo uidua z ignorabo
sterilitatem. Venient tibi duo hec
subito. in die una: sterilitas z uiduitas.
Uniuersa uenerunt super te: propter
multitudinem maleficiorum tuorum z ppter
ruinam incantatorum tuorum nimis roborate
Et fiducia[m] habuisti in malitia tua: z
dixisti. Non é qui uideat me. Sapientia
tua z scientia tua. hec decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum: z preter me
non é altera. Veniet super te malum z
nescies ortum eius. z ruet super te
calamitas quam non poteris expiare.
Veniet super te repente miseria: quam
nescies. Sta cum incantatoribus tuis.
z cum multitudine maleficiorum tuorum
in quibus laborasti ab adolescentia tua.
si forte quid prosit tibi. aut si possis
fieri fortior. Defecisti in multitudine
consiliorum tuorum. Stent z saluent
te augures celi. qui contemplabantur
sydera. z supputabant menses ut ex
eis annuntiarent uentura tibi. Ecce
facti sunt quasi stipula ignis combusserit
eos. Non liberabunt animam suam: de
manu flame. Non sunt prunae quibus
calefiant: neq; focus ut sedeant ad
eum. Sic fiant tibi: in quibus laborasti
negotiatores tui ab adolescentia tua: unusquisq; in via
sua erraverunt. Non é qui salvet te.

Audite hec domus iacob. qui uocati
estis nomine ysrl. z de
aquis iuda existis. qui
iuratis in nomine domini. z deo ysrl
recordamini. non in ueritate neq; in
iustitia. De ciuitate enim sca uocati
sunt. z super deum ysrl sustentabuntur sunt.
Dominus exercituum nomen eius.
Priora ex tunc annuntiaui. z ore meo
exierunt: z audita feci ea. Repente operatus sum z uenerunt. Scio enim
quia durus es tu. z nervus ferreus cervix tua: z fronts tua aerea. Predixi tibi
ex tunc. antequam ueniret indicaui tibi
ne forte diceres. Ydola mea fecerunt
hec. z sculptilia: z conflatilia mandauerunt
ista. Audisti iam: et omnia. Nec an-

non annunciasti. Audita tibi feci no
ua ex tunc: et firmata que nescis. Nunc
creata sunt: z non ex tunc z ante dies.
z non audisti ea. ne forte dicas. ecce e
go cognoui ea. Neq; audisti neq; co
gnouit: neq; ex tunc aperta é auris
tua. Scio enim quia prevaricans pre
varicaberis: z transgressorem ex ute
tro uocauit te: propter nomen meum
longe faciam furorem meum: z laudem meam infrenabo tibi ne intereas. Ecce excoqui te: sed non quasi argentum.
Elegi te in camino paupertatis. propter me: propter me faciam ut non blasphemer: z gloriam meam alteri non dabo.
Audi me iacob: z ysrl quem ego uocaui
Ego ipse: ego primus z ego nouissimus
Manus mea fundauit terram: z dextera mea mensa é celos. Ego uocabo
eos: z stabunt simul. Congregamini
omnes uos: z audite. Quis de eis annuntiauit hec? Dominus dilexit eum.
facere uoluntatem suam in babylone.
z brachium suum in caldeis. Ego ego
locutus sum: z uocaui eum. adduxi e
um z directa é uia eius. Accedite ad
me z audite hec. Non a principio in abscondito locutus sum. Ex tpe antequam
fierent: ibi eram. Et nunc dns deus
misit me: z spus eius. Hec dicit dns
deus: redemptor tuus sanctus ysrl. Ego
dominus deus tuus docens te utilia.
gubernans te in uia qua ambulas. Vtinam attendisses mandatis meis. Facta
fuisset sicut flumen pax tua: z iustitia
tua sicut gurgites maris. Et fuisset
quasi arena semen tuum: z progenies uiscerum tuorum sicut pisces eius. Non interisset z non
fuisset auferendum nomen eius a facie
mea. Egredimini de babylone: fugite
a caldeis. in uoce exultationis annuntiate. audiri facite hoc. z ferte illud
usq; ad extremum terre. Dicite. Redemit dominus seruum suum iacob. Non
sitierunt in deserto cum educeret eos.
aquam de petra produxit eis: z scidit
petram. z fluxerunt aq. Non é pax impiis
dicit dns.

Audite insule z attendite po
puli de longe. Dominus
ab utero uocauit me. de

ISAIE 54

uentre matris mee recordatus è nois
mei. Et posuit os meum quasi gladi
um acutum. in umbra manus sue pro
texit me. 7 posuit me sicut sagittā elec
tam. In pharetra sua abscondit me. et
dixit michi. Seruus meus es tu isl':
qua in te gliabor. Et ego dixi. In uanū
laborauī sine causā. 7 uane fortitudinē
meam consumpsi. Ergo iudicium meū
cum domino. 7 opus meum cum deo
meo. Et nunc hec dicit dominus for
mans me ex utero seruum sibi. ut reduc
cam iacob ad eum. et isl' nō congregabi
Et glificatus sum in oculis domini. 7
deus meus factus è fortitudo mea. 7 dixit
Parum è ut sis michi seruus ad suscitā
das tribus iacob. 7 feces isl' conuertendas.
Dedi te in lucem gentium. ut sis salus
mea usq; ad extremum terre. Hec dicit
dominus redemptor isl' sanctus eius. ad
temptibilem animam. ad abhominatas
gentem. ad seruum dominorum. Reges
uidebunt. 7 consurgent principes. 7 ado
rabunt te propter dominum. quia fidelis è 7
sanctus isl'. qui elegit te. Hec dicit dns.
In tpe placito exaudiui te. 7 in die sa
lutis auxiliatus sum tui. Et seruauī
te 7 dedi te in fedus populi. ut suscitares
terram. 7 possideres hereditates
dissipatas. ut diceres his qui uincti
sunt exite. 7 his qui in tenebris reue
lamini. Super uias pascentur. 7 in oī
bus planis pascua eorum. Non esurient
nec sitient. 7 non percutiet eos estus 7
sol. quia miserator eorum reget eos. 7
ad fontes aquarum potabit eos. Et ci
ponam omnes montes meos in uiam.
7 semite mee exaltabuntur. Ecce isti
de longe uenient. 7 ecce illi ab aquilone
7 mari. 7 isti de terra australi. Laudate
celi 7 exulta terra. iubilate montes
laudem. quia consolatus è dns populū
suum. 7 pauperum suorum miserebitur.
Et dixit syon. Derliquit me dominus.
7 dominus oblitus è mei. Numquid
obliuisci potest mulier infantem suum.
ut miserear filio uteri sui? Et si illa
oblita fuerit: ego tui non obliuiscar tui.
Ecce in manibus meis descripsi te. et
muri tui coram oculis meis semper.
Uenerunt structores tui. destruentes

te 7 dissipantes ate exibunt. Leua in cir
cuitu oculos tuos 7 uide. omnes isti congre
gati sunt uenerunt tibi. Uiuo ego dicit
dominus. quia omnibus his uelut ornā
mento uestieris. 7 circumdabis eos tibi. 7
quasi sponsam. quia deserta tua 7 solitu
dines tue. 7 terra ruine tue. nunc angu
stata erunt prebitatoribus 7 longe fuga
bunter qui absorbebant te. Adhuc dicēt
in auribus tuis. Filii sterilitatis tue. an
gustus è michi locus. fac spatium mihi
bitare. Et dices in corde tuo. Quis ge
nuit michi istos? Ego sterilis 7 nō pa
riens. transmigrata 7 captiua. Et istos
quis enutriuit? Ego destituta 7 desola
ta. 7 isti ubi erant? Hec dicit dns deus.
Ecce leuo ad gentes manum meam. 7
ad populos exaltabo signum meū. Et
afferent filios tuos in ulnis. 7 filias tu
as super humeros portabunt. Et erunt
reges nutricij tui. 7 regine nutrices tue.
Uultu in terram demisso adorabunt te. 7
puluerem pedum tuorum lingent. 7
Et scies quia ego dominus super quē
non confundentur qui expectant eum. Nū
quid tollentur a forti preda. aut quod
captum fuerit a robusto saluum esse
potest? Quia hec dicit dominus. Et
quidem 7 captiuitas a forti tollentur. 7
quod ablatum fuerit a robusto salua
bitur. Cos uero qui uidicauerunt te.
ego uidicabo. 7 filios tuos ego saluabo.
Et cibabo hostes tuos carnibus suis. 7
quasi musto sanguine suo inebriabū
tur. Et scient omnes carne. quia ego do
minus saluans te. 7 redemptor tuus 7
fortis iacob.

Et dicit dominus. Quis
è hic liber repudij matris
uestre quo dimisi eam. Aut
quis è creditor meus cui
uendidi uos. Ecce in iniquitatibus uestris
uenditi estis. 7 in sceleribus uestris dimisi
matrem uestram. quia uenī 7 non erat uir.
uocaui 7 non erat qui audiret. Numquid
abbreuiata 7 parumper facta è manus mea
ut non possim redimere. aut non è in
me uirtus ad liberandum? Ecce in in
crepatione mea desertum faciā mare.
ponam flumina in siccum. Computrē
scent pisces sine aqua. 7 morientur in

sin. Indua in celos tenebras. 7 saccum ponam operimentum eorum. Dominus dedit mihi linguam eruditam. ut sciam sustentare eum qui lassus è verbo Exigit mane. mane exigit mihi aurē. 7 audiam quasi magistrum. Dominus deus aperuit mihi aurem. ego autē non contradico. retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus. 7 genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus 7 conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus. 7 ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimā. 7 scio quōn confundar. Iuxta è qui iustificat me. quis contradicet mihi? Stemus simul. Quis è aduersarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentū conterentur. tinea comedet eos. Quis è vobis timēs dñm. audiens vocem serui sui? Qui ambulauit in tenebris 7 non è lumē ei? Speret in nomine domini. 7 innitatur super deum suum. Ecce omnes vos accendentes ignem. accincti flāmis. Ambulate in lumine ignis vestri. 7 in flāmis quas succendistis. De manu mea factum è hoc vobis. In doloribus dormietis.

Audite me qui sequimini quod iustum è. 7 queritis dñm. Attendite ad petram unde excisi estis. 7 ad cauernam laci de qua precisi estis. Attendite ad abraam patrem vestrum. 7 ad sarram que peperit vos. Quia unum vocauit eum. 7 benedixit ei. 7 multiplicauit eum. Consolabitur ergo dominus syon. 7 consolabitur omnes ruinas eius. Et ponet desertum eius quasi delicias. 7 solitudinem eius quasi ortum dñi. Gaudium 7 letitia inuenient in ea. gratiarum actio 7 vox laudis. Attendite ad me populus meus. 7 tribus mea audite me. quia lex a me exiet. 7 iudicium meum in lucem populorum requiescet. Prope è iustus meus. egressus è saluator meus. 7 brachia mea populos iudicabunt. Me insule expectabunt. 7 brachium meum sustinebunt. Leuate in celum oculos vestros. 7 videte sub terra deorsum. quia celi sicut fumus liquescent 7 terra sicut vestimentum atteretur. 7 habitatores eius sicut hec interibunt. Salus autē mea in sempiternū erit. 7 iustitia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustum populus meus. lex mea in corde eorum. Nolite timere obprobrium hominū. 7 blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum sic comedet eos vermis. 7 sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit. 7 iustitia mea in generatione 7 generationē. Consurge consurge. induere fortitudine brachium dñi. Consurge sicut in diebus antiquis. in generationibus seculorum. Nunquid non tu percussisti superbū. vulnerasti draconem. Nunquid non tu siccasti mare. aquā abyssi vehementis? Qui posuisti profundum maris viam. ut transirent liberati. Et nunc qui redempti sunt a dño reuertentur. 7 venient in syon laudantes. 7 letitia sempiterna super capita eorum. Gaudium 7 letitiam obtinebunt. fugiet dolor 7 gemitus. Ego ego ipse consolabor vos. Quis tu ut timeas ab homine mortali. 7 a filio hominis. qui quasi fenum arescet. 7 obliuisceris dñi factoris tui. qui tetendit celos 7 fundauit terram. 7 formidasti iugiter tota die a facie furoris eius. qui te tribulabat 7 parabat ad perdendum? Vbi nunc est furor tribulantis? Cito veniet gradiens ad aperiendum. 7 non interficiet usqs ad interitionē. nec deficiet panis eius. Ego autē sum dominus deus tuus. qui conturbo mare 7 contremescunt fluctus eius. dominus exercituum nomen meum. Posui verba mea in ore tuo. 7 in umbra manus mee protexi te. ut plantes celos 7 fundes terram 7 dicas ad syon. populus meus es tu. Eleuare eleuare. consurge ierusalem. que bibisti de manu dñi calicem ire eius. 7 usqs ad fundum calicis soporis bibisti. 7 potasti usqs ad feces. Non è qui sustentet eam. ex omnibus filijs qs genuit. Et non è qui apprehendat manum eius. ex omnibus filijs quos enutriuit. Duo sunt que occurrerunt

ysaie

abi. Quis contristabitur super te? Vastitas tribulatio. et fames et gladius. Quis consolabitur te? Filij tui proiecti sunt dormierunt in capite omnium platearum. sicut onix illaqueatus. plenus indignatione dñi. increpationem dei tui. Ideirco audi hec paupercula et ebria. et non a vino. Hec dicit dominus tuus dominus deus tuus. qui pugnauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis. fundum calicis indignationis mee. Non adijcies ut bibas illud ultra. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt. et dixerunt anime tue. Incurua ut transeamus. Et posuisti ut terram corpus tuum. et quasi viam transeuntibus.

Q Onsurge. consurge. induere fortitudine tua syon. Induere vestimentis glorie tue Ierusalem ciuitas sancta. quia amodo adijciet ultra. ut pertranseat per te incircumcisus et immundus. Excutere de puluere consurge. sede Ierusalem. Solue vincula colli tui. captiua filia syon. Quia hec dicit dominus deus. Gratis venundati estis. et sine argento redimemini. Quia hec dicit dñs deus. In egyptum descendit populus meus in principio ut colonus esset ibi. et assur absque vlla causa calumniatus est eum. Et nunc quid michi est. hec dicit dominus. quia ablatus est populus meus gratis. Dominatores eius inique agunt. dicit dominus. et iugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa. quia ego ipse loquebar. ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et predicantis pacem. annuntiantis bonum. predicantis salutem. dicentis Sion. regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum. Ecce vocem dederunt simul laudabunt. quia oculo ad oculum videbunt. cum conuerterit dominus syon. Erumpite et laudate simul deserta Ierusalem. quia consolatus est dominus populum suum redemit Ierusalem. Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. et videbunt omnes fines terre salutare dei nostri. Recedite recedite exite inde. et immundum nolite tangere. Exite de medio eius. Mundamini qui fertis vasa dñi. quia non in turbatione exibitis. nec in fuga properabitis. Precedet enim vos dominus. et congregabit vos deus israhel. Ecce intelliget puer meus. exaltabitur et elevabitur. et sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi. sic gloriosus erit inter viros aspectus eius. et forma eius inter filios hominum. Ipse asperget gentes multas super ipsum continebunt reges os suum. quia quibus non est narratum de eo videbunt. et qui non audierunt contemplati sunt.

Q Vis credidit auditui nostro. et brachium dñi cui revelatum est. Et ascendet sicut virgultum coram eo. et sicut radix de terra sitienti. Et non est species ei neque decor. Et vidimus eum. et non erat aspectus. et desiderauimus eum. Desperatum. et nouissimum virorum virum dolorum. et scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius et despectus unde nec reputauimus eum. Vere languores nostros ipse tulit. et dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum quasi leprosum et percussum a deo. et humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum. et livore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues erauimus. unusquisque in viam suam declinauit. et dominus posuit iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit. et non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur. et quasi agnus coram tondente se obmutescet. et non aperiet os suum. De angustia et de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit. Quia abscisus est de terra viuentium. propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura. et divitem pro morte sua. eo quod iniquitatem non fecerit. nec dolus fuerit in ore eius. et ipse voluit conterere eum in infirmitate.



mitatr. Si posuerit pro peccō aīmas suam. videbit semen longevum. 7 voluntas dñi in manu eius dirigēt. Pro eo q laboravit aīma eius. videbit 7 satiabitur. In scia sua iustificabit ipe iustus seruus meus multos. 7 iniquitates eorum ipe portabit. Ideo dispertiam ei plurimos. 7 fortium dividet spolia. pro eo q tradidit in morte aīmam suam. 7 cum sceleratis reputatus é. Et ipe peccm multorum tulit. 7 pro transgressoribus rogavit.

Lauda sterilis que non paris. decanta laudem 7 hymnū qui nō paris. quōm multi filij deserte magis sūt eius que hēbat virum. dicit dominus. Dilata locum tentorij tui 7 pelles tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas. Longos fac funiculos tuos. 7 clauos tuos consolida. Ad dexteram enim 7 levam penetrabis. 7 semen tuum gētes hereditabit. 7 civitates desertas inhabitabit. Noli timere quia non confunderis. neq erubescas. Non enim confundēris. quia obprobrium adolescentie tue oblivisceris. 7 obprobrij viduitatis tue non recordaberis amplius. 7 qui fecit te. Dñs exercituum nomen eius. 7 redemptor tuus sanctus israel. dominus omnis terre vocabitur. Quia ut mulierem derelictam 7 mestam spū vocavit te dominus. 7 uxorem adolescentie abiectam. Dixit dominus deus tuus. Ad momentum in modico dereliqui te. 7 in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te. 7 in misericordia sempiterna miserebor tui. dixit redemptor tuus dominus. Sicut in diebus noe istud michi é. cui juravi ne inducerem aquas diluvij ultra terram. sic juravi ut non irascar tibi. 7 non increpem te. Montes enim commovebuntur. 7 colles contremescent. misericordia autē mea non recedet a te. 7 fedus pacis meum non movebitur. dixit miserator tuus dominus. Paupercula tempestate conquassata. absq ulla consolatione. Ecce ego sternam per ordinē lapides tuos. 7 fundabo te in saphiris. Et ponam jaspides propugnacula tua. 7 portas tuas in lapides sculptos. 7 omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Et universos filios tuos doctos a domino. 7 multitudinem pacis filijs tuis. 7 in justitia fundaberis. Recede procul a calumnia. quia non timebis. 7 a pavore. quia non appropinquabit tibi. Ecce accola nemet qui non erat mecum. advena quondam tuus adjungetur tibi. Ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas. 7 proferentem vas in opus suum. 7 ego creavi interfectorem ad dispertiendum. Omne vas quodcumque factum é contra te non dirigetur. 7 omnem linguam resistentem tibi in judicio condemnabis. Hec é hereditas servorum domini. 7 justitia eorum apud me dicit dominus.

XV

Omnes sitientes venite ad aquas. 7 qui non habet argentum. properate emite 7 comedite. Venite emite absq argento. 7 absq ulla cōmutatione. vinum 7 lac. Quare appenditis argentum non in panibus. 7 laborem vestrum non in saturitate. Audite audientes me 7 comedite bonum. 7 delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram 7 venite ad me. audite 7 vivet anima vestra. Et feriam vobiscum pactum sempiternum. misericordias david fideles. Ecce testem populis dedi eum. ducem ac preceptorem gentibus. Ecce gentem quam nescebas vocabis. 7 gentes que non cognoverunt te ad te current. propter dominum deum tuum 7 sanctum israel. quia glorificavit te. Quērite dominum dum inveniri potest. invocate eum dum prope é. Derelinquat impius viam suam. 7 vir iniquus cogitationes suas. 7 revertatur ad dominum 7 miserebitur eius. 7 ad deum nostrum quoniam multus é ad ignoscendum. Non enim cogitationes mee cogitationes vestre. neq vie vestre vie mee dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra. sic exaltate sunt vie mee a vijs vestris. Et quomodo descendit imber 7 nix de celo.



VSAIE

7 illuc ultra non ruetemur. ſs mebra
tram 7 infundibulum. 7 germinare e
am facit. 7 dat semen seminanti 7 panem
comedenti: sic erit uerbum quod egre
diens de ore meo. Non reuertetur ad
me uacuum. ſs faciet quecq; uolui. 7
prosperabitur in his ad que misi illud.
quia in letitia egrediemini. 7 in pace
reducemini. Montes 7 colles cantabunt
coram uobis laudem. 7 omnia ligna
regionis plaudent manu. Pro salicibus
ascendet abies. 7 pro urtica crescet myr
tus. Et erit dominus nominatus
in signum eternum quod nō auferet.

CAP. LVI

Et dicit dñs
Custodite iudicium 7 facite
iustitiam: quia uicina
est salus mea ut ueniat. 7 iu
stitia mea ut reuelet. Beatus uir qui
facit hoc. 7 filius hominis qui apprehē
det istud. custodiens sabbatum ne pol
luat illud. custodiens manus suas ne
faciat omne malum. Et non dicat fi
lius aduene qui adhesit domino dicēs
Separatione diuidet me dñs a populo
suo. Et non dicat eunuchus. ecce ego
lignum aridum: quia hec dicit dñs
eunuchis. Qui custodierint sabbata
mea. 7 elegerint que uolui. 7 tenuerint
fedus meum. dabo eis in domo mea 7
in muris meis locum. 7 nomen melius
a filiis 7 filiabus. Nomen sempiternum
dabo eis quod non peribit. Et filios
aduene qui adheserint dño ut colant
eum. 7 diligant nomen eius ut sint ei
in seruos. Omnem custodientē sabba
ne polluat illud. 7 tenentem fedus me
um: adducam eos in montem sanctum
meum. 7 letificabo eos in domo orationis
mee. Holocausta eorum 7 uictime eorū
placebunt michi super altari meo. q
domus mea domus orationis uocabitur
cunctis populis. Ait dominus deus. qui
congregat dispersos israhel. Adhuc congregabo
ad eum congregatos eius. Omnes be
stie agri uenite ad deuorandum. uni
uerse bestie saltus. Speculatores eius
ceci omnes. nescierunt uniuersi canes
muti non ualentes latrare. uidentes
uana dormientes 7 amantes somnia
7 canes impudentissimi nescierunt sa

nitatem. Ipi pastores. nescierunt in
telligentiam. Omnes in uiam suam
declinauerunt. unusquisq; ad auaritiā
suam a summo usq; ad nouissimum.
Venite sumamus uinum 7 impleamur
ebrietate. 7 erit sicut hodie. sic 7 cras et
multo amplius.

CAP. LVII

Iustus perit. 7 nemo est qui
recogitet in corde suo. 7 uiri
mie colliguntur. quia nō
est qui intelligat. A facie enim
malitie. collectus est iustus. Veniat pax
requiescat in cubili suo. qui ambulauit
in directione sua. Vos autē accedite hu
filii augurii semen adultere 7
fornicarie. super quem lusistis. 7 super
quem dilatastis os 7 eiecistis linguā.
Numquid non uos filii sceleste semen
mendax. Qui consolamini in diis sub
omne lignum frondosum immolātes
paruulos in torrentibus sub eminentibus
petris. In partibus torrentis. pars tua.
hec est sors tua. 7 tibi effudisti libamē.
obtulisti sacrificium. Numquid super
his non indignabor? Super montem
excelsum 7 sublimem posuisti cubile tu
um. 7 illuc ascendisti ut immolares
hostias. Et post hostium 7 retro posti
posuisti memoriale tuum. quia uere
me discooperuisti. 7 suscepisti adultera.
Dilatasti cubile tuum. 7 pepigisti cum
eis fedus. Dilexisti stratum eorum ma
nu aperta. 7 ornasti te regio unguento.
7 multiplicasti pigmenta tua. Misisti le
gatos tuos procul. 7 humiliata es usq;
ad inferos. In multitudine uie tue la
borasti. nec dixisti quiescam. Vitam
manus tue inuenisti. propterea non do
luisti. pro quo sollicita timuisti. quia
mentita es. 7 mei non es recordata. nec
cogitasti in corde tuo. quia ego tacens.
7 quasi non uidens. 7 mei oblita es. Ego
annuntiabo iustitiam tuam. 7 opera
tua non proderunt tibi. Cum clama
ueris. liberent te congregati tui. Et omnes
eos auferet uentus. tollet aura. Qui
autē hereditabit terram
7 possidebit montem sanctum meum. Et
dicam. Viam facite preparate iter. declina
te de semita. auferte offendicula de uia
populi mei. quia hec dicit excelsus et

sublimis habitans eternitatem. ⁊ sanctum
nomen eius in excelso. cum sco habitans
⁊ cum tristi ⁊ humili spu. ut uiuificet
spum humiliu. ⁊ uiuificet cor tristor.
Non enim in sempiternu litigabo. neq;
usq; in finem irascar. quia spus a facie
mea egredietur. ⁊ flatus ego faciam. ꝓ
ꝓpter iniquitatem auaritie eius iratus
sum. ⁊ percussi eum. Abscondi faciem
meam ⁊ indignatus sum. ⁊ abiit uagꝰ
in uia cordis sui. Vias eius ⁊ sanaui
eum. ⁊ reduxi eum. ⁊ reddidi consolatio
nes ipi ⁊ lugentibꝰ eius. Creauit fructꝰ
labioꝝ pacem. pacem ei qui longe
⁊ qui ꝓpe dicit dominus ⁊ sanabo eum. Impij autē quasi mare feruens quod
quiescere non potest. ⁊ redundant fluctus
eius in exultationem ⁊ lutum. Et non
est pax dicit deus meus impijs. XVIII

CLama ne cesses. quasi tuba
exalta uocem tuam. ⁊ annun-
cia populo meo scelera eoꝝ.
⁊ domui iacob peccata eoꝝ.
Me ⁊ enim de die in diem querunt. et
scire uias meas uolunt. quasi gens q̃
iustitiam fecerit. ⁊ que iudicium dei sui
non dereliquerit. Rogant me iudicia
iustitie. ⁊ appropinquare deo uolunt. ⁊
Quare ieiunauimus ⁊ non aspexisti. ⁊
ad principes. Quamobrem iratus ⁊
principes contra ieremiam. cesum e
eum miserunt in carcerem. qui erat
in domo ionathe scribe. Ipse enim erat
prepositus super carcerem. Itaq; ingres
sus è ieremias in domum lacci. ⁊ in
ergastulum. ⁊ sedit ibi ieremias die
bus multis. Mittens autem rex sedechi
as tulit eum. ⁊ interrogauit in domo
sua abscondite. ⁊ dixit. Numquid est uerbum
a domino? Et dixit ieremias.
Est. Et ait. In manu regis babylo
nis traderis. Et dixit ieremias ad
regem sedechiam. Quid peccaui tibi
tuis. ⁊ populo tuo. quia misisti
me in domum carceris? Vbi sunt ⁊
prophete tui qui prophetabant uobis
⁊ dicebant. Non uenient rex babylo
nis super uos ⁊ super terram hanc. Au
di nunc ergo obsecro domine mi rex
ualeat deprecatio mea in conspectu tuo.
⁊ ne me remittas in domum ionathan
scribe. ne moriar ibi. Precepit ergo
sedechias rex ut traderent ieremiam
in uestibulo carceris. ⁊ darent ei tor
tam panis cotidie. excepto quod men
tre consumerentur omnes panes de
ciuitate. Et mansit ieremias in ue
stibulo carceris.

Audiuit autem saphatias
filius mathan. ⁊ gedelias
filius phassur. ⁊ iuchal
filius selemie. ⁊ phassur
filius melchie. sermones quos ieremi
as loquebatur ad omnem populum
dicens. Hec dicit dominus. Qui
remanserit in ciuitate hac. morietur
gladio. fame ⁊ peste. Qui autem profu
gerit ad chaldeos uiuet. ⁊ erit anima
eius salua ⁊ uiuens. Hec dicit dñs.
Tradendo tradetur ciuitas ista in ma
nu exercitus regis babylonis. ⁊ capi
et eam. Et dixerunt principes regi.
Rogamus ut occidatur homo iste. ⁊
Demanibus enim dissoluit manus
uiroꝝ belligerantium. qui remanserit
in ciuitate hac. ⁊ manus uniuersi
populi loquens ad eos uerba hu
iusce. Siquidem homo iste non quę
rit pacem populo huic. sed malum. Et
dixit rex sedechias. Ecce ipse in manib⁹
uestris é. Nec enim quit rex quicquam
uobis negare. Tulerunt ergo ieremi
am. ⁊ proiecerunt eum in lacum ⁊
melchie filii amalech. qui erat in ue
stibulo carceris. Et submiserunt ⁊
ieremiam in funibus in lacum in quo
non erat aqua. sed lutum. Defecitque
itaq; ieremias in cenum. Audiuit
autem abdemelech ethiops. unus eunu
chus qui erat in domo regis. quod mi
sissent ieremiam in lacum. Sedebat
rex sedebat in porta beniamin. Et e
gressus è abdemelech de domo regis.
⁊ locutus è ad regem dicens. Domi
ne rex. malefecerunt uiri isti. omnia
quecunq; perpetrauerunt contra ieremi
am prophetam. mittentes eum in lacum
ut moriatur ibi fame. Non sunt enim
panes ultra in ciuitate. Precepit ⁊
itaq; rex abdemelech ethiopi dicens.
Tolle tecum hinc xxx. uiros ⁊ leua
ieremiam prophetam de lacu. antequam
moriatur. Assumptis ergo abdeme
lech secum uiris. ingressus è domum
regis que erat sub cellario. ⁊ tulit inde
uetera pannea ⁊ rancida. que op
portuerant. ⁊ submittit ea ad ieremiam
in lacum per funiculos. Dixitq; ab
demelech ethiops ad ieremiam. Pone
ue ueteres pannos ⁊ rancida ⁊ putri
da sub cubito manuum tuarum ⁊ fu
nibus. Fecit ergo ieremias sic. Extra
xerunt ieremiam funibus. ⁊ eduxerunt
eum de lacu. Mansit que ieremias
in uestibulo carceris. Et misit rex
sedechias. ⁊ tulit ad se ieremiam pro



plexam ad hostium tentum quod e
rat in domo domini. Et dixit rex
ad ieremiam. Iuxta ego te se-
monem. ne abscondas ame aliqo.
Dixit aut ieremias ad sedechiam.
Si annuntiavero tibi nunquid i
interficies me? Et si consilium tibi de
dero. non me audies. Iuravit ergo
rex sedechias ieremie: clam dicen.
Vivit dominus qui fecit nobis ani-
mam hanc. si occidam te. Si tradidero te i
manu virorum istorum qui quæ-
runt animam tuam. Et dixit ieremias
ad sedechiam. Hec dicit dominus
exercituum deus israhel. Si profectus
exieris ad principes regis babilo-
nis. vivet anima tua. et civitas hec non
succendetur igni. et salvus eris tu et
domus tua. Si aut non exieris ad pri
cipes regis babilonis: tradetur civi
tas hec in manus chaldeorum. et
succendent eam igni. et tu non effu
gies de manu eorum. Et dixit se-
sedechias ad ieremiam. Pavllus scio
quia propter iudeos qui transfugerunt
ad chaldeos. ne forte tradar in manu
eorum. et illudant mihi. Respon
dit aut ieremias. Non tradet
te. Audi quæso vocem dñi. quam ego
loquor ad te. et bene erit tibi. et vivet a
nima tua. Quod si nolueris egredi iste ser
mo quem ostendit mihi dominus.
Ecce omnes mulieres que remanse
runt in domo regis iude. educentur
ad principes regis babilonis. et ipse
dicent. Seduxerunt te. et prevaluerunt
adversum te. viri pacifici tui. demer
serunt in ceno pedes tuos.
et recesserunt a te. Et omnes uxores
tue et filii tui educentur ad chaldeos.
Et non effugies manus eorum. sed i
manu regis babilonis capieris. et ci
vitatem hanc exurent igni. Dixit q̃
sedechias ad ieremiam. Nullus sci
at verba hec. et non morieris. Si autem
audierint principes quia locutus sum
tecum. et venerint ad te. et dixerint
tibi. indica nobis quid locutus es
cum rege ne celes nos. et non interfi
ciemus te. et quid locutus est tecum
rex. dicee ad eos. Prostravi ego pre
ces

mee coram rege. ne me reducat ibe
rre in domum ionathan et ibi moriar.
Venerunt ergo omnes principes ad
ieremiam. et interrogaverunt eum.
Et locutus est eis iuxta omnia verba
que preceperat ei rex. et cessaverunt
ab eo. Nichil enim fuerat auditum.
Mansit aut ieremias in vestibulo
carceris. usq; ad diem qua capta est
ierlim. Et fecit eum est capere ierlim.

Anno xxxix

Anno sedechie regis iude.
mense x. venit nabuchodo
nosor rex babylonis. et
omnis exercitus eius ad ierlim. et ob
sidebant eam. Undecimo aut anno
sedechie mense quarto. quinta mensis
aperta est civitas. Et ingressi sunt oēs
principes regis babylonis. et sederunt
in porta media. nergel sereser. seme
gar. nabu. sarsechym. rabsares. ner
gel. sereser. rebmag. et omnes reliqui
principes regis babylonis. Cumq;
vidisset eos sedechias rex iuda. et omnis
vir bellatores fugerunt. Et egressi
sunt de civitate nocte. per viam horti
regis. et per portam que erat inter duos
muros. et egressi sunt ad viam deser-
ti. Persecutus est aut eos exercitus chal
deorum. et apprehenderunt sedechiam
in campo solitudinis ierichontine. et ca
ptum adduxerunt ad nabuchodono
sor regem babylonis. in reblatha que
est in terra emath. et locutus est ad eum i
judicia. Et occidit rex babylonis fi
lios sedechie in reblatha. in oculis ei⁹.
et omnes nobiles iude occidit rex ba
bylonis. Oculos quoq; sedechie eruit
et vinxit eum in compedibus ut duceret
in babylonem. Domum quoq; regis
et domum vulgi succenderunt chaldei
igni. et muros ierlim subverterunt.
Et reliquias populi que remanserat
in civitate. et perfugas qui transfu
gerant ad eum. et superfluos vulgi
qui remanserant. transtulit nabuzar
dan. magister militum in babylone.
Et de plebe pauperum. qui nichil ha
bebant penitus dimisit nabuzardan.
magr militum in terra iuda. et dedit
eis vineas et agros in die illa.



VE REH IE

Precepe:at aut nabuchodonosor: rex babylonis de vermia nabuzardan a magistro militu: dicens. Tolle eum 7 pone sup: illum oculos tuos: nichilq; ei mali facias. sz ut voluerit sic faciat ei. Misit ergo nabuzardan princeps militu. 7 nabusarban. 7 rbsares 7 nergel. 7 sersez. 7 rbmag. 7 omnes optimates regis babylonis miserunt. 7 tulerut vermiam de nesthbulo carcris. 7 tradiderunt eum godolie filio aichan filij saphan. ut reduceret domum 7 habitaret in populo. ad vermiam aut fuit sermo domini. cum clausus esset in nesthbulo carcris. dicens. Vade 7 dic ab demelech ethyopi dicens. Hec dicit dominus exercituum deus isrl. Ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum 7 non in bonum. 7 erunt in conspectu tuo in die illa. Et liberabo te in die illa ait dominus. Et non tradens in manu uiroz quos tu formidas. sz eruens liberabo te. 7 gladio non cades. sz erit tibi anima tua in salutem. quia in me hoptasti fiducialiter dominus.

SErmo qui fuit ad vermiam a domino postq; dimisit eum nabuzardan magistro militu de rama. quu tulit eum uinctum catenis in medio omnium. qui migrabant de ierlm et iuda. 7 ducebantur in babylonem. Tollens ergo princeps militu vermiam dixit ad eum. Dominus deus tuus locutus est malum hoc super locum istum 7 adduxit. 7 fecit dominus sicut locutus est. quia peccastis domino. 7 non audistis uocem eius. 7 factus est nobis sermo hic. Nunc ergo ecce solui te hodie de catenis que sunt in manibus tuis. Si placet tibi ut uenias mecum in babylonem. ueni. 7 ponam oculos meos super te. Si aut displicet tibi uenire mecum in babylonem. resside. Ecce omnis terra in conspectu tuo est. Quocunq; elegeris. 7 quo placuerit tibi ut uadas illuc pergе. Et mecum noli uenire. sz habita apud godoliam filium aichi filij saphan quem preposuit rex babylonis ciuitatibus iude. habita ergo cum eo in medio populi. uel quocunq; loco placuerit tibi ut uadas. uade. Dedit quoq; ei magr militu cibaria 7 munuscula. 7 dimisit eum. Veniit aut vermias ad godoliam filium aichā in maspha. 7 habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra. Cum aut audissent omnes principes exercituum qui dispersi fuerant per regiones ipi 7 socij eorum. quod prefecisset rex babylonis godoliam filium aichā uir. 7 q; commendasset ei uiros 7 mulieres. 7 parnulos 7 de pauperibus terre. qui non fuerant in babylonem translati. uenerunt ad godoliam in maspha. et ismahel filius nathanie. 7 ioānam 7 ionathan filij caree. 7 saraias filius thenemeth. 7 filij ophy. qui erant de netophati. 7 iezonias filius maachathi. ipi 7 uiri eorum. Et iurauit eis godolias filius aichā filij saphā. 7 comminat eorum dicens. Nolite timere seruire chaldeis. habitate in terra. 7 seruite regi babylonis. 7 bene erit uob. Ecce ego habito in maspha. ut rndeam precepto chaldeorum. qui uenient ad nos. Vos aut colligite uindemiā 7 messem 7 oleum. 7 date in uasis uestris. 7 manete in urbibus uestris quas tenetis. Sz 7 omnes iudei qui erant in moab 7 filijs amon. 7 in idumea. 7 in uniuersis regionib; audiro q; dedisset rex babylonis reliquias iude. 7 q; preposuisset eis godoliam filium aichā filij saphan. reuersi sunt omnes iudei de uniuersis locis ad que profugerant. 7 uenerunt in terram iuda ad godoliam in maspha. 7 collegerunt uinum 7 messē multam nimis. Joanna aut filius caree. 7 omnes principes exercituum. qui dispersi erant in regionib; uenerunt ad godoliam in maspha. 7 dixerunt ei. Scito quia baalis rex filioz amon misit ysmahel filium nathanie perimere animam tuam. Et nō credidit eis godolias filius aichan. Joanna autē filius caree dixit ad godoliam secretum in maspha loquens. Veniā 7 percutiam ysmahel filium nathanie nullo sciente. ne interficiat



anuam

animam tuam ꝙ dissipentur omnes
uidei qui congregati sunt ad te. ꝙ pereat
reliquie iuda. Ecce autē godolias filius
aichā. ad ioannam filium caree. No
li facere hoc uerbum. falsum enī lo
ris tu de hysmahel

Factum è in mense vij. ꝙ
uenit hysmahel filius na
thanie filij helisama de
semine regali. ꝙ optima
tes regis ꝙ decem uiri cum eo. ad go
doliam filium aichā in maspha. et
comederunt panem simul in maspha.
Surrexit autē hysmahel filius natha
nie. ꝙ decem uiri qui erant cum eo. et
percusserunt godoliam filium aichā
filij saphan gladio. ꝙ interfecerunt eum.
quem prefecerat rex babylonis terre.
Omnes quoq; iudeos qui erant cum
godolia in maspha. ꝙ caldeos qui re
pti sunt ibi ꝙ uiros bellatores. percussit
hysmahel. Secundo autē die. postq; ꝙ
occiderat godoliam nullo sciente. ne
nerunt uiri de sichē. ꝙ de silo. ꝙ samaria
octoginta uiri rasi barbam. ꝙ scissis ꝙ
uestibus. ꝙ squalentes. munera ꝙ thus
habebant in manu. ut offerrent in dom
domini. Egressus ergo hysmahel fi
lius nathanie in occursum eorum. d
maspha. incedens ꝙ plorans ibat. Cui
autē occurrisset ait. dixit ad eos. Venī
ad godoliam filium aichā. Qui cum
uenissent ad medium ciuitatis. interfecit eos hysmahel filius nathanie ꝙ
circa medium lacū. ipe ꝙ uiri qui cum
eo erant. Decem autē uiros reperti sunt
inter eos. qui dixerunt ad hysmahel. Ne
uolī occidere nos. quia habemus thesau
ros in agro frumenti. ordei. olei ꝙ melli.
Et cessauit ꝙ non interfecit eos cum
fratribus suis. Lacus autē in quem pro
cecerat hysmahel omnia cadauera uiro
rum quos percussit propter godoliam. ipe è
quem fecit rex asa. propter baasa regem
israel. Ipm replenit hysmahel filius nath
nie occisis. Et cetera uirus dixit hysma
hel omnes reliquias populi. que erant
in maspha. filias regis. ꝙ omnem populum qui remanserant in maspha.
quos cōmendauerat nabuzardan pri
ceps militie. godolie filio aichā. Et ce

pit eas hysmahel filius nathanie. ꝙ a
bijt. ut transiret ad filios amon. Audi
uit autē ioanna filius caree. ꝙ omnes
principes bellatorum qui erant cū eo.
omne malum quod fecerat hysmahel
filius nathanie. ꝙ assumptis uiribus
suis. profecti sunt ut bellarent aduſ
hysmahelem filium nathanie. ꝙ inue
nerunt eum ad aquas multas. que ſ
sunt in gabaon. Cumq; uidissēt oēs
populi qui erat cum hysmahel. ioan
nā filium caree. ꝙ uniuersos principes bel
latorum qui erant cum eo. letati sunt.
Et reuersus è omnis populus quem
ceperat hysmahel in maspha. reuersusq;
abijt ad ioannam filium caree. Hys
mahel autē fugit cum octo uiris a facie
ioannā. ꝙ abijt ad filios amon. Tulit g
ioanna filius caree omnes principes
bellatorum qui erant cum eo. uniuersā
reliquias uulgi. quas reduxerat ab hy
smahel filio nathanie de maspha. postq;
percussit godoliam filium aichā fortē
uiros ad prelium. ꝙ mulieres ꝙ pueros.
ꝙ eunuchos quos reduxerat de gabaon
Et abierunt ꝙ sederunt peregrinantes
in chamaam que è iuxta bethleem. ut
pergerent ꝙ introirent egyptum a facie
chaldeorum. Timebant enī eos. qui
percusserat hysmahel filius nathanie
godoliam filium aychā. quē ipse fecerat
rex babylonis in terra iuda.

XLIII

Et accesserunt omnes prin
cipes bellatorum. ꝙ ioanna
filius caree. ꝙ iechonias fi
lius osie. ꝙ reliquū uulgus
a paruo usq; ad magnum. dixerūtq;
ad ieremiam prophetam. Cadat oratio
nis tue in conspectu tuo. ꝙ ora pro nobis ad
dominum deum tuum pro uniuersis
reliquijs istis. quia derelicti sumus ex
pauci de plurimis. sicut oculi tui nos
intuentur. ꝙ annuntiet nobis dñs de
uius uiam per quam pergamus. ꝙ quid
bum quod faciamus. Dixit autē ad
eos ieremias propheta. Audiui. Ecce e
go oro ad dñm deum uestrum. secundum uerba
uestra. Omne uerbū quodcq; respon
derit dñs. indicabo uobis. nec celabo uos quicq;
Et illi dixerunt ad ieremiam. Sit d
dominus inter nos testis ueritatis ꝙ fi

EREMIE

dei. si non iuxta omne uerbum in quo
misit te dominus deus tuus ad nos.
sic faciemus. siue bonum è siue malum
uoci domini dei nri ad quem mittim
te obediemus. ut bene sit nobis cum
audierimus uocem domini dei nri.
Cum aut̃ explesset ioathas: dies: fact̃m è
uerbum domini ad ieremiã. Vocauitq;
ioannã filium caree. omnes principes
bellatorum qui erant cum eo. & uni
uersum populum. a minimo usq; ad
ad maximum. & dixit ad eos. Hec di
cit dominus deus isrl. ad quem mi
sistis me. ut proicerentur preces uras
in conspectu eius. Si quiescentes man
seritis in terra hac. edificabo uos & no
destruam. plantabo & non euellam. pla
catus enim placatus sum. super malum quod
feci uobis. Nolite timere a facie regis
babylonis. quem uos pauidi formi
datis. Nolite eum metuere dicit dns.
quia ego sum uobiscum. ut saluos u
faciam uos. & eruam de manu eius.
Et dabo uobis misericordiam & miserabor: uti
& habitare uos faciam in terra ista. Si
aut̃ dixeritis uos non habitabimus i
terra ista. nec audietis uocem dñi
dei nri. dicentes. neq; quidem sed ibimus
egipti peregrinabimur. ubi non uidebi
bellum. & clangorem tube non audie
mus. & fame non sustinebimus. &
ibi habitabimus. propter hoc nunc audi
te uerbum domini reliquie iuda. Hec
dicit dominus exercituum deus isrl.
Si posuentes faciem uram ut ingre
diamini egiptum. & ingressi fueritis ut
habitetis. gladius quem uos for
midatis ibi apprehendet uos in terra
egipti. & fames pro qua sollicite estis
adherebit uobis in egipto. ibi mo
rieminī. Omnes uiri qui posue
rint faciem suam ut ingrediantur
egiptum ut habitent ibi. morientur in
gladio & fame & pestilencia. Nullus de eis
remanebit. nec effugiet a facie ma
li quod ego afferam super eos. Qui
hec dicit dominus exercituum deus
isrl. Sicut conflatus è furor meus. &
indignatio mea super habitatores ier
sic conflabitur indignatio mea super uos
cum ingressi fueritis egiptum. & cen

tus in ultionem. & in stuporem.
& in maledictum. & in obprobrium
& nequaq; ultra uidebitis locum istum.
Verbum domini super uos reliquie
iuda. Nolite introire egiptum. Scien
tes scietis. quia obtestatus sum
uobis hodie. quia decepistis animas
uras. Vos enim misistis me ad dñm
deum uram dicentes. Ora pro nob
ad dominum deum uram. & iuxta om
nia quecumq; dixerit dominus deus nr
sic annuntia nobis & faciemus. Et
annuntiaui uobis hodie. & non audi
stis uocem domini dei uri. super om
nia propter quibus misit me ad uos. &
nunc ergo scientes scietis. quia a
gladio & fame & peste morieminī in
loco ad quem uoluistis intrare ut
habitetis ibi.

Factum é aut̃ cum oplesset ieremias loquens ad
populum uniuersos ser
mones domini dei eorum
pro quibus miserat eum dominus
deus eorum ad illos. omnia uerba
hec. Dixit azarias filius osie. & io
nas filius caree. & omnes uiri superbi
dicentes ad ieremiam. Mendacium
tu loqueris. non misit te dñs deus
nr. dicens. ne ingrediamini egiptum
ut habitetis illic. sed baruch filius neri
incitat te ad uersum nos. ut tradat
nos in manus chaldeorum ut interficiat
nos. & transferat in babylonem.
Et non audiuit ioanna filius caree.
& omnes principes bellatorum & uni
uersus populus uocem domini. ut ma
neretis in terra iuda. Sed tollens io
anna filius caree. & uniuersi principes
bellatorum. uniuersos reliquias iu
da. qui reuersi fuerant de cunc
gentibus ad quas fugerant ante dispersi.
ut habitarent in terra iuda. uiros
& mulieres. paruulos & filias regis.
& omnem animã quam reliquerat na
buzardan princeps militum. cum go
dolia filio aicham filii saphan. & ie
remiam prophetam & baruch filium
neriae. ingressi sunt terram egipti. &
quia non obedierunt uoci dñi. & uene
runt usq; ad taphnis. Et factus é ser

PROPHETE

mo dominū ad veremiam in tammis
dicens. Sume in manu tua lapides
grandes. ⁊ abscode eos in cripta q̄
est sub muro lateritio in porta dom
plōnis in tammis cernentibꝫ uiris
iudeis. ⁊ dices ad eos. Hec dicit dns
exercituum deus isrl. Ecce ego mit
tam ⁊ assumam nabucedonosor re
gem babylonis seruum meum. ⁊ po
nam thronum eius super lapides i
stos quos abscondi. ⁊ stabiet solium
super eos. Veniensq; percutiet terram
egypti. quos in morte in mortem. et
quos in captiuitate in captiuitatē.
⁊ quos in gladio in gladium. Et i
succendet ignem in delubris deoꝝ
egypti. ⁊ cōburet ea. ⁊ captiuos ducet
illos. ⁊ amicietur terra egypti. sicut
amictu: pastor pallio suo. ⁊ egredietur
inde in pace. Et conteret statuas dom
solis que sunt in terra egypti. ⁊ delu
bra deorum egypti cōburet igni.

CAPUT XLIIII

Verbum quod factum ē ad ieremiā
⁊ ad omnes iudeos qui ha
bitabant in terra egypti
habitantes in magdalo ⁊ in tammis. ⁊
in memphis. ⁊ in terra phatures. di
cens. Hec dicit dominus exercituum
deus isrl. Vos uidistis omne malum
istud. quod adduxi super ierlm. ⁊ super
omnes ciuitates iuda. Et ecce sunt des
erte hodie. ⁊ non ē eis habitator. propter
malitiam quam fecerunt. ut me ad
iracundiam prouocarent. ⁊ irent ⁊
sacrificarent. ⁊ colerent deos alienos
quos nesciebant. ⁊ illi ⁊ uos ⁊ patres
uri. Et misi ad uos omnes seruos
meos prophetas. de nocte consurgens. ⁊
mittens ⁊ dicens. Nolite facere
uerbum abominationis huius quod
odi. Et non audierunt nec inclinauerunt aurem suam. ut conuerterē
tur a malis suis. ⁊ non sacrificarent
diis alienis. Et effusa ē indignatio
mea ⁊ furor meus. Et succensa est
in ciuitatibꝫ iuda. ⁊ in plateis ierlm.
⁊ uersa sunt in solitudinem. ⁊ in stu
porem in diem hanc. Et nunc hec di
cit dominus exercituum deus isrl.
Quare uos facitis malum grande h̄

ꝑa animas uras. ut intereat uobis
uir ⁊ mulier parulus ⁊ lactens de me
dio iude. nec relinquatur uobis quic
quam residuum. prouocantes me in op̄ib̄
manuum uarū. sacrificando diis a
lienis in terra egypti in qua ingressi
estis. ut habitetis ibi ⁊ disperamini. ⁊
sitis in maledictionem ⁊ in obprobrium
omnibꝫ gentibꝫ terre. Numquid
oblita estis mala priorum uestrorum. et
mala regum iuda. ⁊ mala uxorum
earum. ⁊ mala uestra. ⁊ mala uxorum
uestrarū que fecerunt in terra iuda. ⁊ in
regionibꝫ ierlm. non sunt mundati
usq; ad diem. ⁊ non timuerunt. ⁊ non
ambulauerunt in lege dni. ⁊ in pre
ceptis eius. que dedi coram uobis
⁊ coram patribꝫ uestris. Ideo hec dicit do
minus exercituum deus isrl. Ecce
ego ponam faciem meā in uobis in
malum. ⁊ disperdam omnem iudam.
⁊ assumam reliquias iude qui posue
runt facies suas. ut ingrederentur ⁊
ram egypti ⁊ habitarent ibi. ⁊ consumā
omnes in terra egypti. Cadent in gla
dio ⁊ in fame. ⁊ consumentur a minimo
usq; ad maximum. in fame ⁊ gladio
morientur. ⁊ erunt in usurā andum
⁊ in miraculum. ⁊ in maledictionem. ⁊
in obprobrium. Et uisitabo super
habitatores terre egypti. sicut uisitaui
super ierlm. in gladio ⁊ fame ⁊ peste.
Et non erit qui effugiat. ⁊ fiat residuū
de reliquiis iudeoꝝ. qui uadunt ut
peregrinentur in terra egypti. ⁊ reue
tantur in terram iuda. ad quam ipi
eleuant animas suas. ⁊ reuertantur
⁊ habitent ibi. Non reuertentur illuc
qui fugerunt. Reuertentur autē ꝑmi
omnes uiri scientes q̄ sacrificarent
uxores eorum diis alienis. ⁊ omnis mu
lieres quarū stabat multitudo gra
dis. ⁊ omnis populus habitantium in
terra egypti. ⁊ phatures dicentes. Sermonem quem locutus es ad nos in
nomine dni dei nri. non audiemus
ex te. Sed facientes faciemus omne
uerbum quod egredietur de ore nro.
ut sacrificemus regine celi. ⁊ libemus
ei libamina. sicut fecimus nos ⁊ patres
nri. reges nri ⁊ principes nri in urbi

IEREMIE

bz uida. z in plateis ierl'ā sāctā fum' panib; z bene nobis erat. malumq; non uidimus. Ex eo aut tpe. quo cessauim' sacrificare regine celi. z libare ei libamina indigemus omnibus. z gladio z fame consumpti sumus. Ds si nos sacrificamus regine celi. z libamus ei libamina. numquid sine uris nris fecimus ei placentas. ad colendum eam. z libamina libandi? Et dixit ieremias ad omnem populum ad uiros. z ad uxores. z ad uniuersum mulieres. et ad uniuersam plebem. qui erant ei uerbum dicens. Numquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibz iuda. z in plateis ierl'm. uos tres uri. z reges uri. z principes uri z populus terre. horum recordatus est dominus. z ascendit cor eius. Et non potuerat dominus ultra portare. propter malitiam studior' uor. z propter abominationes quas fecistis. Et fca est terra ura in desolationē. z in sibilos. z in maledictum: eo q' non sit habitator sicut est dies hec. Propterea q' sacrificetis uobis. z peccauetis domino. z non audieritis uocem dni. z in lege z in preceptis. z in testimonijs eius ambulaueritis. ideirco euenerunt uobis mala hec. sicut est dies hec. Dixit autem ieremias ad omnem populum z ad uniuersas mulieres. Audite uerbum domini omnis iuda. qui estis in terra egypti. Hec inquit dominus exercituum deus israel. dicentes. Uos z uxores uestre estis locute ore uro. z manibz uris impleuistis dicentes. Faciamus uota nra que uouimus ut sacrificemus regine celi. z libemus ei libamina. Implete uota uestra. z operamini peragite uota. Propterea audite uerbum domini omnis iuda. qui habitatis in terra egypti. Ecce ego iuraui in nomine meo magno. ait dominus. quia nequaq; ultra inuocabitur nomen meum ex ore omnis uri iudei dicentis. uiuit dominus deus in omni terra egypti. Ecce ego uigilabo super eos in malum. z non in bonum. z consumentur omnes uiri iuda qui sunt in terra egypti gladio z fame. donec penitus consumantur. Et qui fugerint gladium. reuertentur de terra egypti. in terra iuda. uiri pauci. Et scient omnes reliquie iuda ingredientium terra egypti. ut habitent ibi. cuius sermo conplebitur. meus an illorum. Et hec uobis signum ait dominus quod uisitem ego super uos in loco isto. quia uere conplebuntur sermones mei contra uos in malum. Hec dicit dominus. Ecce ego tradam phara onem effire regem egypti in manu inimicor' eius. z in manu quirentium animam illius. sicut tradidi sedechiam regem iuda. in manu nabuchodonosor regis babylonis inimici sui. z quirentis animam eius.

XLV

Uerbum quod locutus est ieremias propheta ad baruch filium neriе. cum scripsisset uba hec in libro de ore ieremie. anno quarto ioachim filij iosie regis iuda. dicens. Hec dicit dominus deus israel ad te baruch. Dixisti. Ue misero michi. quia addidit dominus dolorem dolori meo. Laboraui in gemitu meo. z requiem non inueni. Sic dices ad eum. Hec dicit dominus. Ecce quos edificaui. ego destruo. z quos plantaui ego euello. z uniuersam terram hanc. z tu quere tibi grandia. Noli quirere. quia ecce adducam malum. super omnem carnem ait dominus. Et dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quecumq; perexeris.

XLVI

Uerbum domini quod factum est ad ieremiam prophetam gentes. Ad egyptum. aduersum exercitum pharaonis. nechao regis egypti. qui erat iuxta flumen eufraten in carchamis. quem percussit nabuchodonosor rex babylonis. in quarto anno ioachim filij iosie regis iuda. Preparate scutum z clipeum. z procedite ad bellum. Jungite equos. z ascendite equites. state in galeis. polite lanceas. induite uos loricis. Quid igitur. Uidi ipse pauidos. z retrorsum uertentes. fortes eorum cesos. et fugientes. nec respicientes.



PROPHETE

Tenor undiqs: ait dominus. Non
fugiat uelox. nec saluari se puter for-
tis. Ad aquilonem iuxta flumen ce-
fiatem. ruerunt simul. et ceciderunt. Quis e
iste qui quasi flumen ascendit. et ue-
luti fluuiorum intumescunt gurgi-
tes eius? Egyptus quasi flumen ascendit. et
ascendit. et uelut flumina mouebi-
tur fluctus eius. et dicet. Ascendens
operiam terram. perdam ciuitates
et habitatores eius. Ascendite equos
et exultate in curribus. et procedant fo-
tes ethiopia. et libies tenentes scu-
tum. et lidij arripientes. et iacientes
sagittas. Dies enim ille domini dei e-
rercituum. dies ultionis. ut sumat
uindictam de inimicis suis. Deuorab-
gladius et saturabitur. et inebriabitur
sanguine eorum. Victima enim dni
exercituum. in terra aquilonis. iuxta
flumen euphraten. Ascende in galaad.
et tolle resinam uirgo filia egypti. Frus-
tra multiplicasti medicamina. sa-
nitas non est tibi. Audierunt gentes
ignominiam tuam. et ululatus tuus
repleuit terram. quia fortis impegit in
fortem. ambo pariter ceciderunt. Ver-
bum quod locutus est ad ieremiam
prophetam. super eo quod uenturus
esset nabuchodonosor rex babilonis
et percuteret terram egypti. Annun-
tate egypto. et auditum facite magda-
lo. et resonet in memphys. et in ta-
phnis dicite. Sta et præpara te. quia
deuorabit gladius circa te. quia per cun-
ctum tuum sunt percussi fortes tui.
tus? Non stetit. quia dominus de-
uexit eum. Multiplicauit ruinas
cecidit quasi ad proximum suum.
et dicent. Surge et reuertamur ad po-
pulum nrm. et ad terram natiuitatis
nre. a facie gladij columbe. Vocate
nomen pharaonis regis egypti. tumul-
tum adduxit tps. Viuo ego dicit
dominus exercituum nomen eius.
quia sicut thabor in montibus. et sicut
carmelus in mari uenient. Vasa tra-
migrationis fac tibi habitatrix filia
egypti. quia memphys in solitudi-
nem erit. et deserta inhabitabilis. Vitula
elegans atqs formosa egyptus. sa-
mulator ab aquilone uenit ei. Mer-
cenarij quoqs eius. qui uersabantur
in medio eius quasi uituli saginati.
uersi sunt et fugerunt simul. nec sti-
terunt. quia dies interfectionis
eorum uenit super eos tps uisita-
tionis eorum. Vox eius quasi ere. ibit
sonabit. qm cum exercitu properabit
et cum securibus uenient ei. Quasi lu-
dentes cedetis. succidetur saltum ei
ait dominus. qui suputari non pot.
Multiplicati sunt super locustas. et
non est eis numerus. Confusa est
filia egypti. et tradita in manu popli
aquilonis. dixit dominus exercituum
deus israel. Ecce ego uisitabo super a
multum alexandrie. et super pharao.
et super egyptum. et super deos eius. et
super pharaonem. et super reges eius. et
eos qui confidunt in eo. et dabo eos in
manu quærentium animas eorum.
et in manu nabuchodonosor regis
babylonis. et in manu seruorum eius.
Et post hec habitabitur. sicut diebus
antiquis ait dominus. Et tu ne timeas
serue meus iacob. et ne paueas israel.
Quia ecce ego saluum te faciam de
longinquo. et semen tuum de terra ca-
ptiuitatis sue. et reuertetur iacob. et re-
quiescet et prosperabitur. et non erit q-
exterreat eum. Et tu noli timere ser-
ue meus iacob ait dominus. quia
tecum ego sum. quia consummam ego
cunctas gentes ad quas eiecit te. te uo
non consummam. sed castigabo te in iudi
cio. nec quasi innocentem putabo te.

Cap. XLVII

Quod fuit uerbum domini
ad ieremiam prophetam
contra palestinos antequam
percuteret pharao gazam. Hec dicit
dominus. Ecce aque ascendent ab
aquilone. et erunt quasi torrens inun-
dans. et operient terram et plenitudi-
nem eius. urbem et habitatores eius. Clam-
bunt homines et ululabunt omnes
habitatores terre. a strepitu pompe ar-
morum et bellatorum eius. a cómo
tione quadrigarum eius. et multitu-
dine rotarum illius. Non respexerunt
patres filios manibus dissolutis. pro ad



IEREMIE PROPHETE

uentu dici in qua uastabuntur omis philisthim ꝛ disipabitur tyrus ꝛ sydon cum omnibꝫ reliquijs auxilijs suis Q populauit ē dñs palestinos. ꝛ reliquias insule capadocie. Venit ꝛ caluitium super gazam ꝙcisa ascalon. ꝛ reliquie uallis earum. Vsqꝫ quo excides? O mucro domini. usqꝫ quo non quiesces? ſ ingredere in uaginam tuam. refrigerare ꝛ sile. Quomodo quiescet cum dominus preceperit ei aduersum ascalonem. ꝛ aduersus maritimas eius regiones ibiqꝫ constituit illi

XLVIII

Ad moab. Hec dicit dñs exercituum deus israel. Ve super nabo. quia uastata ē ꝛ confusa ē. Capta est cariathaim. confusa ē fortis. ꝛ contremuit. Non ē ultra exultatio in moab. In esebon cogitauerunt malum. Venite disperdamus eam de gente. Etiam tu silens conticesces. sequens te gladius Vox clamoris de oronaym. uastitas ꝛ contricio magna. Contrita ē moab. Annuntiate clamorem parulis eius. Per ascensum enim luhit plorans ascendet in fletum. quia in descensu oronaym hostes ululatum contritionis audierunt. Fugite saluate animas uestras. ꝛ eritis quasi myrice in deserto. Quia co enim q̃ confisa fuisti fiducia in munitionibꝫ tuis. ꝛ in thesauris tuis tu quoqꝫ capieris. Et ibit chamos in transmigrationem. sacerdotes eius ꝛ principes eius simul. Et uenient super eo ad omnem urbem. ꝛ urbs una sa saluabitur. ꝛ peribunt ualles. ꝛ dissipabuntur campestria. quia dixit dominus. Date florem moab. quia florens egredietur. ꝛ ciuitates eius deserte erunt. ꝛ inhabitabiles. Maledictus qui facit opus domini fraudulenter. ꝛ maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. Securus fuit moab ab adolescentia sua. ꝛ requieuit in fecibus suis. ꝛ transfusus ē de uase in uas. ꝛ in transmigrationem non abiit. Propterea permansit gustus eius in eo. ꝛ odor eius non ē immutatus. Propterea ecce dies uenient dicit dominus. ꝛ mittam ei ordinatores ꝛ stratores lagunculorum ꝛ stabunt eum. ꝛ uasa eius exhaurient ꝛ lagunculas eorum collident. Et confundetur moab a chamos. sicut confusa ē domus israel a bethel in qua habebat fiduciam. Quomodo dicitis fortes sumus. ꝛ uiri robusti ad pugnandum? Vastata ē moab. ꝛ ciuitates illius ascendent. ꝛ electi iuuenes eius descenderunt in occisionem. ait rex dominus exercituum nomen eius. Prope est interitus moab ut ueniat. ꝛ malus eius uelociter accurrit nimis. Consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius. ꝛ uniuersi qui scitis nomen eius. dicite. Quomodo confracta ē uirga fortis. baculus gloriosus. Descende de gloria. ꝛ sede in siti. habitatio filie dibon. quia uastator moab ascendet ad te. dissipabit munitiones tuas. In uia sta ꝛ prospice habitatio aroer. interroga fugientem. ꝛ eum qui euasit. Dic. Quid accidit? Confusus ē moab. quia uictus est. Vlulate ꝛ clamate. annuntiate in arnon. quia uastata ē moab. ꝛ iudicium uenit ad terram campestrem super holon. ꝛ super iesa. ꝛ super mephaath. ꝛ super dibon. ꝛ super nabo. ꝛ super domum de blathaym. ꝛ super cariathaim. ꝛ super bethgamul. ꝛ super bethmaon ꝛ super carioth. ꝛ super bosra. ꝛ super omnes ciuitates terre moab. que longe ꝛ prope sunt. Abscissum ē cornu moab. ꝛ brachium eius confractum ē. ait dominus. Inebriate eum. quia contra dominum erectus ē. ꝛ allidet manum moab in uomitu suo. ꝛ erit in derisum etiam ipse. Fuit enim uobis israel. quasi inter fures repertus es eum. Propterea uerba ergo mea que aduersum illum locutus es. Capti sunt ducem. Relinquite ciuitates. ꝛ habitate in petra habitatores moab. ꝛ estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Audiuimus superbiam moab. superbus ē ualde. Sublimitatem eius ꝛ arrogantiam ꝛ superbiam. ꝛ altitudinem cordis illius. ego scio ait dominus.

IEREMIE · PROPHETE ·

ſactantiam eius. ⁊ quod non ſit iuxtꝝ eam uirtus eius. nec iuxta quod po teſt conata ſit facere. Ideo ſuper moab eiulabo. ⁊ ad moab uniuerſa clamabo. ad uirum muri ficti lamentantes. De planctu uaſer plora bo tibi. uinea ſabama. Propagines tue tranſierunt mare. uſqꝫ ad mare uaſer peruenerunt. Super meſſem tuam ⁊ uindemiam tuam prædo uenit. Ablata eſt letitia ⁊ exultatio de carmelo. ⁊ de terra moab. ⁊ uinum de torculariis ſubſtuli. Nequaqꝫ calcator ultra ſolitum celeuma cantabit. De clamore eſebon uſqꝫ eleale. ⁊ ieſſa dederunt uocem ſuam. a ſegor uſqꝫ oronaym uitula tertienante. Aque quoqꝫ aquarum peſſime erunt. Et auferam de moab ait dominus offerentem in excelſis. ⁊ ſacrificante dijs eius. Propterea cor meum ad moab quaſi tibia reſonabit. ⁊ cor meum ad uiros muri fictilis. dabit ſonitum tibicinis. Quia plus fecit quꝫ potuit. ideo perierunt. Omne enim caput calui tium. ⁊ omnis barba raſa erit. In cunctis manibus colligatio. ⁊ ſuper omne dorſum eius cilicium. Super omnia tecta moab. ⁊ in platheis eius omnis planctus. quia contrivi moab ſicut uas in utile. ait dominus. Quomodo contrita eſt ⁊ ululauerunt. Quomodo uertit cervicem moab. ⁊ confuſus è. Erit quꝫ moab in deriſum. ⁊ in exemplum omnibus circuitus ſui. Hec dicit dominus. Ecce quaſi aquila uolabit. ⁊ extendet alas ſuas ad moab. Capta è carioth. ⁊ munitiones occupate ſunt. Et erit cor fortium moab in die illa. ſicut cor mulieris parturientis. Et ceſſabit eſſe moab populus. quia contra dominum gloriatus è. Pauor ⁊ fouea ⁊ laqueus ſuper te. o habitator moab dicit dominus. Qui fugit a facie pauoris cadet in foueam. ⁊ qui aſcenderit de fouea capietur laqueo. Adducam enim ſuper moab annum uiſitationis eorum ait dominus. In umbra eſebon ſteterunt de laqueo fugientes. quia ignis egreſſus è de eſebon. ⁊ flamma de medio ſeon. ⁊ deuorabit partem moab. ⁊ uerticem filiorum tumultus. Ve tibi moab periſti populus chamos. ⁊ quia capti ſunt filij tui. ⁊ filie tue in captiuitatem. Et adducam captiuitatem moab in nouiſſimis diebus ait dominus. Hucuſqꝫ iudicia moab.

Ad filios XXIX amon. Hec dicit dominus. Numquid filij non ſunt iſrl. aut non è ei heres. Cur ergo hereditate poſſedit melchon. gad. ⁊ populus eius in urbibus eius habitauit. Ideo ecce dies uenient dicit dominus. ⁊ auditum faciam ſuper rabbath filiorum amon. ⁊ fremitum prelij. Et erit in tumultum diſſipata. filieqꝫ eius ſuccendentur igni. ⁊ poſſidebit iſrl poſſeſſores ſuos dicit dominus. Ululate eſebon. quia uaſtata è hay. Clamate filie rabba. accingite uos cilicijs. plangite ⁊ circumite per ſepes. quia melchon in tranſmigrationem ducetur. ſacerdotes eius ⁊ principes eius ſimul. Quid gloriaris in uallibus. Defluxit uallis tua filia delicata. que confidebas in theſauris tuis. ⁊ dicebas. Quis ueniet ad me. ⁊ Ecce ego inducam ſuper te terrores. ait dominus deus exercituum. ab omnibus qui ſunt in circuitu tuo. et diſpergemini ſinguli a conſpectu uno. ſi erit qui congreget fugientes. Et poſt hec reuertar faciam captiuos filiorum amon. ait dominus. ad uerſum eam. ⁊ hec dicit dominus exercituum. Numquid non è ultra ſapia in theman. ⁊ perijt conſilium a filijs. mutatis eſt ſcia eorum. Fugite. uertite. deſcendite in uoraginem habitatores dedan. quia perditionem eſau adduxit ſuper eum tempus uiſitationis eius. Si uindemiatores uenerint ſuper te non reliquiſſent racemum. Si fures in nocte. rapuiſſent quod ſufficeret ſibi. Ego uero diſcoperui eſau. reuelaui abſcondita eius. ⁊ celari non poterit. Vaſtatum è ſemen eius. ⁊ fratres eius ⁊ uicini eius. ⁊ non erit. Relinque pupillos tuos. ego eos faciam uiuere. ⁊ uidue tue ſperabunt in me. Quia hec dicit dominus. Ecce

IEREMIE · PROPHETE



ce quib⁹ non erat iudicium ut biberet calicem. bibentes bibent. Et tu quasi innocens relinquens. Non eris innocens sed bibens bibes: quia per me ipsum iurauj. dicit dominus. q⁹ in solitudinem in obprobrium in desertum. in maledictionem erit bosra. omnes ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas. Auditum audiui a domino. et legatus ad gentes missus sum. Congregamini et uenite ad eam. et consurgamus in prelium. Ecce enim paruulum in gentib⁹ dedi te. contemptibilem inter homines. Arrogantia tua decepit te. et superbia cordis tui. qui habitas in cauernis petre. et apprehendens uertex alticudinem collis. Cum exaltaueris q̃si aquila nidum tuum. inde detrahas te. dicit dominus. Et erit idumea deserta. Omnis qui transibit per eam stupebit. et sibilabit super omnes plagas eius sicut subuersa sodoma et gomorra. et uicine eius ait dominus. Non habitabit ibi uir. nec incolet eam filius hominis. Ecce quasi leo ascender de superbia iordanis. ad pulchritudinem robustas. quia subito currere eum faciam ab illa. Et quis erit electus. quem preponas ei? Quis enim similis mei? Et quis sustinebit me? Et quis est iste pastor qui resistat uultui meo? Propterea audite consilium domini quod iniit de edon. et cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus theman. Si non detrecerint eos paruuli gregis. nisi dissipauerint cum eis habitacula eorum. A uoce ruine eorum commota est terra. A clamore in mari rubro audituus est uocis eius. Ecce quasi aquila ascendet et uolabit. et expandet alas suas super bosram. Et erit cor fortium idumee in die illa. quasi cor mulieris parturientis. Ad damascum. Confusa est emath. et arphath. quia audierunt pessimum auditum. Turbati sunt in mari. presolutudine quiescere non potuit. Dissoluta est damascus. uersa est in fugam. tremor apprehendit eam. angustia et dolores tenuerunt ea q̃si parturientem. Quo derelinquerunt ciuitatem laudabilem. urbem letitie?

eo cadent iuuenes eius in plateis eius. et omnes uiri prelij conticescent in die illa. ait dominus exercituum. Et succendam ignem in muro damasci. et deuorabit menia benadad. Ad cedar et ad regna asor que percussit nabuchodonosor rex babilonis. Hec dicit dominus. Surgite. ascendite ad cedar. et uastate filios orientis. Tabernacula eorum et greges eorum capient. pelles eorum et omnia uasa eorum. et camelos eorum tollent sibi. Et uocabunt super eos formidinem in circuitu eius. Fugite abite uehementer. in uoragines sedete. qui habitatis asor. ait dominus. Iniit enim contra uos nabuchodonosor rex babylonis consilium. et cogitauit aduersum uos cogitationes. Consurgite et ascendite ad gentem quietam. habitantem confidenter. ait dominus. Non hostia non uectes eius soli habitant. et erunt cameli eorum in direptiones. et multitudo iumentorum in predam. Et dispergam eos in omnem uentum qui sunt attonsi in comam. et ex omni consilio eorum adducam interitum super eos. ait dominus. Et erit asor habitaculum draconum. deserta usque in eternum. Non manebit ibi uir. nec incolet eam filius hominis. Quod factum est uerbum domini ad ieremiam. aduersus elam. in principio regni sedechie regis iude. dicens. Hec dicit dominus exercituum deus israel. Ecce ego confringam arcum elam. summam fortitudinem eorum. Et inducam super elam quatuor uentos a quatuor plagis celi. et uentilabo eos in omnes uentos istos. et non erit gens ad quam non ueniant profugi elam. Et pauere faciam elam coram inimicis suis. et coram querentibus animas eorum. Et adducam super eos malum iram furoris mei. dicit dominus. Et emittam post eos gladium. donec consumam eos. Et ponam solium meum in elam. et perdam inde reges et principes. ait dominus. In nouissimis autem diebus reuertere faciam captiuos elam. dicit dominus.

IEREMIE PROPHETE

Verbum quod locutus è dominus de babylonia. & de terra chaldeorum. in manu ieremie prophete. Annunciate in gentibus. & auditum facite. Levate signum. predicate. & nolite celare. Dicite. capta è babylon. confusus è bel. victus è meredach. confusa sunt sculptilia eius. superba sunt volumina eorum. quia ascendet contra eam gens ab aquilone. que ponet terram eius in solitudinem. & non erit qui habitet in ea. ab homine usq; ad pecus. Emigrauerunt & abierunt. In diebus illis & in tempore illo. ait dominus. venient filii israel. ipsi & filii iuda simul ambulantes & flentes. proficiscentur. & dominum deum suum querent. in sion interrogabunt viam. Huc facies eorum uenient. & apponentur ad dominum federe sempiterno. quod nulla oblivione delebitur. Grex perditus fuit populus meus. pastores eorum seduxerunt eos. & montes montes transierunt. de monte in collem transierunt. obliti sunt cubilis sui. Omnes qui invenerunt comedebant eos. & hostes eorum dicebant. non peccamus. pro eo quod peccauerunt domino decor iustitie. & expectationum patrum eorum domino. Recedite de medio babylonis. & de terra chaldeorum egredimini. & estote quasi edentes gregem. quia ecce ego suscitabo & adducam in babylonem congregationem gentium magnarum de terra aquilonis. & parabuntur adversum eam. & inde capietur. Sagitta eius quasi viri fortis interfectoris. non revertetur vacua. Et erit caldea in predam. omnes vastantes eam replebuntur. ait dominus. Quoniam exultatis & magnamini dilapidantes hereditatem meam. Quia effusi estis sicut vitula super herbam. & mugistis ut tauri. Confusa è mater vestra nimis. & erubescat genetrix vestra. Ecce novissima erit gentium. & deserta in vita. & arens. Ab ira domini non habitabitur. & redigetur tota in solitudinem. Omnis qui transibit per babylonem stupebit. & sibilabit super universas plagas eius. Precipite contra babylonem per circuitum omnes qui intenditis arcum. & bellate eam. & parcatis sagittis quia domino peccauit. Clamate adversus eam. subiugata est manus eius. Cecidit fundamenta eius. destructum est murus eius. quia ultio domini è. Ultionem accipite de ea. sicut fecit facite ei. Disperdite satorem de babylone. & tenentem falcem in tempore messis. a facie gladii columbe. Unusquisq; ad populum suum convertetur. & unusquisq; ad terram suam fugient. Grex dispersus israel. leones ejecerunt eum. Primus comedit eum rex assur. iste novissimus exossauit eum nabuchodonosor rex babylonis. Propterea hec dicit dominus exercituum deus israel. Ecce ego visitabo regem babylonis. & terram eius. sicut visitaui regem assur. & reducam israel ad habitaculum suum. & pascetur carmelus & basan. & in monte ephraym & galaad saturabitur anima eius. In diebus illis & in tempore illo dicit dominus. queretur iniquitas israel. & non erit. & peccatum iuda & non invenietur. quia propitius ero eis. quos reliquero. Super terram dominantium ascende. & super habitatores eius visita. Dissipa & interfice que post eos sunt. ait dominus. & fac universa omnia que precepi tibi. Vox belli in terra. & contritio magna. Quomodo contrita & confractus est & contritus est malleus universe terre. Quomodo versa est in desertum babylon. in gentibus. Illaqueatum te. & capta est babylon. & nesciebas. inventa es & apprehensa. quia domino provocasti. Aperuit dominus thesaurum suum. & protulit vasa ire sue. quia opus est domino deo exercituum in terra chaldeorum. Venite ad eam ab extremis finibus. aperite ei horrea eius. conculcate eam quasi aceruum. & interficite eam. ne sit quicquam reliquum. Disperdite universos fortes eius. descendant in occisionem. Ve eis. quia venit dies eorum. tempus visitationis eorum. Vox fugientium. & eorum qui effugerunt de terra babylonis. ut annuntient in sion ultionem domini dei nostri. ultionem templi eius. Annuntiate in babi



TERE MIE

lone plurimus. omnib⁹ qui intrinduntur eum. Consistite aduersum eam p̄ gnum. 7 nullus euadat. Reddite ei secundum opus suum. 7 iuxta oia q̄ fecit facite illi. quia stulta contra dominum erexit se aduersum sanctum isr̄l. Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius. 7 omnes uiri bellatores eius obticescent in die illa. ait dominus. Ecce ego ad te superbe dicit dominus deus exercituum. quia uenit dies tuus. tp̄s uisitationis tue. Et cadet superbus 7 corruet. non erit qui suscitet eum. Et succendam ignem in urbibus eius. 7 deuorabit omnia in circuitu eius. Hec dicit dominus exercituum. Calumpniam sustinent filij isr̄l' 7 filij iuda simul. Omnes qui ceperunt eos tenent. nolunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis. dominus exercituum nomen eius. Iudicio defendet causam eorum. ut requiescat terram. 7 conmoueat habitatores babilonis. Gladius ad chaldeos ait dominus. 7 ad habitatores babilonis. 7 ad principes 7 ad sapientes eius. Gladius ad diuinos eius. qui stulti erunt. Gladius ad fortes illius. qui timebunt. Gladius ad equos eius. 7 ad currus eius. 7 ad omne uulgus quod est in medio eius. 7 erunt quasi mulieres. Gladius ad thesauros eius qui diripientur. Siccitas super aquas eius et arescent. quia terra sculptilium est. et in portentis gloriantur. Propterea habitabunt dracones cum struthionibus. 7 habitabunt in constructionibus. Et non habitabitur ultra usq; in sempiternum. nec edificabitur usq; ad generationem 7 generationem. sicut subuertit deus sodomam 7 gomorram 7 uicinas eius ait dominus. Non habitabit ibi uir. nec incolet eam filius hominis. Ecce populus uenit ab aquilone. 7 gens magna. 7 reges multi consurgent a finibus terre. Arcum 7 scutum apprehendent. Crudelis est 7 inmisericors. Vox eorum quasi mare sonabit. Et super equos ascendent. sicut uir paratus ad prelium contra te filia babilon. Audiuit autem rex babylonis famam eorum. 7 dissolute sunt manus eius. Angustia apprehendit eum. dolor quasi parturientem. Ecce quasi leo ascendet de superbia iordanis ad pulchritudinem robustam. quia subito cum curere faciam eum illam. Et quis electus. quem preponam ei. Quis enim similis mei. Et quis sustinebit me. Et quis est iste pastor. qui resistat uultui meo. Propterea audite consilium domini quod mente cepit aduersum babylonem. 7 cogitationes eius quas cogitauit super terram chaldeorum. Si non trahent eos parui greges. 7 si dissipauerit super eos pascuas eorum. A uoce captiuitatis babylonis commota est terra. 7 clamor inter gentes auditus est.

Et dicit dominus. Ecce ego suscitabo super babylonem. 7 super habitatores eius. qui cor suum leuauerunt contra me quasi uentum pestilentem. 7 mittam in babylone uentilatores. 7 uentilabunt eam. 7 deuastabunt terram eius. qui uenerunt super eam undique in die afflictionis eius. Non tendat qui tendit arcum suum. 7 non ascendat loricatus. Ne parcite iuuenibus eius. interficite omnem militiam eius. Et cadent interfecti in terra chaldeorum. 7 uulnerati in regionibus eius. Quia non est uiduatus isr̄l. 7 iuda a deo suo domino exercituum. Terra autem eorum repleta est delicto a sancto isr̄l. Fugite de medio babylonis. 7 saluet unusquisq; animam suam. Ne uelitis tacere super iniquitatem eius. quia tp̄s ultionis est domino. retributionem ipse retribuet ei. Calix aureus babylon in manu domini. inebrians omnem terram. De uino eius biberunt omnes gentes. 7 ideo commote sunt. Subito cecidit babylon 7 contrita est. Ululate super eam. tollite resinam ad uulnus eius. si forte sanetur. Curauimus babylonem. 7 non est sanata. Derelinquamus eam. 7 eamus unusquisq; in terram suam. quia peruenit usq;

ad celos iudicium eius. ⁊leuati e
nisgs ad nubes. ꝓcedit dominus
ultionis mee. ⁊venite ⁊nauremus i
syon opus domini dei nri. Acuite
sagittas. implete pharetras. Suscitauit dominus spm regum medor
⁊ora babilonem mens enim est ut
perdat eam. quia ultio domini è. ultio
templi sui. Super medorum ora babylonem. ⁊ora babylonem. Suscitate signū
super muros babylonis leuate sig.
augete custodiam. Leuate custodes
preparate insidias. quia cogitauit
dominus ⁊fecit quecunqs locutus
è ora habitatores babylonis. Que
habitas super aquas multas. locuples
in thesauris. venit finis tuus pedalis
precisionis tue. Iurauit dominus
exercituum per animam suam. quia
implebo te hominibus quasi bruco. ⁊
super te celeuma cantabunt. Qui
fecit terram in fortitudine sua. ꝑ
parabit orbem in sapia sua. ⁊prudē
tia sua extendit celos. Ad vocem
eius multiplicabuntur aque in celo
Qui leuat nubes ab extremo terre.
fulgura in pluuiam fecit. ⁊producit
ventos de thesauris suis. Stultus a
fectus è omnis homo a scia. confusus è
omnis sculptilis. quia mendax è simulacrum eius. nec è spūs in eis.
Vana sunt opera ⁊risu digna. in tpe
visitationis sue peribunt. Non sic
hec pars iacob. quia qui fecit omnia
ipse è ⁊virga hereditatis eius.
dominus exercituum nomen eius.
Collidis tu michi nasa belli. ⁊ego
collidam in te gentes. ⁊disperdam
in te regna. Et collidam in te equū.
⁊equitem eius. ⁊collidam in te cur
rum ⁊ascensorem eius. Et collidam
in te virum ⁊mulierem. ⁊collidam i
te senem ⁊puerum. ⁊collidam in te
iuuenem ⁊iuuencam. Et collidam
in te pastorem ⁊gregem eius. ⁊colli
dam in te agricolam ⁊iugales eius.
Et collidam in te duces ⁊magistros
Et reddam babylonem. ⁊cunctis habitatoribus chaldee omne malum suum. qđ
fecerunt in syon in oculis vris. ait
dominus. Ecce ego ad te mons pesti

fer. ait dominus. qui corrumpis uni
uersam terram. Et extendam manū
meam super te. ⁊volubo te de petris.
⁊dabo te in montem combustionis. Et
non tollent de te lapidem in angulū
⁊lapidem in fundamenta. ⁊perdita
in eternum eris ait dominus. Leua
te signum in terra. clangite buccina
in gentibus. Sanctificate super eam gentes. annuntiate ora illam regibus ara
rat. meni ⁊aschenez. Nominate ora
eam tapsar. adducite equum quasi
bruchum aculeatum. Sanctificate ora
eam gentes. Reges medi ⁊duces
eius. ⁊omnes magistratus eius. ⁊
terram potestatis eius. Et mo
uebitur terra ⁊dolebit. quia cogitatio dñi
super babylonem cogitabit. ut ponat terram babylonis desertam.
⁊inhabitabilem. Cessauerunt fortes
babylonis prelio. sederunt in pug
nis. Dominatum è in bus eorum.
facti sunt quasi mulieres. Incensa
sunt tabernacula eius. confracti sunt
vectes eius. Cursore obuiam cur
renti uenient. ⁊nuntius obuius nun
tiabit. ut annuntiet regi babylonis
quia capta è ciuitas eius. a summo
usqs ad summum. ⁊vada preoccupata
sunt. ⁊palustres incense sunt igni. et
uiri bellatores eius combusti sunt. Quia
hec dicit dominus exercituum deus
israel. Filia babylon quasi area tpis
triture eius. adhuc modicum ⁊uenit
tempus messionis eius. Comedit
me deuorauit me. nabuchodonosor
rex babylonis. Redidit me quasi
nas uacuum. absorbuit me sicut draco.
Repleuit uentrem suum deliciis
me mea. ⁊eiecit me. Iniquitas ad
me ⁊in me facta super babylo
nem. dicit habitatio syon. ⁊sanguis
meus super habitatores chaldee. dicit
ierusalem. Propterea hec dicit dominus.
Ecce ego iudicabo causam tuam. ⁊ultionem tuam faciam
pro te. ⁊siccabo mare eius. ⁊siccabo uenam eius. Et
erit babylon in tumulos. habitatio draconum. stupor ⁊sibilus. eo qđ non sit
habitator. Simul ut leones rugient.
excutient comas uelut catuli leonum.

IEREMIE PROPHETE



In calore eorum ponam potus eorum. & inebriabo eos. ut sopiantur & dormiant sompnum sempiternum. & non exurgant dicit dominus. Deducam eos qi agnos ad victimam. quasi arietes cum hedis. Quomodo capta est sesach. & comprehensa est inclita universe terre. Quomodo facta est in stupore babilon inter gentes. Ascendit super babilonem mare. multitudine fluctuum eius operta est. Facte sunt civitates eius in stupore. terra inhabitabilis & deserta. terra in qua nullus habitet. nec transeat per eam filius hominis. Et visitabo super bel in babilone. & eiciam quod absorbuerat de ore eius. & non confluent ad eum ultra gentes. Siquidem & murus babilonis corruet. Egredimini de medio eius populus meus. ut saluet unusquisq; animam suam. ab ira furoris domini. & ne forte moleseat cor uestrum. & timeatis auditis. qui audietur in terra. Et ueniet in anno auditio & iniquitas in terra. & dominator super dominatorem. Propterea ecce uenient. & uisitabo super sculptilia babilonis. & omnis terra eius confundetur. & uniuersi interfecti eius cadent in medio eius. Et laudabunt super babylonem celi & terra. & omnia que in eis sunt. quia ab aquilone uenient ei predones. ait dominus. Et quomodo fecit babylon. ut caderent occisi in israel. sic de babylone cadent occisi in uniuersa terra. Qui fugistis gladium. uenite & nolite stare. Recordamini procul dominum. & ierusalem ascendat super cor uestrum. Confusi sumus. quia audiuimus obprobrium. operuit ignominia facies nostras. quia uenerunt alieni super sanctificationem domus domini. Propterea ecce dies uenient dicit dominus. & uisitabo super sculptilia babylonis. & in omni terra eius mugiet uulneratus. Si ascenderit babylon in celum. & firmauerit in excelso robur suum. ab me uenient uastatores eius. ait dominus. Vox clamoris de babylone. & contritio magna de terra chaldeorum. quia uastauit dominus babylonem. & perdidit ex ea uocem magnam. & sonabunt fluctus eorum quasi aque multe. Dedit sonitum uox eorum. quia uenit super eam. & super babylonem predo. Et comprehensi sunt fortes eius. & contriti sunt arcus eorum. quia fortis ultor dominus reddens retribuet. Et inebriabo principes eius. & sapientes eius. duces eius. & magistratus eius. & fortes eius somnium dormient sempiternum. & non expergiscentur. ait dominus rex exercituum nomen eius. Hec dicit dominus exercituum. murus babilonis ille latissimus. fundo subuertetur. & porte eius excelse igni comburentur. & labores populorum ad nichilum & gentium in igne exuret. & desipient. Verbum quod precepit ieremias propheta sarraie filio nerie. filii maasie. cum pergeret cum sedechia rege in babylonem. in anno quarto regni eius. Sarraias autem erat princeps prophetie. Et scripsit ieremias omne malum quod uenturum erat super babylonem in libro uno. omnia uerba hec que scripta sunt contra babylonem. Et dixit ieremias ad sarraiam. Cum ueneris in babylonem. & uideris & legeris omnia uerba hec. & dices. Domine tu locutus es contra locum istum. ut disperderes eum. ne sit qui in eo habitet ab homine usq; ad pecus. & ut sit perpetua solitudo. Cum ergo compleueris legere librum istum. ligabis ad eum lapidem. & proicies illum in medium euphraten. & dices. Sic submergetur babylon. & non consurget a facie afflictionis quam ego adduco super eam. & dissoluentur usq; uerba ieremie

LII

Filius. xxi. annorum erat sedechias. cum regnare cepisset. & xi. annis regnauit in ierusalem. Et nomen matris eius amidal filia ieremie de lobna. Et fecit malum in oculis domini. iuxta omnia que fecerat ioachim. quia furor domini erat in ierusalem & iuda. usq; quo proiceret eos a facie sua. Et recessit sedechias a rege babilonis. Factum est autem in anno nono regni eius. in mense decimo decima mensis. uenit nabuchodonosor rex babylonis.

IEREMIE PROPHETE

ipē ⁊ omnis exercitus eius aduersus ie-
rlm. ⁊ obsederunt eam. ⁊ edificauerūt
contra eam munitiones in circuitu. Et
fuit ciuitas obsessa. usq; ad undecim
annum regis sedechie. Mense autē
quarto nono die mensis obtinuit fa
mes in ciuitate. ⁊ non erant alimēta
populo terre. Et dirupta ē ciuitas ⁊
omnes uiri bellatores fugerunt. Et
exierunt de ciuitate nocte per uiā por
te que ē inter duos muros. ⁊ ducit ad
ortum regis. chaldeis obsidentibus ur-
bem in gyro. Et abierunt per uiam
que ducit ad heremum. Persecutus
ē autē exercitus chaldeorum regem. ⁊
apprehenderunt sedechiam in deser-
to quod ē iuxta hyericho. ⁊ omnis com
pagnia eius diffugit ab eo. Cumq; ap-
prehendissent regem. adduxerunt eū
ad regem babilonis in reblatha. que
ē in terra emath. ⁊ locutus ē ad eum
iudicia. Et iugulauit rex babilonis
filios sedechie in oculis eius. Sed ⁊ cūc
principes iude occidit in reblatha. Et
oculos sedechie eruit. ⁊ uinxit eum
compedibus. Et adduxit eum rex babilo
nis in babilonem. ⁊ posuit eum in do
mum carceris. usq; ad diem mortis
sue. In mense autem quinto decima
mensis. ipē ē annus decimus nonus
nabuchodonosor regis babilonis. ue
nit nabuzardan princeps militie. q
stabat coram rege in ierlm. Et incen
dit domum domini. ⁊ domum regis.
⁊ omnes domos ierlm. ⁊ omnē domū
magnam combussit. Et totum murum
ierlm per circuitum destruxit exer-
citus chaldeorum. qui erat cum
magro militie. De pauperibus autē ppli
⁊ de reliquo uulgo quod remanserat
in ciuitate. ⁊ de perfugis qui transfu-
gerant ad regem babilonis. ⁊ ceteri
de multitudine. transtulit nabuzardā
princeps militie. De pauperibus uero
terre. reliquit nabuzardan princeps
militie in uinitores ⁊ agricolas. Co
lumpnas uero eree. que erant in do
mo domini. ⁊ bases. ⁊ mare ereum. q
erat in domo domini. confregerūt
chaldei. ⁊ tulerunt omne es eorum in
babylonem. ⁊ lebetes ⁊ creagras ⁊ fial
tera. ⁊ phyalas. ⁊ mortariola ⁊ omnia
uasa erea que in ministerio fuerant. ⁊
Tulerunt ⁊ ollas ⁊ rhumiamatha. et
incensa ⁊ pelues. ⁊ cantelabra ⁊ mortari
⁊ cyatos. Quotquot aurea aurea. ⁊ q̄t
quot argentea argentea. Tulit magis
miliue columnas duas. ⁊ mare unum.
mutulos xij ereos. qui erant sub basibus
quas fecerat rex salomon in domo dō.
Non erat pondus eius omnium uasorū
horum. De columnis autē ⁊ tecto cubi
ti erant altitudinis in columna una. ⁊
funiculus xij cubitorum circumbat ei.
Pterio grossitudo eius quatuor digitor.
⁊ uncus cana erat. et capitella sup
una q̄q; erea. Et altitudo capitelli un
quinq; cubitor. Et retiacula ⁊ mala
granata super coronam in circuitu. to
tum erat ereum. Similiter erat colūna
ra ⁊ malagranata. Et fuerunt malagra
nata nonaginta ⁊ ser dependentia. ⁊ oia
malagranata retiaculis. c. circumda
bantur. Et tulit magr miliue sarayam
sacerdotem primum. ⁊ sophoniam sa
cerdotem secundum. ⁊ tres custodes uesti
buli. Et de ciuitate tulit eunuchum
unum. qui erat prepositus super uno
bellatores. ⁊ vij uiros de his qui uide
bant faciem regis. qui inuenti sunt
in ciuitate. Et scribam principē mili
tum. qui probabat tyrones. ⁊ lx uiros
de populo terre qui inuenti sunt in
medio ciuitatis. Tulit autē eos nabu
zardan magr miliue. ⁊ duxit eos ad re
gem babylonis in reblatha. Et per
cussit eos rex babylonis. ⁊ interfecit e
os in reblatha in terra emath. Et tra
slatus ē iuda de terra sua. Iste ē popl's
quem transtulit nabuchodonosor in
anno vij. uiros tria milia ⁊ xxiij. In
anno octauodecimo nabuchodono
sor. transtulit nabuzardan magister
miliue. animas septingen
tas xlv. Omnes ergo anime q̄rūor
milia sexcente. Et factum ē in tricesi
mo vij anno transmigrationis ioa
chim regis iude. xij mense. uicesima
quinta die mensis eleuauit euilme
rodach rex babilonis ipo anno regni
sui caput ioachim regis iude. ⁊ edu
xit eum de domo carceris. ⁊ locutus



IEREMIE

ē cum eo bona. Et posuit nomen ei⁹ sup⁹ nomen regum. qui erat post se in babylone. ⁊ mutauit uestimenta carceris eius. Et comedebat panem coram eo semper. cūctis diebꝫ uite sue. ⁊ Et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei a rege babylonis statuta per singulos dies. usqꝫ ad diem mortis sue. cūctis diebꝫ uite eius.

Et factum ē postqꝫ in captiuitatem redactus ē israel. ⁊ ierusalem destructa ē. sedit ieremias flens. ⁊ planxit lamentatione hac in ierusalem. ⁊ amaro animo suspirans ⁊ eiulans dixit.

Incipiunt lamentationes ieremie p⁹o phete. Aleph



Vo der sola ciuitas plena populo. facta ē quasi uidua domina gentium. princeps prouinciarum facta ē sub tributo. ⁊ Beth. Plorans ploranit in nocte. ⁊ lacrime eius in maxillis eius. Non ē qui ꝯsoletur eam: ex omnibꝫ caris eius. Omnes amici eius spreuerunt eam. ⁊ facti sunt inimici ei. Gymel. Migrauit iuda: p⁹opter afflictionem ⁊ multitudinem seruitutis. habitauit inter gentes. nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Daleth. Uie syon lugent. eo q⁹ non sint qui ueniant ad solemnitatem. Omnes porte eius destructe. sacerdotes eius gementes. uirgines eius squalide. ⁊ ipsa oppressa amaritudine. He Facti sunt hostes eius in capite inimici illius locupletati sunt. quia dominus locutus ē super eam p⁹opter multitudinem iniquitatis illius. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. ⁊ Vau. Et egressus ē a filia syon omnis decor eius. Facti sunt principes eius quasi arietes non inuenientes pascua. ⁊ abierunt absqꝫ fortitudine ante faciem subsequentis. Zay Et recordata ē ierusalem dierum afflictionis sue. ⁊ preuaricationis omnium desiderabilium suoꝝ. que habuerat a diebꝫ antiquis. cum caderet populus eius in manu hostili. ⁊ non esset auxiliator. Uiderunt eam hostes. ⁊ deriserunt sabbata eius. Heth. Peccatum peccauit ierusalem. propterea instabilis facta ē. Omnes qui glorificabant eam spreuerunt illam. quia uiderunt ignominiam eius. Ipsa autem gemens ⁊ conuersa retrorsum. Teth. Sordes eius in pedibus eius. nec recordata ē finis sui. ⁊ Deposita ē uehementer. non habens ꝯsolatorem. Uide domine afflictionem meam: quoniam erectus ē inimicus. Iod. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. quia uidit gentes ingressas sanctuarium suum. de quibus preceperas ne introirent in ecclesiam tuam. Caph. Omnis populus eius gemens ⁊ querens panem. dederunt pretiosa quoqꝫ p⁹o cibo ad refocillandam animam. Uide domine ⁊ conspice quoniam facta sum uilis. Lamech. Uos omnes qui transitis per uiam. attendite ⁊ uidete si ē dolor sicut dolor meus. quoniam uindemiauit me sicut locutus ē dominus in die ire furoris sui. Mem De excelso misit ignem in ossibus meis. ⁊ erudiuit me. Expandit rete pedibus meis. conuertit me retrorsum. ⁊ posuit me desolatam tota die. mero ꝛfectam. Nun. Uigilauit uigum iniquitatum mearum in manu eius. conuolute sunt ⁊ inposite collo meo. infirmata ē uirtus mea. dedit me dominus in manu de qua non potero surgere. Samech. Abstulit dominus omnes magnificos meos de medio mei. Uocauit aduersum me tempus ut conterat electos meos. Torcular calcauit dominus. uirgini filie iuda Ayn. ideo ego ploro. ⁊ oculus meus

PROPHETE

deducens aquam. quia longe fr̃us
è ame. ꝓsolator? auertens animã mã
fr̃i sunt filij mei perditi. qm inualuit
inimicus. Plx. Expandit syon ma
nus suas. non est qui ꝓsolet? eam. ⁊
Mandauit dominus aduersum iacob
in circuitu hostes eius. fr̃a è ierlim ⁊
quasi polluta menstruis inter eos. Sa
de. Justus è dominus. quia os eius
ad iracondiam prouocauit. Audite
obsecro uniuersi populi ⁊ uidete dolo
rem meum. Virgines mee ⁊ iuuenes
mei. abierunt in captiuitatẽ. Coph.
Vocaui amicos meos. ⁊ ipi deceperunt
me. Sacerdotes mei ⁊ senes mei in ur
be ꝓsumpti sunt. quia quesierunt ci
bum sibi. ut refocillarent animã su
am. Res. Vide domine qm tribor.
nemur. meus ꝓturbatus è. Subuersus
è cor meum in me mepa. qm amaritu
dine plena sum. Foris interficit
gladius. ⁊ domi mors similis è
Audierunt qm ingemisco ego. ⁊ nõ
è qui ꝓsoletur me. Omnes inimici
mei audierunt malum meum. lete
ntur qm tu fecisti. Adduxisti diem
ꝓsolationis. ⁊ fient similes mei. Tau.
Ingrediatur omne malum eor? coram
te. ⁊ uindemia eos sicut uindemia
sti me. propr̃ iniquitates meas. Mul
ti enim gemitus mei. ⁊ cor meum mer̃.

Domalo Aleph.
obtexit caligine i fu
ror̃e suo dominus filiam
syon. proiecit de celo i ter
ram gloriam isr̃l. ⁊ non è recordatus scа
belli pedum suor̃ in die furoris sui. ⁊
Beth. Precipitauit dominus. nec pe
percit omnia speciosa iacob. Destruxit
in furore suo munitiones uirginis ⁊
iude. detexit in terram. Polluit regn̄.
⁊ principes eius. Gymel. Confregit
in ira furoris sui omne cornu isr̃l.
auertit retrorsum dexteram suam a
facie inimici. ⁊ succendit in iacob ⁊
quasi ignem flãme deuorantis i gy
ro. Deleth. Tetendit arcum suum
quasi inimicus firmauit dexteram su
quasi hostis. ⁊ occidit omne quod ꝓ
pulchrum erat uisu in tabernaculo
filie syon. effudit quasi ignem ira

gnationem suam. He. Factus è dñs
uelut inimicus. precipitauit isr̃l.
Precipitauit omnia menia eius. ⁊
dissipauit munitiones eius. ⁊ repleu
it in filia iude humiliatum. et hu
miliatam. Vau. Et dissipauit q̃si
ortum tentorium suum. demolitus
tabernaculum suum. Oblitionem fa
cere dominus in syon festiuitatem.
⁊ sabbatum. ⁊ in obprobrium ⁊ ira
gnationem furoris sui. regem ⁊ sacer
dotem. Cay. Repulit dominus al
tare suum. maledixit sanctificationi sue.
tradidit in manus inimici muros tur
rium eius. Vocem dederunt in domo
domini sicut in die solemni. Heth.
Cogitauit dominus dissipare mu
rum filie syon. tetendit funiculum suum.
⁊ non auertit manum suam a perdi
tione. Luctus ante murale. ⁊ murus
pariter dissipatus è. Teth. Defixe sũt
in terra porte eius. perdidit ⁊ contriuit
uectes eius. regem eius ⁊ principes
eius in gentibus. Non è lex. ⁊ prophetę
eius non inuenerunt uisionẽ a dño.
Ioth. Sederunt in terra. conticuerunt
senes. filie syon ꝓiecerunt cinere ca
pitibus suis. uirgines ierlim abiecerunt ca
pita sua. in uirgines iude. Caph. Defecerunt ⁊
prelacrimis oculi mei. conturbata sunt
uiscera mea. Effusum è in terra iecur
meum. super contritione filie populi
mei. cum deficeret paruulus ⁊ lactens
in plateis oppidi. Lamech. Matribus
suis dixerunt. ubi è triticum ⁊ uinum.
cum deficerent quasi uulnerati i pla
teis ciuitatis. cum exalarent animã
suam in sinu matrum suarum. Men. A
Cui ꝓparabo te. uel cui assimilabo
te filia ierlim? Cui adequabo te. ⁊ cõ
solabor te uirgo filia syon? Magna è
enim uelut mare contritio tua. Quis
medebitur tui? Nun. Prophetę tui
uiderunt tibi falsa ⁊ stulta. nec ape
riebant iniquitatem tuam. ut te a
ad penitentiam prouocarent. Vide
runt autẽ tibi assumptiones falsas
⁊ eiectiones. Samech. Plauserunt
super te manibus omnes transeuntes
per uiam. sibilauerunt ⁊ mouerunt

IEREMIE



caput suum super filiam ierusalem: descende
de urbs dicentes. perfecti decoris gaudi
um uniuerse terre. Aym. Aperuerunt
super te os suum omnes inimici tui. si
bilauerunt & fremuerunt dentibus. &
dixerunt. Deuorabimus. En ista e
dies quam expectabamus. inuenimꝰ.
uidimus. Fe. Fecit dominus quod
cogitauit: impleuit sermonem suum. q
quem preceperat a diebꝰ antiquis. De
struxit & non pepercit. & letificauit sup
te inimicum. & exaltauit cornu hostiu
tuorum. Sade. Clamauit cor eorum
ad dominum super muros filie syon. d
Deduc quasi torrentem lacrimas: per
diem & noctem non des requiem tibi.
neqꝫ taceat pupilla oculi tui. Coph
Consurge lauda in nocte. in principꝭ
uigiliarum: effunde sicut aquam cor
tuum ante conspectum domini. Leua
ad eum manus tuas pro anima par
uulorum tuor. qui defecerunt in fa
me. in capite omnium conclusorum.
Res. Vide domine & considera quod uin
mauenis ita. Ergo ne comedent mu
lieres fructum suum: parnulos ad q
mensuram palme. Si occidetur in q
sanctuario domini sacerdos & propheta.
Syn. Iacuerunt in terra foris puer &
senex. uirgines mee & iuuenes mei
ceciderunt in gladio. Interfecisti in die
furoris tui. percussisti nec miserus
es. Tau. Vocasti quasi ad diem sol
lennem. qui terrerent me de circuitu
& non fuit in die furoris domini qui
effugerit & relinqueretur. Quos e
ducam & enutriui. inimicus meus
consumpsit eos. III Aleph.

Ego uir uidens paupertatem meam. in uirga indi
gnationis eius. Aleph.
Me minauit & adduxit me
tenebras. & non in lucem. Tantum i
me uertit. & conuertit manum suam to
ta die. Beth. Vetustam fecit pellem
meam & carnem meam: contriuit ossa
mea. Edificauit in gyro meo. & circu
dedit me felle & labore. In tenebris q
collocauit me. quasi mortuos sempi
ternos. Gimel. Circumedificauit ad
sum me. ut non egrediar. aggrauauit

oratorem meum. Gymel. Et cum q
clamauero & rogauero: exclusit oro
nem meam. Conclusit uias meas
lapidibꝰ quadris: semitas meas sub
uertit. Deleth. Ursus insidians fuit
& michi: leo in abscondito. Semitas
meas subuertit & confregit me: posuit
me desolatam. Deleth. Tetendit q
arcum suum. & posuit me quasi sig
ad sagittam. He. Misit in renibus
meis filias pharetre sue. Factus sum
in derisum populo meo. canticum q
eorum tota die. Repleuit me amaq
ritudinibꝰ: inebriauit me absynthio.
Vau. Et fregit ad nichilum dentes
meos. cibauit me cinere. Et repul
sa e anima mea. obliuius sum bonoꝝ.
Et dixi. Perijt finis meus. & spes q
mea a domino. Zay. Recordare
paupertatis & transgressionis mee. q
absynthij & fellis. Memoria memor
ero. & tabescet in me anima mea. q
hec recolens in corde meo: ideo sperq
bo. Heth. Misericordie domini quia
non sumus consumpti. quia non defe
cerunt miserationes eius. Noui di
luculo multa e fides tua. Pars mea
dominus dixit anima mea. propte
expectabo eum. Bonus e dominus
sperantibꝰ in eum. anime quirenti
eum. Bonum e prestolari cum silen
tio salutare domini. Bonum e uiro q
cum portauerit iugum: ab adolescen
tia sua. Joth. Sedebit solitarius et
tacebit. quia leuauit super se. Ponet
in puluere os suum. si forte sit spes. q
Joth. Dabit percutienti se maxillam.
saturabitur obprobriis. Caph. Quia
non repellet in sempiternum dominus.
Quia si abiecit & miserebitur. secundum mul
titudinem miserationum suarum. Non enim
humiliauit ex corde suo. & abiecit filios
hominum. Lamech. Vt conterat sub
pedibꝰ suis. omnes uinctos terre. Vt
declinaret iudicium uiri. in conspectu q
uultus altissimi. Vt peruerteret uiros
in iudicio suo: dominus ignorauit.
Aen. Quis e iste qui dixit: ut fiet
dominus non iubente? Ex ore altissi
mi non egredientur. nec bona nec q
mala? Quid murmurauit homo u

PROPHETE

nens. ut p̃o pecc̃is suis. Num. Scru
temur uias nr̃as. 7 quer̃amus 7 reuer
tamur ad dominũ. Leuemus corda
nr̃a cum manib̃ ad dominum in celos.
Nos inique egimus. 7 ad iracundiã
prouocauimus. idcirco tu inexorabil'
es. Samech. Operuisti in furore 7 per
cussisti nos: occidisti nec pepercisti. 7
Opposuisti nubem tibi. ne transeat ora
tio. Eiectionem 7 abiectionem posui
sti me in medio populor. Fe. Aperue
runt super nos os suum: omes inimici.
Formido 7 laqueus fca è nobis: vasta
tio 7 contritio. Diuisiones aquar
deduxit oculus meus. in p̃tritione fi
lie populi mei. Ayn. Oculus meus
afflictus è. nec tacuit eo quod non
cẽrent requies. Donec respiceret 7 uidẽt
dñs de celis. Oculus meus depdat
è animã meam. in omnes filias urbis
mee. Sade. Venatione ceperunt me
quasi auem. inimici mei gratis. La
psa è in lacum uita mea. 7 posuerunt
lapidem super me. Inundauerũt aq
super caput meum. dixi perq. Coph.
Inuocaui nomen tuum dñe. de lacu
nouissimo. Vocem meam audisti. ne
auertas aurem tuam a singultu meo
7 clamoribꝫ. Appropinquasti in die
quando inuocaui te. dixisti ne time
as. Res. Iudicasti dñe cãm aiã
mee: redemptor uite mee. Vidisti dõ
miquitatem eorum aduersum me. a
udica iudicium meum. Vidisti cẽm
furorem. 7 ultiones: 7 aduersum me. Syn. Audisti obpro
bria eor dñe: omnes cogitatões
eorum aduersum me. Labia insurgẽ
tium michi. 7 meditationes eorum. a
duersum me tota die. Sessionẽ eor
7 resurrectionẽ eor uide: ego sum psal
mus eorum. Thau. Reddes eis uicẽ
dñe: iuxta opera manuum suarũ.
Dabis eis scutum cordis. laborẽ tuũ
Persequeris in furore. 7 pderes eos sub
celis dñe. Aleph.

Quomodo obscuratum est
aurum. mutatus è color
optimus. dispersi sunt la
pides sanctuarij. in capite o
um platearum. Beth. Filij syon ill
ustres 7 amicti auro primo. quomodo re
putati sunt in uasa testea. opus ma
nuum figuli. Gymel. Etiã 7 lamie nu
dauerunt mammam. lactauerunt catu
los suos. Filia populi mei crudelis: a
quasi struthio in deserto. Deleth. Adhe
sit lingua lactentis ad palatum eius
in siti. Paruuli petierunt panem: 7 nõ
erat qui frangeret eis. Nobiles eius
interierunt fame: 7 multitudo sua ex
aruit. He. Qui uescebantur uoluptu
ose interierunt in uijs. qui nutriebã
tur in croceis. amplexati sunt ster
cora. Vau. Et maior effecta è iniqui
tas filie populi mei. sodoma
que subuersa è in momento 7 nõ cepe
runt in ea manus. Cay. Candidiores
nazarei eius nive. nitidiores eius
lacte. rubicundiores elyte antiquo.
saphiro pulchriores. Ieth. Denigra
ta è super carbones facies eor. 7 nõ fuit
cognita in plateis. Adhesit cutis eor
ossibus eorum 7 facta è quasi lignum. Teth.
Melius fuerunt occisis gladio. qꝫ interfec
tis fame. qui isti extabuerunt a fructi
bus sterilitate terre. Joth. Manus mu
lierum miserorum coxerunt filios
suos. facti sunt cibi earum in p̃tritione
filie populi mei. Caph. Complenit
dominus furorem suum. effudit ira
indignationis sue. Et succendit ignem
in sion. 7 devorauit fundamenta eius.
Lamech. Non credidissent reges ter
7 uniuersi habitatores orbis. quod ingredi
ri hostis 7 inimicus per portas ierusalem.
Mem. Propter pecca prophetarum eius
7 iniquitates sacerdotum eius. qui effu
derunt in medio eius sanguinem iustor.
Nun. Erraverunt ceci in plateis. pol
luti sunt in sanguine. cum quibꝫ non pos
sent tangere lacinias suas. Samech.
Recedite polluti clamauerunt eis. re
cedite abite nolite tangere. Iuravi. 7
quippe fugerunt. 7 cõmoti. Dixerunt inter
gentes. non addet ultra ut habitet ibi.
Fe. Facies dominum diuisit eos. non
addet ut respiciat eos. Facies sacer
dotum non erubuerunt. neq; senum mi
serti sunt. Ayn. Cum adhuc sub
sisteremus defecerunt oculi nri ad
auxilium nrm uanum. cum respicẽ

INCIPIT LIBER

mus attenta ad gentem que saluare
non poterat. Gaze. Lubricauerunt
uestigia mea in uiis meis platearu mar.
Appropinquauit finis mr̃ impleti sunt
dies mr̃i: quia uenit finis mr̃. Coplr
Relatores facti sunt persecutores mr̃i
aquilis celi. super montes persecuti
sunt nos. in deserto insidiati sunt nob
Kes. Spūs oris nr̃i xp̃us dominus
captus è in peccatis nr̃is. cui diximus.
in umbra tua uiuemus in gentibus
Syn. Gaude & letare filia edom. que
habitas in terra hus. Ad te quoq; pue
niet calix. inebriaberis atq; nudabis
Tau. Completa è iniquitas tua fi
lia sion. non addet ultra ut transmi
gret te. Visitabit iniquitatem tuam
filia edom. discooperiet peccata tua.
Explicuunt lamentationes incipit oso
vēmie p̃phete.



Eco:
dauid ō
quod
accide
rit nob:
intuere
& respi
ce obprobrium nr̃m. Hereditas nra
uersa è ad alienos: domus nr̃e ad ex̃
neos. Pupilli facti sumus absq; pre. ma
tres nr̃e quasi uidue. Aquam nr̃am pe
cunia bibimus: ligna nr̃a pretio opti
mus. Cervicibus minabamur: & lap
sis non dabatur requies. Egypto de
dimus manū & assirijs ut saturaremur
pane. Patres nr̃i peccauerunt & nō sunt:
& nos iniquitates eoy portauimus. Ser
ui dominati sunt nr̃i: non fuit qui re
dimeret de manu eorum. In animab
nr̃is afferebamus panem nobis a fa
cie gladij in deserto. Pelles nr̃a quasi
clibanus exusta è. a facie tempestatis
famis. Mulieres in sion humiliaue
runt: & uirgines in ciuitatibus iuda. Ad
Principes manu suspensi sunt: facies
senum non erubuerunt. Adolescētibo
impudice abusi sunt. & pueri in ligno
corruerunt. Senes de portis defecerūt.
iuuenes de choro psallentium. Defecit
gaudium cordis nr̃i: uersus è in luctu
chorus nr̃. Decidit corona capitis nr̃i.
ue nobis quia peccauimus. Pro
pterea mestum factum è cor nr̃m. ideo
tenebrati sunt oculi nr̃i. Propter mon
tem syon quia disperijt. uulpes ambulaue
runt in eo. Tu aut̃ domine in eternum
permanebis: solium tuum in gñatio
nem & gñationem. Quare in perpe
tuum obliuisceris nr̃i. derelinques nos
in longitudine dierum? Conuerte
nos domine ad te & conuertemur. Inno
ua dies nros sicut a principio. si proie
ciens reppulisti nos. iratus es contra nos
uehementer. Explicit ozo yeremie. Incī
pit plagis in baruch.



Liber ist
qui ba
ruch a
nomie
pnoīa
tur. in
hebreo
canone non habet: sed tantum in uul
gata editione. similiter & epla ieremie.
Propter nonnam aut̃ legentium hec a
scripta sunt: quia multa de xp̃o nostro
simulq; temporibus indicant. Explicit
plagis. Incipit liber baruch.



Hec
uerba
libri q
scripsit
baruch
filius
neriē.

BARVCH

filij matie. filij sedechie. filij sedecy filij elcbie. in babilonia in anno quto. in septima die mensis. in qbus ceperunt chaldei ierlim. et succenderit eam igni. Et legit baruch verba legis huius. ad aures iechonie filij ioachim regis iuda. et ad aures uniuersi populi uenientis ad librum. et ad aures potentum regum. et ad aures presbyterorum. et ad aures populi. a minimo usq; ad maximu eorum. et omniu habitantium in babilonia. ad flumen soni. Qui audientes plorabant. et ieiunabant. et orabant in conspectu domini. Et collegerunt pecuniam sm q; potuit unusquisq; manus. et miserunt in ierlim ad ioachim filium elchie filij salomi sacerdotem. et ad reliquos sacerdotes. et ad omnem populum qui inuentus fuit cum eo in ierlim. cum accepissent uasa templi domini que ablata fuerat de templo. reuocare in terram iuda. x decima die mensis syban uasa argentea que fecit sedechias filius iosie rex iuda. postq; captus fuit nabuchodonosor rex babilonis iechoniam et principes. et fortes potentes. et populu terre ab ierlim. et duxit eos uinctos in babilonem. et dixerunt. Ecce misimus ad uos pecunias. de quib; emite holocaustomata et thus. et facite manna et offerte pro peccato ad aram domini dei nri. et orate pro uita nabuchodonosor regis babilonis. et pro uita balthasar filij eius. ut sint dies ipor sicut dies celi super terram. et ut det dominus uirtutem nobis. et illuminet oculos nros. ut uiuamus sub umbra nabuchodonosor regis babilonis. et sub umbra balthasar filij eius. et seruiamus eis multis diebus. et inueniamus gratiam in conspectu eorum. Et pro nobis pie orate ad dnm deum uestrum. quia peccauimus dño deo nro. et nobis est aversus furor eius a nobis. usq; in diem hunc. Et legite librum istum quem misimus ad uos recitatum in templo in die domini. in die solemni. et in die opportuno. et dicetis. Domino deo nro iustitia. nobis autem confusio facies

nre. sicut est dies hec. omnis uia thabitinis in ierlim. regibus nris et principibus nris. sacerdotibus nris et prophetis nris. et patribus nris. peccauimus ante dnm. et non credidimus dissidentes ei. Et non fuimus subiectibiles illi. et non audiuimus uocem dñi dei nri. ut ambularemus in mandatis eius que dedit nobis. a die qua eduxit pies nros de terra egipti. usq; in hunc diem. Et fuimus incredibiles ad dñm deum nrm. et dissipati recessimus ne audiremus uocem ipius. Et adheserunt nobis mala multa et maledictiones. que constituit dñus moysi seruo suo. qui eduxit pies nros de terra egipti. dare nobis terram fluentem lac et mel. sicut est hodierna die. Et non audiuimus uocem domini dei nri. sm omnia uerba prophetarum. quos misit ad nos. et iudices nros. qui iudicarent israel. et abiimus unusquisq; in sensu cordis nri maligni. operati diis alienis. facientes mala ante oculos domini dei nostri.

Propter q stauit dñs sermonem suum quem locutus est ad nos. et ad iudices nros. qui iudicauerunt israel. et ad reges nros et principes nros. et ad omnem israel et iudam. ut adduceret dominus super nos mala magna. que non facta sunt sub celo. quemadmodum facta sunt in ierlim. sm que scripta sunt in lege moysi. ut manducaret homo carnes filij sui. et carnes filie sue. Et dedit illos sub manu regum omniu. qui sunt circa nos. in improperium et in desolationem in omnibus populis in q̃b; non dispersit dominus. Et fuimus super sublus et non supra. quia peccauimus domino deo nro. non obaudiendo uocem ipius. Domino deo nro iustitia. nobis autem et patribus nris confusio facies. sicut est dies hec. quia locutus est dñs super nos omnia mala hec. que nenerunt super nos. Et non fuimus deprecati faciem dñi dei nri. ut reuerteret unusquisq; a uijs nris pessimis. Et uigilauit dñs in malis. et

BARVCH

adduxit ea super nos. quia iustus ē dominus in omnib⁹ operib⁹ suis q̄ mandauit nobis. ⁊ non audiuim⁹ uocem ipius. ut iremus in p̄ceptis d̄omm. que dedit ante faciē nr̄am Et nunc domine deus isrl. qui e duxisti populum tuum de t̄ra egipti in manu ualida. ⁊ in signis ⁊ in p̄o digijs. ⁊ in uirtute tua magna. ⁊ in brachio excelso. ⁊ fecisti tibi nomen sicut ē dies iste. ꝓccauimus impie gessimus. ⁊ iniq̄ egimus. domine deus nr̄. in omnib⁹ iustitijs tuis. Auertatur ira tua a nobis. quia derelicti sumus pauci inter gentes. ubi dispersisti nos. Exaudi domine p̄ces nr̄as. ⁊ oiones nr̄as. ⁊ educ nos p̄opt̄e. ⁊ da nobis gr̄am inueire ante faciem eor̄um. qui nos adduxerunt. ut sciat omnis t̄ra quia tu es dominus deus nr̄. ⁊ non tuum uocatum ē super isrl. ⁊ super gen̄ ipius. Respice domine de domo scā tua in nos. ⁊ inclina aurem tuam ⁊ audi. Aperi oculos tuos ⁊ uide. quia non mortui qui sunt in inferno. q̄r spūs a corpib⁹ sunt. dabunt honorem ⁊ iustificationē d̄no. ꝛ anima que tristis ē super magnitudinē mali. et incedit curua ⁊ infirm̄. ⁊ oculi deficientes. ⁊ anima esuriens dat tibi gloriam ⁊ iustitiam domino. q̄m non in iustitijs p̄ium nr̄orum nos fundimus p̄ces. ⁊ querimus in miam ante faciem tuum domine deus nr̄. ꝛ quia misisti iram tuam. ⁊ furorem tuum super nos. sicut locutus es in manu puer⁹ tuor̄um p̄phar dicens. Sic dicit dominus. Inclinate humerum uestrum ⁊ cervicem uestram. ⁊ opera facite regis babilonis. ⁊ habitabitis in t̄ra quam dedi patribus uestris. Q̄d si non audieritis uocem d̄ni dei uestri. operam regi babilonie. defectionē faciam de ciuitatibus iuda. ⁊ de foris iherlim. ⁊ auferam a nobis uocem letitie. ⁊ uocem gaudij ⁊ uocem sponsi ⁊ uocem sponse. ⁊ erit omnis t̄ra sine uestigio ab habitatore. Et non audierunt uocem tuam. ut operarentur regi babilonis. ⁊

Et statuisti uerba tua que locutus es in manibus puer⁹ tuor̄ prophar. ut manifestarentur ossa regum nr̄orum ⁊ ossa patrum nr̄orum de loco suo. Et ecce sunt proiecta in calore solis. ⁊ gelu noctis. ⁊ mortui sunt in doloribus pessimis. in fame ⁊ in gladio. ⁊ in emissione. Et posuisti templum in quo uocatum ē nomen tuum in ꝓ sicut hec dies. ꝓpt̄r iniquitatē dom' isrl ⁊ domus iuda. Et fecisti in nob dne deus nr̄. sm omnē benignitatē tuam. ⁊ sm omnē misericordiam tuam illam magnam. sicut locutus es in manu pueri tui moysi. in die qua p̄cepisti ei scribere legem tuam coram filijs isrl. dicens. Si non audieritis uocem meam. multitudo hec magna admodū in minima gentem. quā ego dispergam illos. quia scio q̄ me non audiet populus. Populus enim ē dura cervice. ⁊ queretur ad cor suum in t̄ra captiuitatis sue. Et scient quia ego sum dominus deus eor̄. Et dabo eis cor ⁊ intelligent. ⁊ audient. ⁊ laudabunt me in t̄ra captiuitatis sue. ⁊ memores erunt nominis mei. Et auertent se a corde suo duro. ⁊ a malignitatibus suis. quia reminiscentur uiam patrum suor̄um. qui ꝓccauerunt in me. Et reuocabo eos in t̄ram quam dedi patribus eor̄um. abraam. ysaac. ⁊ iacob. ⁊ dñabuntur eius. Et multiplicabo eos. ⁊ non minorabuntur. Et statuam illis testamentū eternum sempiternum. ut sim illis in deum. ⁊ ipsi erunt mihi in populum. ⁊ non mouebo amplius pedem meum filios isrl a t̄ra quā dedi illis.

Et nunc dne omnip̄s deus isrl. anima in anguistijs ⁊ spūs anxius clamat ad te. Audi dne ⁊ miserere. quia deus es misericors. ⁊ miserere nr̄i quia peccauimus ante te. qui sedes in sempiternū. ⁊ non perimus in eternum. Domine omnip̄s deus isrl. audi nunc oionem mortuorum isrl. ⁊ filior̄ eor̄um. qui ꝓccauerunt ante te. ⁊ non audierunt uocem domini dei sui. ⁊ adglutinata


BARVCH

sumr nobis mala. ¶Nolu meminisse i
niquitatis pium nrorum: sr memo
manus tue 7 nominis tui in tpe isto
quia tu es dominus deus nr. 7 laud
bimus te dñe. Quia propr hoc deds
sh amorem tuum in cordib nris. 7
ut memoremur nomen tuum. 7 laude
mus te in confessione nr. quia quie
remus ab iniquitate pium nrorum.
qui peccauimus tibi. Ecce nos
hodie in captiuitate nra sumus. qui
nos dispersisti ibi in opprobriu 7 in ma
ledictum 7 in pecm. sm omnes in
quitates pium nrorum. qui discessi
mus a te dicit deus nr. Audi isrl' ma
data mte. ausib percipere ut scias pru
dentiam. Quid est isrl' quia tem in
micor es. inuetasti in tra aliena. 7
coinquinatus es cum mortuis. & pu
tatus es cum descendentib in infe
rnum. Derelinquisti fontem sapiencie.
illam si in via dei ambulasses. bene
sses utiq in pace sempiternam. Disce ub
sit sapia. ubi sit prudentia. ubi sit intel
lectus. ubi sit longitudo dierum. 7 uite. 7
ubi sit lumen oculorum 7 pax. Quis
inuenit locum eius. 7 quis introiuit in
thesauros eius. Vbi sunt principes gen
tium. 7 qui dñantur super bestias. qui
sunt super terram. Qui in auib celi
ludunt. qui argentum thesaurizant. 7
aurum in quo confidunt homines. 7 non
est finis acquisitionis eorum. qui argen
tum fabricant. 7 solliciti sunt. nec est in
ventio operum illorum. Exterminati
sunt 7 ad inferos descenderunt. 7 alii in
loco eorum surrexerunt. Iuuenes uide
runt lumen. 7 habitauerunt super terram. Vias
autem discipline ignorauerunt. nec intel
lexerunt semitas eius. nec filii eorum
susceperunt eam. A facie ipsor longe fac
ta est. Non est audita in thebaan. nec
uisa est in theman. Filii quoq agar
qui exquisierunt prudentiam que de
terra est. negotiatores terre 7 theman
7 fabulatores. 7 exquisitores prudentie
7 intelligentie. uiam autem sapie nescie
runt. nec memorati sunt semitas eius.
O isrl' qm magna est domus dei. 7 ingens
locus possessionis eius. magnus et

ber finem. excelsus 7 immensus. Ibi fue
runt gigantes nominati illi qui ab ini
cio fuerunt statura magna scientes bel
lum. non hos elegit deus. nec viam di
scipline intellexerunt. propter hoc perierunt.
Et quia non habuerunt sapiam: interie
runt propter suam insipientiam. Quis ascen
dit in celum 7 accepit eam 7 eduxit eam
de nubibus? Quis transfretauit mare 7 i
uenit eam 7 attulit illam super aurum
electum? non est qui possit scire uias ei
us neque excogitare semitas eius. Sed q scit
omnia nouit eam 7 adinuenit eam in
prudentia sua. Qui preparauit terram
in tempore sempiterno ipse. 7 replenit eam pecudib.
7 quadrupedib. Qui emittit lumen 7
uadit. 7 uocauit illud. 7 obaudit illum in
timore. Stelle autem dederunt lumen in
custodiis suis. 7 letate sunt. Vocate sunt
7 dixerunt. Assumus. Et luxerunt ei
cum iocunditate qui fecit illas. Hic est
deus noster: non estimabitur alius adversus
hic adinuenit omnem uiam discipline.
7 tradidit illam iacob puero suo. 7 isrl'
dilecto suo. Post hec in terris uisus est. 7
cum hominib conuersatus est.

Hic liber mandatorum dei. 7
lex que est in eternum. Omnes
qui tenent eam ad uitam.
qui aut derelinquunt eam
in mortem. Conuertere iacob 7 appre
hende eam. ambula per uiam ad splen
dorem in lumine eius. Ne tradas alii
gloriam tuam. 7 dignitatem tuam gen
ti alienigene. Beati sumus isrl'. qui que deo
placent nob manifesta sunt. Alleluia
Esto populus dei memorabilis isrl'. Ve
nundati estis gentib non in perditio
nem. Set propter q irritastis ad iracundiam
prouocastis deum. tradimini es hostib
ad tempus. Exacerbastis enim eum qui fe
cit uos deum eternum. immolantes de
monijs 7 non deo. Oblita enim estis dei
dei qui nutriuit uos. 7 contristastis nu
tricem uestram hierusalem. Vidit enim ira
diam a deo nemente nobis. 7 dixit. Au
dite finitimi sion. adduxit enim
mihi deus luctum magnum. Vidi
enim captiuitatem populi mei filiorum
meor 7 filiarum. quam superduxit illis
ille eternus. Nutriui enim illos cum

BARVCH





iocunditate. dimisi aut illos cum fletu
7 luctu. Nemo gaudeat super me iudi
am 7 consolatum. Amulus deuicta fu
propter pecca filior meor. quia declina
uerunt a lege dei. Iustitias aute eius
nescierunt. nec ambulauerunt per
mandata dni. nr per semitas uerita
tis eius. cum iustitia ingressi sunt.
Veniant ofines syon. 7 memores esto
captiuitatem filior 7 filiarū mearum.
quam superduxit illis eternus. Adu
xit enim super illos gentem de longi
quo gentem improbam. 7 altius lin
gue. qui non fuit reuerita senem. 7
puerū fuit misericors. 7 abduxerūt
filios uidue. 7 a filijs unica desolaue
runt. Ego aut quid possum adiuua
re uos? Qui enim aduxit super uos
mala. ipe uos eripiet de manibo inimi
corum uror. Ambulate filij ambulate.
ego enim derelicta sum sola. Exui a
me stola pacis. uoui aut me sacco ob
secrationis. Et clamabo ad altissimū
in diebo meis. Miequitores estote filij
clamate ad dnm. 7 eripiet uos de ma
nu principum iniquor. Ego enī spe
raui in eternum. salutem uram. 7 uenit
michi gaudiū a deo super mia que ueni
et uobis ab eterno salutem uro. Emisi
enim uos cum luctu 7 ploratu. reducet
aut uos michi deus cum gaudio 7 io
cunditate in sempiternum. Sicut eni
uicerunt uicine syon captiuitate uram
a deo. sic uidebunt 7 in celeritate salu
tem uram a deo. que superueniet uob
cum honore magno. 7 splendore eter
no. Filij patienter sustinete ira que
superuenit uobis. Persecutus e enim
te inimicus tuus: 7 cito uidebis pedu
tionem ipius. 7 super cernices ipius
ascendes. Delicati mei ambulauerūt
uias asperas. ducti sunt enim ut grex
direptus ab inimicis. Miequitores e
stote filij. 7 proclamate ad dnm. Erit
enim memoria uri ab eo qui duxit
nos. Sicut enim fuit sensus uri. ut eter
mitas deo: tenes tantum iterum o
peretentes requirens enim. Qui enī
monstrat uobis mala. ipe misit ad
ducet uobis sempitūam iocunditatem
cum salute tua. Animequior esto ierl.
exoriatur enim te. qui te nominauit. 7
Nocentes peribunt. qui te uexauerūt.
7 qui gratulati sunt in tua ruina puniē
tur. Ciuitates quibo seruierit filij tui
punientur. que acceperit filios tuos. Si
cut enim gauisa e in ruina tua. 7 letat
e in tuo casu. sic o tristabitur in tua de
solatione. 7 amputabitur exultatio
multitudinis eius. 7 gaudiū omnī ei
erit in luctum. Ignis enim superueniet
et ab eterno in longitudinis dieb. 7 hi
tabitur a demonijs in multitudinem
temporis.



Circumspice ierlim ad orien
tem. 7 uide iocunditatem
deo tibi uenientē. Ecce
enim uenerunt filij tui. qs
dimisisti dispersos. uenerūt aut colecti
ab oriente usq; ad occidentem in uerbo
sci gaudentes in honorem dei. Exue
te ierlim stola luctus 7 uexationis tui.
7 induere decore. 7 honore ei⁹ que a
deo e tibi sempiterna glia. Circumda
bit te diplotē dei⁹ iustitie. 7 imponet
mitram capiti tuo honoris eius. Os
enim ostendet splendorem suum ite.
qui sub celo e. Nominabitur enī tibi
nomen tuum a deo in sempiternū. pax
iustitie 7 honor pietatis. Exurge ie
rusalem 7 sta in excelso. 7 circūspice
ad orientem. 7 uide collectos filios uos.
ab oriente solis usq; ad occidente in uerbo
sci. gaudentes dei memoria. Exierūt
enim abste pedibo duces. ab inimicis.
Adducet aut illos dominus ad te por
tatos in honorem sicut filios regni. 7
Constituet enim deus humiliare o
nem montem excelsum. 7 rupes perpetuas.
7 ronalles replere in equalitatem terre.
ut ambulet isrl diligenter in honore
dei. Obumbrauerunt aut silue. 7 ome
lignum fragrans ibi mandato dei. 7
Adducet enim deus isrl cum iocunditā
te in lumine maiestatis sue. cum mia
rustitia que e ab ipo. Exemplar eplē
qua misit yeremias ad abductos cap
tiuos in babyloniā a rege babyloniorū. ut nuntiaret illis secundum q̄
preceptum e illi a deo.

BARVCH

Propter peccata que peccauim⁹ ante deum. adducemur in babiloniam captiui. a nabuchodonosor rege babilo niorum. fugientes itaq⁹ in babiloniam. erimus illis plurimis annis. z ꝑ tẽpora lõ gis. usq⁹ ad generationes vij. Postea aut educam uos inde cum pace. Nunc aut uidebitis in babilonia deos aureos z argenteos z lapideos. z ligneos in humeris portari. ostentantes metus gentibus. Videte ergo. ne z uos similes efficiamini. timeatis in eis. z metuatis z metus uos capiat in ipsis. uidentes itaq⁹ turbã retro z ante adorantes dicite in cordibus uris. te oportet adorari domine. Angelus aut meus uobiscum est. ipse autem exquiram animas uras. Ipsa lingua ipsorum polita a fabro. ipsa etiam imargentata. z inaurata falsa sunt z non possunt loqui. Et sicut uirgini amanti ornamenta. ita accepto auro fabricant sunt. Coronas certe hẽnt aureas sup capita sua dii illor. Unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum z argentum. z erogant illud in semetipsos. Dant aut̃ et ipsi prostitutis. z meretricibus ornant. z utez cum ceperint illud a meretricibus. ornant deos suos. hi aut̃ nõ liberantur ab erugine z tinea. Opertus aut illis z uestis purpurea. extergent facie illorum propter pulueres templi. qui est plenus inter eos. Septrum aut hẽnt ut homo. sicut iudex regionis. qui in se peccantẽ non interficit. hẽnt etiam gladium in manu z securem. se aut de bello. z a latronibus non liberant. unde nobis notum sit. quia non sunt dii. Ne ergo timeatis eos. Sicut enim uas hominis confractum. inutile efficitur. tales sunt dii illor. Conshumas illis. oculi eorum pleni sunt pulueris a pedibus introeuntium. Et sicut ad iracundum qui regem offendit. ei cum septus fuerit iamne. aut sicut ad sepulchrum adducto mortuo. ita utiq⁹ sacerdotes hostia clausis z sera. ne a latronibus expolientur. Lucernas accendunt illis z quidem multas. ex quibus nullam uidere possunt. Sunt autem sicut trabes in templo. corda uero illor dicuntur: eligere serpentes qui de terra sunt. dum comedunt eos z uestimentum eorum z non sentiunt. Nigre fiunt facies eor a fumo. qui in templo fit. Supra corpus eorum. z supra caput uolant noctue. z uespertiones. z aues etiam. similiter z cattus. Unde sciatis quia non sunt dii. Ne ergo timueritis eos. Aurum etiam quod fulget ad speciem. nisi aliquis extergerit rubigine non fulgebit. Neq⁹ enim dum flarent hi sentiebant. Ex omni pretio empti sunt. in quibus spiritus non erat in ipsis. Sine pedibus in humeris portantur. ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Confundentur etiam qui colunt ea. Propterea si ceciderint in terram. a semetipsis non surgent. nisi quis statuerit eum rectum. per semetipsum stabit. Sic et munera humeris illis apponentur. honorabuntur a sacerdotibus. Similiter z mulieres eorum decerpentes sunt. ut infirmo ut medicina aliquid impertiunt. De sacrificiis eorum fete z menstruate cingunt. Scientes itaq⁹ ex his quia non sunt dii. ne timueritis eos. Unde enim uocant dii. Quia mulieres apponunt hostias diis argenteis z aureis. z ligneis. et in templis eorum sacerdotes sedent. hẽntes tunicas scissas. z capita z barbam rasam. quor capita nuda sunt. Ululant aut clamantes ante deos suos. sicut in cena mortui. Vestimenta eor auferunt sacerdotes. z uestiunt uxores suas z filios suos. Neq⁹ siquid mali patiuntur. ab aliquo. nisi siquid boni possint retribuere. nisi regem constituere possint. neq⁹ auferre. Similiter nisi diuitias dare possint. nisi malum retribuere. Si quis illorum uoluerit z non reddiderit. nec hoc requirent. Homine a morte nõ liberant. nisi infirmum a potentiore eripiunt. Omnia cecum ad uitam non restituent. de necessitate hominẽ non liberabunt. Non due non misebuntur. nisi orphanis beneficient. Lapidibus de monte similes sunt dii illorum ligneis z lapideis. aureis z argenteis. Qui aut illa colunt confundentur. Quomodo ergo estimandum est. aut dicendum illos esse deos. adhuc et ipsis chaldeis non honorantibus eos. Quum audierint mutum non posse loq-

offerunt cum ad bel. postulantes ab eo
loqui. quasi non possent sentire qui nō
bent motum. Cripit cum intellexerint
relinquent ea. Sensum enim non bent
ipi dij illor. Vulneris aut circundate i
fumibo. in ijs sedent succendentes ossa
oluarum. Cum aut aliqua ex ipis attī
ti ab aliquo manserunt tormenti. proxi
me fue exprobrat q ea non sit digna ha
bita sicut ipa. ns filius eius dirupt is sit.
Omnia aut que illis fiunt falsa sunt. i
Quomodo ergo estimandum aut di
cendum è illos cē deos. A fabris 7 aurifi
cib facta sunt. Nichil aliud eunt nisi
w quod uolunt esse sacerdotes 7 aurifi
ces. Ipi etiam qui ea faciunt non sunt
multo ipis. Num quid ergo possunt q
ab ipis fabricata sunt cē dij. Reliqua
unt autem falsa 7 obprobrium postea
futuris. Nam cum supereneerit illis
prelium 7 mala. cogitant pro se sacerdo
tes ubi se abscondant cum illis. Quo
modo ergo sentire debeant quoniā dij
sunt. qui nec de bello se liberant. neq;
de malis se eripiunt. Nam cum sint li
gnea 7 lapidea. 7 aurata. 7 argentata.
scietur. postea qua falsa sunt gentib;
7 unuersis 7 regib; que manifestata i
sunt qua non sunt dij. ꝫ opera manuū
hominū. 7 nullum opus dei in ipis est.
Regem regionū non suscitant. pluuiā
hominib; non dabunt. Judicium q;
non discernent. neq; regionem libera
bunt ab iniuria. quia nichil possunt. i
sicut cornicule inter medium celi 7 terr
Etenim cum ceciderit ignis in domus
deorum ligneorum. aureorum 7 argen
teorum sacerdotes quidem iporum fu
gient. liberabuntur. ipi uero sicut trā
bes in medio obruentur. Regi autem
7 bello non resistent. Quomodo ergo i
estimandum è. aut intelligendum qua
dij sunt. Non a furibo neq; a latronib
se liberabunt. Dij lignei 7 lapidei. 7 in
aurati. 7 argentati. quibo hij qui fo
tiores sunt. aurum 7 argentum 7 uesti
mentum coperti sunt. auferent ab illo
7 abibunt. nec sibi auxilium ferent. Me
q; melius è esse regem ostentantem 7
uirtutem suam. aut unas in domo utile
in quo gliabitur qui possit ex illo. aut

hostium in domo quod custodit q̄m ipa
sunt. q̄ falsi dij. Sol quidē 7 luna 7 stel
la cum sint splendida 7 emissa ad utili
tates obaudiunt. Similiter 7 fulgur ci
apparuerit perspicuum è. Spūs 7 spūs
in omni regione spirat. 7 nubes quib;
cum imperatum fuerit adeo perambla
re in uniuersum orbem. perficiunt q̄d
imperatum è eis. Ignis etiam missus
de super ut consumat montes 7 siluas. fa
cit quod preceptum è ei. Hec aut ns
spēs ns minime. um eoꝝ similia sūt.
Unde ns estimandum è. ns dicendum
illos deos. q; non possunt ns iudicium
iudicare. ns facere hominib; quicq;.
Scientes itaq; quia non sunt dij. ne
timueritis eos. Neq; enim regib; ma
ledicent ns benedicent. Signa etiam
in celo gentib; non ostendent. ns ut
sol lucebunt. ns illuminabitur lūa.
Bestie meliores sunt illis. que possūt
fugere sub tectum. ac prodesse sibi. i
Nullo itaq; modo nobis manifesti
è q; sunt dij. Propt q; ne timeatis eos.
Nam sicut in cucumerario nichil for
mido custodit. ita sunt dij illor ligneī.
7 argentei. 7 aurati. Eodem modo 7
in orto spinus alba. supra quā omnes a
ues sedent. Similiter 7 mortuo proiecto
in tenebris. similes sunt dij illor ligneī
7 aurati. 7 argentati. A purpura q;
7 marmore que super illud tenent. scie
tis itaq; quia non sunt dij. Ipi etiam i
postremo comedunt. 7 obprobrium
in regione. Melior è homo iustus qui
non hīt simulachra. nam eut longe i
ab obprobrio. Explicit baruch. Inci
pit prologus in ezechielem prophā.



Ezechiel
prophā
cū tot
chim re
ge ius
captiū
ducens

INCIPIT LIBER EZECHIEL PROPHETE

In trigesimo aut̄ anno in quarto mense cum ēem in medio captiuorum: iuxta fluuium chobar. aperti sunt cęli. & uidi uisiones dei. In quinto mensis ipse ē annus quintus transmigrationis regis ioachin. Factum ē uerbum dñi ad ezechielem filium buzi sacerdotem. in terra caldeorum. secus flumen chobar. Et facta ē ibi super eum manus domini. Et uidi. & ecce uentus turbinis uenie bat ab aquilone. & nubes magna. & ignis inuoluens. & splendor in circuitu eius. Et de medio eius quasi species electri. & de medio ignis. Et in medio eius similitudo animalium. & hec aspectus eorum. similitudo hominis in eis. Et unū facies unī. & quatuor pennę unī. Et pedes eorum pedes recti. & planta pedis eorum. quasi planta pedis uituli. & scintille quasi aspectus eris candentis. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus. Et facies & pennas ipsorum quatuor partibus hębant. iunctęq; erant pennę eorum alterius ad alterum. Non reuertebantur cum incederent. sed unumquodq; ante faciem suam gradiebantur. Similitudo aut̄ uultus eorum. facies hominis & facies leonis a dextris eorum quatuor. Bouis aut̄ facies a sinistris eorum quatuor. & facies aquilę desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum & pennę eorum extente desuper. a duę pennę singulorum iungebantur: et duę tegebant corpora eorum. Et unus quodq; eorum coram facie sua ambulabat. ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. nec reuertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium. & aspectus eorum quasi carbonū ignis ardentium. & quasi aspectus lampadarum. Hic erat uisio discurrens in medio animalium. splendor ignis & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant & reuertebantur in similitudinē fulgoris coruscantis. Cumq; aspicerem animalia. apparuit rota una super terram iuxta animalia hęns quatuor facies. Et aspectus rotarum & opus earum quasi uisio maris. & una similitudo ipsarum & quatuor. Et aspectus earum & operatio quasi sit rota in medio rote. per quatuor partes earum euntes ibant. & non reuer

rebantur cum ambularent. Stantia q̃
erat rotis t alitudo. t horribilis aspectus
t totum corpus plenum oculis in circui
tu ipsarum quatuor. Cumq; ambula
rent animalia. ambulabant pariter t
rote iuxta ea. Et cum eleuarentur a
malia de terra. eleuabantur simul t
rote. quocumq; ibat spūs illuc eque
spū. t rote pariter eleuabantur sequen
tes eum. Spūs enim uite erat in rotis.
Cum eunt ibant. t cum stabant stabant. t cum eleuate a terra pariter
eleuabantur. t rote sequentes ea. quia
spūs uite erat in rotis. Et similitudo
super capita animalium firmamen. quasi
aspectus crystalli horribilis. t extenta sr
capitā eorum desuper. Sub firmamē
to aūt pēne eorum. recte alterius ad
alterum. Unumquodq; duabo alis uela
bat corpus suum. t alterum similiter
uelabatur. Et audiebam sonum ala
quasi sonum aquarum multarum. quasi so
num sublimis dei. Cum ambularent
quasi sonus exercitus multitudinis. ut so
nitus castroy. Cumq; starent demit
tebantur pēnē eorum. Nam cū fieret
uox super firmamentum quod erat sup
caput eorum. stabant t submittebat
alas suas. Et super firmamentum quod
erat imminens capiti eor. quasi aspect
lapidis saphyri similitudo throni. Et
super similitudinē throni. similitudo
quasi aspectus hominis de super. Et
brachiolo eius. bibitabat cetus grandium plurimarum. etiam pulcerrimis tamquam in uirtute sua. cum multitudine ramorum suorum. Erat enim radicibus eius iuxta aquas multas. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei. abietes non adequauerunt summitati eius. platani non fuerunt equales frondibus illius. Omne lignum paradisi dei non assimilatum fuit pulcritudini eius. quia speciosum feci eum. multitudine condensa frondibus. Et emulata sunt eum omnia ligna uoluptatis que erant in paradiso dei. propterea hec dicit dominus deus. pro eo quod sublimatus est in altitudine. et dedit summitatem suam inter densum atque condensum. et elevatum est cor eius in altitudine sua. tradidi eum in manus fortissimi gentium. faciens faciet ei. iuxta impietatem eius eieci eum. Et succiderunt eum alieni. et crudelissimi ex nationibus. et proiecerunt eum super montes. Et in cunctis uallibus corruent rami eius. et confringentur arbuta eius. in universis riuis terre. Et recedent de umbraculo eius omnes populi terre. et relinquent eum. super ruinam eius habitabunt omnia uolatilia celi. et in ramis eius fuerunt universe bestie agri. Quamobrem non elevabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum. neque ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque frondosa. nec stabunt in sublimitate eorum omnia que irrigantur aque. quia omnes dati sunt in mortem ad terram ultimam in medio filiorum hominum. ad eos qui descendunt in lacum. Hec dicit dominus deus. In die quando descendit ad inferos. luctum induci feci. operui eum abysso. et prohibui flumina eius. et coercui aquas multas. Contristatus est super eum libanus. et omnia ligna agri emarcuit sunt. A sonitu ruine eius commoui gentes. cum deducerem eum ad infernum. cum his qui descendebant in lacum. Et consolata sunt in terra inferiori omnia ligna uoluptatis. egregia atque preclara libani. universa que irrigabantur aquis. Etiam ipsi cum eo descenderunt ad infernum ad interfectos gladio. et brachium unusquisque habitabat sub umbraculo eius.

in medio nationum. Cui assimilatus es gloriose atque sublimis inter ligna uoluptatis? Ecce deductus es cum lignis uoluptatis ad terram ultimam. et in medio incircumcisorum dormies. cum his qui interfecti sunt gladio. Ipse est pharao et omnis multitudo eius. dicit dominus deus.

XXXII

Factum est in duodecimo anno in mense duodecimo in una mensis. factum est uerbum domini ad me dicens. Fili hominis assume lamentum. et plange regem egypti. et dices ad eum. Leoni gentium assimilatus es. et draconi qui est in mari. et ebullabas cornua in fluminibus tuis. et conturbabas aquas pedibus tuis. et exulcerabas flumina eorum. Propterea hec dicit dominus deus. Expandam rete meum. in multitudine populorum multorum. et extrahent te in sagena mea. et proiciam te in terram. Super faciem agri abiciam te. et faciam super te omnia uolatilia celi. et saturabo de te bestias universe terre. Et dabo carnes tuas super montes. et implebo colles tuos sanie tua. et irrigabo terram fetore sanguinis tui. super montes. et valles implebitur ex te. Et operiam cum extincto lucis celos. et nigrescere faciam stellas eius. Solem nube tegam. et luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria celi merore faciam super te. et dabo tenebras super terram tuam. dicit dominus deus. propterea quod contriuerit cor populorum multorum. cum induxero contritionem tuam in gentibus. super terras quas nescis. Obstupescere faciam super te populos multos. et reges eorum horrore nimio formidabunt super te. cum uolare cepero gladium meum. super facies eorum. Et obstupescent repente singuli pro anima sua in die ruine tue. Quia hec dicit dominus deus. Gladius regis babilonis ueniet tibi. in gladiis potentium cadam multitudinem tuam. fortes nationum omnes hec. Et uastabunt superbiam egypti. et dissipabitur multitudo eius. Et perdam omnia iumenta eius. que erant super aquas plurimas. Et non turbabit

EZECHIEL



bit pes hominis eas ultra. ⁊ ungula ui-
mentor ⁊ turbabit eas. Tunc pundam
rediam aquas eorum. ⁊ flumina eorum
quasi oleum adducam. ait dominus de-
cum dederit terram egypti desolatā. De
seruit aut terra a plenitudine sua. qn
percusserit omnes habitatores eius. Et sci
ent quia ego dominus. Planctus est ⁊
plangent eum. filie gentium plangent
eum. Super egyptum. ⁊ super omnem a
multitudinē eius plangent eum. ait dñs
deus. Et factum è in undecimo anno. i
quintadecima mensis. factum è uerbum
domini ad me dicens. Fili hominis. ca
ne lugubre super multitudinem egypti. ⁊
detrahe eam. ipsam ⁊ filias gentis robu
starum. ad terram ultimam. cum his q
descendunt in lacum. Quo pulchriores
es descende. ⁊ dormi cum incircumcisis.
In medio interfector gladio cadent. Bla
dius datus è attrahent eam ⁊ omnes
populos eius. Loquentur ei potentissi
mi robustorum de medio inferni. qui cum
auxiliatoribus eius descenderunt ⁊ dormi
erunt incircumcisi. interfecti gladio. Ibi
assur. ⁊ omnis multitudo eius. In circu
itu illius sepulchra eius. omnes interfe
cti ⁊ qui ceciderunt gladio. quorum data
sunt sepulchra in novissimis lacus. Et
facta è multitudo eius per gyrum sepulchri
eius. universi interfecti cadentesq; gladio.
qui dederunt quondam formidinē in ter
ra uiuentium. Ibi elam ⁊ omnis multitudo
eius. per gyrum sepulcri sui. Omnes hi
interfecti uentesq; gladio. qui descen
derunt incircumcisi ad terram ultimam
qui posuerunt terrorem suum in terra
uiuentium. ⁊ portaverunt ignominiam
suam cum his qui descendunt in lacū.
In medio interfectorum posuerunt cu
bile eius. in universis populis eius. i
circuitu eius sepulcri illius. Omnes
hi incircumcisi interfectique gladio. De
derunt enim terrorem suum in terra uiuē
tium. ⁊ portaverunt ignominiam suas
cum his qui descendunt in lacum. Ibi
mosoch ⁊ tubal. ⁊ omnis multitudo eius.
in circuitu eius sepulcra illius. Omnes
hi incircumcisi interfecti ⁊ cadentes gla
dio. quia dederunt formidinem suam i
terra uiuentiū. ⁊ non dormierunt cum fo
rtibus ceciderunt. ⁊ descenderunt cum armis suis. ⁊
posuerunt gladios suos sub capitibus suis.
⁊ fuerunt iniquitates eorum in ossibus
eorum. quia terror fortium fuerunt in
uiuentium. Et tu ergo in medio incir
cisus requiesces. ⁊ dormies cum interfectis
gladio. Ibi edumea ⁊ reges eius omnes
duces eius. qui dati sunt cum exercitu ⁊
suo. cum interfectis gladio. ⁊ qui cum
incircumcisis dormierunt. ⁊ cum his q
descenderunt in lacum. Ibi principes a
quilonis omnes. ⁊ universi sidonii. qui
descenderunt cum interfectis. pauo
res in sua fortitudine confusi. qui dormie
runt incircumcisi cum interfectis gladio.
⁊ portaverunt confusionem suam cū his
qui descendunt in lacum. Vidit eos a
pharao ⁊ consolatus è super universa mul
titudine sua. que interfecta è gladio. et
portaverunt confusionem suam cum his
qui descendunt in lacum. pharao ⁊ omis
exercitus eius ait dominus deus. quia
dedit terrorem suum in terra uiuentiū.
Et dormiunt in medio incircumcisorum
cum interfectis gladio. pharao ⁊ omis
multitudo eius. ait dominus deus.

Et factum è in XXXIIII
uerbum domini ad me dicēs
Fili hominis. loquere ad
filios populi tui. ⁊ dices ad
eos. Terra cum induxero super eā gla
dium. ⁊ tulerit populus terre uir unus
de novissimis suis. ⁊ constituerit super se
speculatorem. ⁊ ille uiderit gladiū uen
entem super terram. ⁊ cecinerit buccina.
⁊ annuntiaverit populo. audiens aut quis
quis ille è sonitum buccine. non se obs
tinuerit. ueneritq; gladius ⁊ tulerit eū.
sanguis ipius super caput eius erit. So
num buccine audiunt. ⁊ non se obstinuerunt.
sanguis eius in ipo erit. Si aut se custo
dierit. animam suam saluabit. Q̄ si spe
culator uiderit gladium uenientem. ⁊ no
insonuerit buccina. ⁊ populus non se cu
stodierit. uenerit; gladius ⁊ tulerit de
eis animā. ille quidem in iniquitate sua
captus è. sanguinem aut eius de manu
speculatoris requiram. Et tu fili homis
speculatorem dedi te domui isrl. Audies
ergo ex ore meo sermonem. annuntiabis

cis ergo me. Si me dicente ad impium. impie morte morieris non fueris locutus. ut se custodiat impius a via sua. ipe impius in iniquitate sua morietur. Sanguinem aut eius de manu tua requiram. Si aut annuntiante te ad impiu. ut a uijs suis conuertatur. non fuerit conuersus a via sua. ipe in iniquitate sua moïetur. porro tu animam tuam liberasti. Tu ergo fili hominis. dic ad domu isrl. Sic locuti estis dicentes. Iniquitates nre 7 pecca nra sup nos sunt. 7 in ipis nos tabescimus. Quomo ḡ uiuere possumus? Dic ad eos. Viuo ego dicit dns deus. nolo mortem impij. sed ut conuertatur impius a uia sua. 7 uiuat. Convertimini conuertimini a uijs uris pessimis. Et quare moriemini domus isrl? Tu itaq; fili hominis: dic ad filios populi tui. Justitia iusti non liberabit eum in quacuq; die peccauerit. 7 impietas impij non nocebit ei. in quacumq; die conuersus fuerit ab impietate sua. Et iustus non poterit uiuere in iustitia sua. in quacuq; die peccauerit. Etiam si dicente iusto q uita uiuet. 7 conuersus in iustitia sua fecerit iniquitatem. omnes iustitie eius in oblionem trahentur. 7 in iniquitate sua quam operatus e. in ipa morietur. Si aut dicente impio morte morieris. 7 egerit penitentiam a peccato suo. feceritq; iudicium 7 iustitiam. pignus restituerit ille impius. rapinam q; reddiderit. in mandatis uite ambulauerit. nec fecerit quicq; iniustum. uita uiuet 7 non morietur. Omnia peccata eius que peccauit. non imputabuntur ei. iudicium 7 iustitiam fecit. uita uiuet. Et dixerunt filij populi tui. Non e equa ps dns uia domini. Iporum uia musta e. Cum enim recesserit iustus a iustitia sua. feceritq; iniquitatem. morietur in eis. Et cum recesserit impius ab impietate sua. feceritq; iudicium 7 iustitiam. uiuet in eis. Et dicetis. Non e recta uia domini. Vnumquemq; uestrum iuxta uias suas iudicabo. de uobis domus isrl. Et factum e in duodecimo anno. x decimo mense. in quinta mensis transmigrationis nre. uenit ad me qui fugerat ire. dicens. Vastata e ciuitas. Manus aut domini facta fuerat ad me uespere. antq; ueniret qui fugerat. Aperiretq; os meu donec ueniret ad me mane. 7 aperto ore meo non silui amplius. Et factum e uerbum domini ad me dicens. Fili hominis qui habitant in ruinosis his super humu isrl. loquentes aiunt. Vnus erat abrahe 7 hereditate possedit terram. Nos autem multi sumus: nobis data e terra in possessionem. Propterea dices ad eos. Hec dicit dominus deus. Qui in sanguine comedit. 7 oculos uros leuatis ad immundicias uras. 7 sanguinem fundit. numq; terram hereditate possidebitis? Stetistis in gladijs uris. fecistis abhominationes. 7 unusquisq; uxorem proximi sui polluit. 7 terram hereditate possidebitis? Hec dices ad eos. sic dicit dominus deus. Viuo ego quia qui in ruinosis habitant gladio cadent. 7 qui in agro e bestijs tradent ad deuorandum. Qui aut in prerupt 7 in speluncis sunt peste morientur. Et dabo terram in solitudinem 7 desertum. 7 defficet superba fortitudo eius. 7 desolabuntur montes isrl. eo q; nullus sit qui per eos transeat. Et scient quia ego dominus. cum dedero terram eorum desolatam. 7 desertam. propter uniuersas abhominationes suas quas operati sunt. Et tu fili hominis. filij populi tui. qui loquuntur de te iuxta muros. 7 in hostijs domorum. 7 dicunt unus ad alterum. unus ad proximum suum loquentes. Venite 7 audiamus quis sit sermo egrediens a domino. Et uenient ad te. quasi si ingrediatur populus. 7 sedent coram te populus meus. Et audient sermones tuos. 7 non facient eos. quia in cantici oris sui uertuntur illos. 7 auaritia sua sequitur eor eorum. 7 ecce quasi carmen musicum. quod suauem dulcisq; sonum canit: Et audient uerba tua. 7 non facient ea. Et cum uenerit quod ptem e. ecce enim uenit. tunc scient q' propheta fuerit inter eos.

XXXIIII

Et factum e uerbum domini ad me dicens. Fili hominis propheta de pastoribus isrl. propheta. 7 dices pastoribus. Hec dicit dominus deus. Ve pastoribus isrl. qui pascebant semetipos. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac a

comedebant. z lanis opiebam. z qđ
ciffim erat occidebatis. gregem am
meum non pascebatis. Quod infirmū
fuit non ꝺsolidastis. z quod egrotum n
sanastis. quod ꝺfractum non alligastis.
z quod abiectum non reduxistis. z qđ
perierat non quesistis. sꝫ cum austeritā
te imperabatis eis. z cum potentia. Et
dispersę sunt oues mee. eo q̄ non eēt
pastor. z fcę sunt in deuoratione oīum
bestiarum agri. z dispersę sunt. Errā
uerunt greges mei. in oībus montib⁹.
z in uniuerso colle excelso. z super eā
faciem terre dispersi sunt greges mei.
z non erat qui requirēt. Non erat uꝫ
qui requireret. Propterea pastores audi
te uerbum dñi. Viuo ego dicit dñs
deus. quia pro eo q̄ fęi sunt greges mi
mi rapinam. z oues mee in deuoratiōē
omnium bestiarum agri. eo q̄ non eēt
pastor. nec enim quesierunt pastores
gregem meum. sꝫ pascebant pastores
semetipsos. z greges meos nō pascebāt.
propterea pastores audite uerbum dñi.
Hec dicit dominus deus. Ecce ego ipse
super pastores requiram gregem meum
de manu eorum. z cessare eos faciam.
ut ultra non pascant gregem meū. nec
pascant amplius pastores semetipsos. z
Et liberabo gregem meum de ore eorū.
z non erit eis ultra in escam. quia hec
dicit dominus deus. Ecce ego ipe req
ram oues meas. z uisitabo eas. Sicut
uisitat pastor gregem suum. in die qñ
fuerit in medio ouium suarum dissipa
tarum. sic uisitabo oues meas. z libera
bo eas de omnib⁹ locis. in quib⁹ dispse
fuerant. in die nubis z caliginis. Et edu
cam eas de populis. z congregabo eas de
terris. z inducam eas in terram suam.
Et pascam eas in montib⁹ isrl'. z in ri
uis. z in oībus sedib⁹ terre. In pascuis u
berrimis pascam eas. z in montib⁹ ex
celsis isrl' erunt pascua earum. Ibi req
escent in herbis uirentib⁹. z in pascuis
pinguib⁹ pascentur super montes isrl'.
Ego pascam oues meas. z ego eas ac
cubare faciam. dicit dominus deus. z
Quod perierat requiram. z quod abiec
tum erat reducam. z quod ꝺfractū fue
rat alligabo. z quod infirmum fuerat
ꝺsolidabo. z quod pinguę z fortę custodi
am. z pascam illas in iudicio. Vos autē
greges mei. hec dicit dominus deus. z
Ecce ego iudico inter pecus z pecus ar
etum z hircorum. Numquid satis erat uo
bis pascua bona depasci. nisi reliqua
quas pascuarum uestrarum. conculcastis
pedib⁹ uris. Et cum purissimā aquas
bibere tis. reliquam pedib⁹ uris turba
bas. z oues mee his que conculcata pe
dib⁹ uris fuerant pascebantur. z que
pedes uri turbauerant hec bibebant. Pro
pterea hec dicit dominus deus ad eos.
Ecce ego ipe iudico inter pecus pingue
z macilentum. pro eo q̄ latere⁹ z hu
meris impingebatis. z cornib⁹ uris ue
labatis omnia infirma pecora. donec
dispergeretis foras. saluabo gregem
meum. z non ultra in rapinam. z iudi
cabo inter pecus z pecus. Et suscitabo
super ea pastorem unum qui pascat ē.
seruum meum dauid. ipe pascet ea. z
ipe erit eis in pastorem. Ego aut dñs
ero eis in deum. z seruus meus dauid
princeps in medio eorum. Ego dñs
locutus sum. Et faciam cum eis pac
tum pacis. z cessare faciam bestias
pessimas de terra. z qui habitant in des
serto securi dormient in silua. Et ponā eos
in circuitu collis mei benedictionem.
z deducam ymbrem in tempore suo.
pluuie benedictionis erunt. z dabit li
gnum agri fructum suum. z terra dabit
germen suum. Et erunt in terra sua
absq̄ timore. Et scient quia ego dñs
cum contriuero catenas iugi eorum. z
eruero eos de manu imperantiū sibi. z
Et non erunt ultra in rapinam gentib⁹
nec bestie terre deuorabunt eos. sꝫ habi
bunt confidenter. absq̄ ullo terrore. Et
suscitabo eis germen nominatum. z non
erunt ultra consumpti fame in terra
buntur ultra obprobria gentiū. Et scient
q̄ ego dñs deus eorum cum eis. z ipi pplꝰ
meus domus isrl'. ait dñs deus. Vos au
greges mei. greges pascue mee homines
estis. z ego dñs deus uester. dicit dñs deus.

Factum est in anno xxxv
mo domini ad me dicens.
Fili hominis. pone faciem
tuam aduersum montes

seyr. ꝛ ꝓpha bis de eo. ꝛ dices illi. hec
dicit dominus. Ecce ego ad te mons
seyr. ꝛ extendam manum meam super
te. ꝛ dabo te desolatum atq; desertum.
Urbes tuas demolia. ꝛ tu desertis eris.
Et scies quia ego dominus. eo q; fuit
inimicus sempiternus. ꝛ exclusisti filios
isrl'. in manus gladij. in ꝑ afflictionis
eorum. ꝛ in ꝑ iniquitatis extremę. ꝙ
Propter ea vivo ego dicit dns deus. quo
sanguini tradam te. ꝛ sanguis te ꝑsequ
etur. ꝛ cum sanguine edens. siqdem
te persequetur. Et dabo montem seyr
desolatum ꝛ desertum. ꝛ auferam de eo
eum trem ꝛ rede untem. ꝛ implebo montes
eius occisorum suorum. In collibus tuis
ꝛ in vallibus tuis. atq; torrentibus inferi
gladio cadent. In solitudines sempiter
nas tradam te. ꝛ civitates tue non habi
buntur. Et scietis quia ego dns de
eo q; dicetis due gentes. ꝛ due terre
mee erunt. ꝛ hereditate possidebo eas. ꝙ
cum dominus esset ibi. Propter ea vivo
ego dicit dominus deus. quia faciam
iuxta iram tuam. ꝛ invidiam tuam ꝙ
quem fecisti odio habens eos. ꝛ notus
essem eis. quando te iudicavero. Et
scies quia ego dns. Audivi universa
obprobria tua. que locutus es de mon
tibus isrl'. dicens. Deserta nobis data sunt
ad devorandum. Et insurrexisti su
per os eorum. ꝛ magnificasti adversum me.
Verba tua ego audivi. Hec dicit dns de.
Letante universa terra. in solitudinem
te redigam. Sicut gavisus es super he
reditate domus isrl'. eo q; fuerit dissipa
ta. sic faciam tibi. Dissipatus eris mons
seyr. ꝛ idumea omnis. Et scient quia
ego dominus deus.

XXXVI

Tu aut fili hominis ꝓpha
fare super montes isrl'. ꝛ dices.
Montes isrl' audite verbum
domini. Hec dicit dns de
Eo q; dixerit inimicus de vobis euge
altitudines sempiterne. in hereditatem
date sunt nobis. propter ea vaticinare ꝛ
dic. Hec dicit dns deus. Pro eo q; deso
lati estis. ꝛ vulcani per circuitum ꝛ fu
im hereditatem reliquis gentibus. ascen
distis super labium lingue. ꝛ obprobrium
populi. propter ea montes isrl' audite ꝙ

verbum domini dei. Hec dicit dns de
montibus ꝛ collibus. torrentibus ꝛ vallibus.
ꝛ desertis partibus. ꝛ urbibus derelictis.
que depopulate sunt. ꝛ subsannate a
reliquis gentibus per circuitum. Pro
pterea hec dicit dominus deus. Quo
niam igne zeli locutus sum de reliquis gē
tibus. ꝛ de universa idumea que dederit
terram meam sibi in hereditatem. cum
gaudio ꝛ toto corde ꝛ animo ꝛ despec
tum eam. ut vastarent. ꝛ direptionem
dare super bunum isrl'. ꝛ dices montibus
ꝛ collibus. rugis ꝛ vallibus. Hec dicit dns
deus. Ecce ego in zelo meo. ꝛ in furo
re meo locutus sum. eo q; confusionem
gentium sustinueritis. Idcirco hec dicit
dominus deus. Ego levavi manum
meam ut gentes que in circuitu vos
sunt. ipe confusionem suam portent. Vos
aut montes isrl'. ramos vros germine
tis. ꝛ fructum vrm afferatis populo meo
isrl'. Prope est enim ut veniat. Quia ꝙ
ecce ego ad vos. ꝛ convertar ad vos. ꝛ aran
bimini ꝛ accipietis sementē. ꝛ multi
plicabo in vobis homines. omnemq;
domum isrl'. Et habitabuntur civitates.
ꝛ inmosa instaurabuntur. Et replebo
vos hominibus ꝛ iumentis. ꝛ multiplicabi
mini ꝛ crescent. et habitare vos faciam sicut
a principio. bonisq; vobis agam magis
q; bonis a principio. Et scietis quia
ego dominus. Et adducam super vos
homines populum meum isrl'. Et he
reditate possidebunt te. ꝛ eris eis ultra
hereditatem. ꝛ non addes ultra ut orbes
eis sis. Hec dicit dns deus. Pro eo q;
dicunt de vobis. devorator homi
nes es. ꝛ suffocans gentem tuam. propter
homines non comedes amplius. ꝛ gen
tem tuam non necabis ultra. ait dns
deus. Nec auditum faciam in te ampli
confusionem gentium. ꝛ obprobrium po
pulor nequaq; portabis. ꝛ gentē tuam
non amittes amplius. ait dns deus.
Et factum est verbum domini ad me di
cens. Fili hominis. domus isrl' habitan
tes habitarunt in humo sua. ꝛ polluerunt eam
in viis suis. in studijs suis. quasi
immunditiam menstruate. fuit via eo
rum coram me. Et effudi indignationem
meam super eos pro sanguine quem fun



EZE CHIE



:unt sup: te:ra. 7 in vtolis suis pollue:
cam. Et dispe:si eos in gentes. 7 uētila
ti sunt in te:ris. iuxta uias eo:um. et
ad uoluntates iudicaui eos. Et ingres
si sunt ad gentes ad quas introie:unt.
7 pollue:unt nomen scūm meum. cum
dicerētur de eis. populus dñi iste ē.
7 de te:ra eius egressi sunt. Idcirco dicē
dñs ihēl. hec dicit dominus deus. 7
Non p:opt: uos ego faciam dñs ihēl.
ſs p:opt: nomen scūm meum. quod pol
luistis in gentib: ad quas intrastis. Et
sanctificabo nomen meum magnum. qđ
pollutum ē inte: gentes. quod pollui
stis in medio earum. ut sciant gētes q:
ego dominus. ait dñs exe:cituum. cū
sanctificatus fuero in uobis coram eis. 7
Tollam quippe uos de gentib: 7 aggre
gabo uos de uniue:sis te:ris. 7 adducam
uos in te:ram uest:am. Et effundam sup
uos aquam mundam 7 mundabimini
ab omnib: inquinamentis uest:is. 7 ab uni
uersis uolis uest:is mundabo uos. Et
dabo uobis co:: nouum. 7 sp̄m nouum
ponam in medio uest:i. Et auferam co:
lapideum de carne uest:a. 7 dabo uobis
co:: carneum. 7 sp̄m meum ponam in
medio uest:i. Et faciam ut in p:eceptis
meis ambuletis. 7 iudicia mea custo
diatis. 7 operemini. Et habitabitis in te:
ra quam dedi patrib: uest:is. 7 eritis mihi
populum. 7 ego ero uobis in deum. Et
saluabo uos de uniue:sis inquinamentis
uest:is. Et uocabo frumentum. 7 multiplica
bo illud. 7 non imponam in uos famem.
Et multiplicabo fructum ligni. 7 germi
na agri. ut non portetis ultra obp:obriū
famis in gentib:. Et recordabimini
uiarum uest:arum pessimarum. studio:
q: non bonoru. 7 displicebunt uob
iniquitates uest:e. 7 scelera uest:a. Non p:p:
uos faciam ego ait dominus deus. no
tum sit uobis. Confundimini 7 erube
scite sup: uiis uest:is. domus ihēl. Hec
dicit dominus deus. In die qua mun
dauero uos ex omnib: iniquitatibus
uest:is. habitari faciam urbes. 7 instaurabū
ruinosa. 7 te:ra deserta fiet. et colet.
que quondam erat desolata. in oculis
omnis uiatoris. dicent. Terra illa in
culta facta ē. ut hortus uoluptatis. 7 ciui

tates deser:e 7 destructe. atq: suffosē mu
nite sedebunt. Et scient gentes q̄cūq:
derelicte fuerint in circuitu uro. quia
ego edificaui dissipata. plantauiq: in
culta. ego dominus locutus sum. 7 fe
ci. Hec dicit dominus deus. Adhuc
in hoc inuenient me domus ihēl. ut fa
ciam eis. Multiplicabo eos sicut gre
gem hominū. ut gregem scūm. ut gre
gem ierūlim. in solemnitatibus eius. Sic
erunt ciuitates deser:e. plene grege
hominum. et scient quia ego dominus

XXXVII

Facta ē sup: me manus domini. 7 edu
me in sp̄u domini. 7 dimisit
in medio campi. qui erat
plenus ossibus. 7 circumduxit me p:e ei
gyro. Erant aut multa nimis sup: fa
ciem campi. siccaq: uehementer. Et dixit
ad me. Fili hominis putasne uiuent
ossa ista? Et dixi. Domine deus tu
nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de os
sibus istis. 7 dices eis. Ossa arida audi
te uerbum domini. Hec dicit dominus
deus ossibus his. Ecce ego introducā
in uos sp̄m. 7 uiuetis. Et dabo sup uos
neruos. 7 succrescere faciam sup: uos
carnes. 7 superextendam in uobis cutē.
7 dabo uobis sp̄m 7 uiuetis. 7 scietis q:
ego dominus. Et prophetaui sicut p:e
ceperat mihi. Factus ē aut sonitus pro
phetante me. 7 ecce cōmotio. Et accessit
ossa ad ossa. unumquodq: ad iuncturā
suam. Et uidi 7 ecce sup: ea nerui. et
carnes ascenderunt. 7 extensa ē in eis
cutis desup: 7 sp̄m non habebant. Et
dixit ad me. Vaticinare ad sp̄m. vatici
nare fili hominis. 7 dices ad sp̄m. Hec
dicit dominus deus. A quatuor uentis
ueni sp̄us. 7 insuffla sup: interfecta istos
7 reuiuiscant. Et prophetaui sicut p:ece
perat mihi. Et ingressus ē in ea sp̄us.
7 reuixerunt. steteruntq: sup: pedes su
os. exercitus nimis grandis nimis. Et
dixit ad me. Fili hominis. ossa hec uni
uersa domus ihēl ē. Ipi dicunt. Aruerūt
ossa nra. 7 periit spes nra. 7 abscissi su
mus. Propterea uaticinare. 7 dices ad e
os. Hec dicit dominus deus. Ecce ego
aperiam tumulos uros. 7 educam uos
de sepulcris uris populus meus. 7 indu

LIS

PTE

cam uos in terrā ist'. Et scietis q; ego dominus. cum aperuero sepulchra uīa
& eduxero uos de tumulis uīis popul meus. & dedero spīm meum in uobis
& uiuetis. Et requiescere uos faciam
super humum uīam. & scietis quia ego
dominus locutus sum & feci ait dñs dñ
Et fīus è sermo domini ad me dicens.
Et tu fili hominis. sume tibi lignum
unum. & scribe super illud iude & filioz
ist' sortis eius. Et tolle lignū alterū
& scribe super illud ioseph. lignū ephray
& exte domus ist' sortiumq; eius. Et
adiunge illa unum ad alterum tibi in
unum lignum. & erunt in unionem in
manu tua. Cum aut dixerint ad te filij
populi tui loquentes nonne indicas no
bis quid in his tibi uelis. loquer⁹ ad
eos. hec dicit dominus deus. Ecce e
go assumam lignum ioseph. quod è
in manu ephraim & tribus ist'. que adhuc
te sunt ei. & dabo eas pariter cum ligno
iuda. & faciam ea in lignum unum. et
erunt unum in manu eius. Erunt aut
ligna super que scripseris in manu tua.
in oculis eorum. & dices ad eos. hec dicit
dominus deus. Ecce ego assumam filios
ist' de medio nationum ad quas abie
runt. & congregabo eos undiq; & adducā
eos ad humum suam. & faciam eos gen
tem unam in terra in montib⁹ ist'. Et
rex unus erit omnib⁹ imperans. & nō
erunt ultra due gentes. nec dividentur
amplius in duo regna. nec polluentur
ultra in ydolis suis. & in abhominatiōib⁹
& in uniquitatib⁹ suis. Et saluos eos faciā
de uniuersis sedib⁹ suis. in quib⁹ peccā
uerunt & emundabo eos. & erunt mihi
populus. & ego ero eis deus. Et seruus
meus dauid rex super eos. & pastor unus
erit omnium eorum. In iudicijs meis
ambulabunt & mandata mea custodient
& facient ea. & habitabunt super terrā qua
dedi seruo meo iacob. in qua habitauerūt
patres uri. Et habitabunt super eam ipi &
filij eorum. & filij filiorum eorum. usq; in sē
piternum. & dauid seruus meus princeps
eorum in perpetuum. Et percutiam illis
fedus pacis pactum sempiternū erit eis.
Et firmabo eos & multiplicabo. & dabo
sanctificationem meā in medio eorum in
perpetuum. Et erit tabernaculum meum
in eis. & ero eis deus. & ipi erunt mihi in pplm
Et scient gentes quia ego dominus sanc
tificator ist' cum fuerit sanctificatio mea in
medio eorum in perpetuum. XXXVIII

Et fīus è sermo domini ad
me dicens. Fili hominis pone
faciem tuam contra gog. & terre
magog. principem capitis
mosoch. & thubal. Et exercebo te. & po
nam frenum in maxillis tuis. & educam
te & omnem exercitum tuum. equos & eq
tes uestitos loricis omnes. multitudi
nem magnam hastam & clipeum arripi
entium & gladium. Persa ethyopes & li
byes. cum eis omnes scutum & galeam.
gomer & universa agmina eius. Domus
thogorma latera aquilonis. & toti po
pul⁹ eius. populiq; multi tecum. Pre
para & instrue te. & omnes multitudines
tuas. que congregate è ad te. & esto ei⁹
in p̄ceptum. Post dies multos uisit⁹
eris. In nouissimo annorum uenies
ad terrā que reuersa è a gladio. congre
ga è de populis multis ad montes ist'.
qui fuerunt deserti iugiter. hec de po
pulis educta è. & habitauerunt in ea o⁹ fi
denter. universi. Ascendens aut quasi
tempestas uenies. & quasi nubes ope
ries terram. tu & omnia agmina tua.
& populi multi tecum. hec dicit dñus
deus. In die illa ascendent sermones
super cor tuum. & cogitabis cogitationē
pessimam. & dices. Ascendam ad terrā
absq; muro. veniam ad quiescentes. &
habitantes q; secure. Omnes habitant
sine muro. uectes & portę non sunt eis.
ut diripias spolia. & invadas predam.
ut inferas manum tuam super eos qui
deserti fuerant. & postea restituti. & super
populum qui è congregatus. ex gentibus
qui possidet ecpit. & habitat umbili
cum terre. Saba & dedan. & negotiatores
thar sis. & omnes leones eius dicent ti.
Numquid ad sumenda spolia tu uenis.
Ecce ad diripiendam predam congre
gasti multitudinem tuam. ut tollas argē
tum & aurum. & auferas supellectilem
atq; habam. & diripias manubias infini
tas. Propter hoc ascende fili hominis.
& dices ad gog. hec dicit dominus de.

EZECHIEL

Numquid non in die illo. cum habitat
populus meus ihſl' confidenter. scies ꝙ
nies de loco tuo a lateribus aquilonis. ꝙ
tu ꝙ populi multa tecum. ascensores e
quorum innumerabilis. cetus magnus ꝙ ex
citus uehemens. ꝙ ascendes super ꝑpl'm
meum ihſl' quasi nubes ut operias ihſl'.
in nouissimis diebus eris. ꝙ adducam te
super terram meam. ut sciant gentes
me. cum sanctificatus fuero in te in oc
lis eorum. o gog. hec dicit dns deus.
Tu ergo ille es de quo locutus sum in
diebus antiquis. in manu seruorum meo
prophetarum ihſl'. qui prophetauerunt
in diebus illorum p̃dictum. ut adducerem
te super eos. Et erit in die illa in die
aduentus gog super terram ihſl'. ait ꝙ
dominus deus. ascendet indignatio
mea in furore meo. ꝙ in zelo meo. in
igne ire mee locutus sum. quia in die
illa erit commotio magna super terram
ihſl'. Et commouebuntur a facie mea pi
sces maris. ꝙ uolucres celi. ꝙ bestie agri.
ꝙ omne reptile quod mouetur super ter
ram. ꝙ cuncti homines qui sunt super
faciem universe terre. Et subuertentur
montes ꝙ cadent rupes. ꝙ omnis mu
in terram corruet. Et uocabo aduersus
eum in cunctis montibus meis gladium.
ait dominus deus. Gladius uniuscu
iusque in fratrem suum dirigetur. ꝙ iudica
bo eum pestem ꝙ sanguine ꝙ imbrem uehe
mentem ꝙ lapidibus immensis. ignem ꝙ sul
phur pluam super eum. ꝙ super exercitum
eius. ꝙ super multos populos qui sunt
cum eo. Et magnificabor ꝙ sanctificabor
ꝙ notus ero in oculis multarum gentium.
Et scient quia dominus

XXXIX

Tu autem fili hominis. uaticina
re aduersus gog. ꝙ dices.
hec dicit dominus deus. ꝙ
Ecce ego super te gog principem
capitis mosoch ꝙ tubal. ꝙ circum
agam te. ꝙ seducam te. ꝙ ascendere faci
am te a lateribus aquilonis. ꝙ adducam te
super montes ihſl'. Et percutiam arcum
tuum. in manu sinistra tua. ꝙ sagittas
tuas de manu tua dextera eiciam. Super
montes ihſl' cades. tu ꝙ omnia agmina
tua. ꝙ populi qui sunt tecum. Bestie a
uibus omnigene pabuli celi. ꝙ bestiis ter.

tradi te ad deuorandum. Super faciem
agri cades. quia ego locutus sum. ait
dominus deus. Et emittam ignem
in magog. ꝙ his qui habitant in insulis
confidenter. Et scient quia ego dns
deus ihſl'. Et nomen sanctum meum
notum faciam in medio populi mei
ihſl'. ꝙ non polluam nomen sanctum me
um amplius. Et scient gentes quia
ego dominus sanctus ihſl'. Ecce uenit
ꝙ factum est. ait dominus deus. Hec est
dies in qua locutus sum. Et egredie
entur habitatores ciuitatum ihſl'. ꝙ suc
cendent ac uorabunt arma. clipeum ꝙ ha
stam. arcum ꝙ sagittas. ꝙ baculos ma
nuum ꝙ contos ꝙ succendent ea igne ꝙ
lignis. Et non portabunt ligna de
regionibus. nec succident de saltibus. quo
niam arma succendent igne. Et depreda
buntur eos. quibus preda fuerunt. ꝙ rapi
ent rapientes eos. ait dns deus.
Et erit in die illa. dabo gog locum no
minatum sepulchrum in ihſl'. uallem
viatorum ad orientem maris que
obstupescere facit pretereuntes. Et
sepelient ibi gog. ꝙ omnem multitudi
nem eius. ꝙ uocabitur uallis multitu
dinis gog. Et sepelient eos domus
ihſl' ut mundent terram vii. mensibus.
Sepelient autem omnes populus terre. ꝙ
erit eis nominata dies. in glorificatus
sum. ait dominus deus. Et uiros mit
gent assidue lustrantes terram qui se
peliant ꝙ requirant eos qui remanserint
super faciem terre. ut emundent eam.
post menses autem vii. querere incipient
circuibunt peragrantes terram. Cuique
uiderint os hominis. statuet iuxta illud
tumulum. donec sepeliant illud popu
lus in valle multitudinis gog. Nomen
autem ciuitatis amona. ꝙ mundabunt
terram. Tu ergo fili hominis. hec di
cit dominus deus. Dic omni uolu
ci ꝙ uniuersis auibus cuncte bestie agri.
Conuenite ꝙ properate. ex undique
quique ad victimam meam. quam immolo uo
bis. victimam grandem super montes ihſl'. ꝙ
ut comedatis carnes. ꝙ bibatis san
guinem. Carnes fortium comedetis. ꝙ
sanguinem principum terre bibetis. ari
etum agnorum ꝙ hyrcorum taurorumque



ELIS PBTE

talulum. ꝛ pinguium oium. Et cēdentis ad ipm in sanctitatē. ꝛ bibentis ūm gummem in ebrietatē. de victima quam ego immolabo uobis. Et saturabimini sup̄ mensam meam de equo ꝛ de eq̄te fort. ꝛ de omnibus uiris bellatoribus. ait dominus deus. Et ponam gliam mgēbz. ꝛ uidebunt omnes gentes iudicū meum quod fecerim. ꝛ manum meam posuerim sup̄ eos. Et scient dominus ihēl. quia ego dominus deus eorum. a die illa ꝛ deinceps. Et scient gentes. quia in iniquitate sua capta sit domus ihēl. eo q̄ reliquerint me. ꝛ absconderim faciem meam ab eis. ꝛ tradiderim eos in manus hostium. ꝛ ceciderint in gladio omnes. iuxta immunditiā eorum ꝛ sceleꝝ. feci eis. ꝛ abscondi faciē meā ab eis. ꝓpterea hec dicit dominus deꝰ. Nunc reducam captiuitatem iacob. ꝛ miserebor omnis domus ihēl. ꝛ zelabo pro nomine scō meo. Et portabunt confusionem suam. ꝛ omnē preuaricationem qua preuaricati sunt in me. cum habitauerint in terra sua confidenter. ꝛ nemine formidante. ꝛ reduxero eos de populis. ꝛ congregauero de terris inimicorum suorum. ꝛ sanctificatus fuero in eis. in oculis gentium plurimarum. Et scient quia ego dominus deus eorum. eo q̄ transtulerim eos in nationes. ꝛ congregauerim eos sup̄ terram suam. ꝛ non derelinquam quemq̄ ex eis ibi. Et non abscondam faciem meam ab eis. eo q̄ effuderim spūm meum sup̄ omnē domum ihēl. ait dominus deus.

XL

In uicesimo ꝛ quinto anno transmigrationis nre. in exordio anni. decima mensis. quartadecima anno postq̄ percussa ē ciuitas. in hac ipsa die. facta ē sup̄ me manus domini. ꝛ adduxit me illuc in uisionibus dei. Et adduxit me in terram ihēl. ꝛ dimisit me sup̄ montem excelsum nimis. sup̄ quem erat quasi edificium ciuitatis ueregentis ad austrum. ꝛ introduxit me illuc. Et ecce uir cuius erat spēs. quasi spēs eris. ꝛ funiculus lineus in manu eius. ꝛ calamus mensure in manu eius. Stabat aut̄ in porta. Et locutus ē ad me

item uir. Fili hominis. uide oculis tuis. ꝛ auribus tuis audi. ꝛ pone cor tuum in oia que ego ostendam tibi. quia ut ostēdam tibi. adductus es huc. Annuntia oia que tu uides domui ihēl. Et ecce murus foris circa. in circuitu domus undiq; ꝛ in manu uiri calamus mensure cubitorum ꝛ palmo. Et mensus ē latitudinem edificij calamo uno. altitudinem quoq; calamo uno. Et uenit ad portam que respiciebat ad uiam orientalem. ꝛ ascendit per gradus ei⁹. Et mensus ē limen portē calamo uno. ꝛ latitudinē. i. limen unū calamo uno. in latitudine. Et thalamus uno calamo in longum. ꝛ uno calamo in latum. ꝛ inter calamos .v. cubitos. ꝛ limen portē iuxta uestibulum portē intrinsecus calamo uno. Et mensus ē uestibulum portē octo cubitorum. ꝛ fixū tem eius duob⁹ cubitis. Vestibulum aut̄ portē erat intrinsecus. ꝓro thalami portē ad uiam orientalem. tres hinc ꝛ tres inde. Mensura una trium. ꝛ mensura una fixorum ex utraq; parte. ꝛ mensus ē latitudinē luminis portē. x. cubitorum. ꝛ longitudinē portē xiij cubitorum. ꝛ margin̄em ante thalamos cubiti unius. ꝛ cubitus unus finis utriq; thalami aut̄ ser cubitorum erant. ꝛ hinc ꝛ inde. Et mensus ē portā atrcto thalami. usq; ad tectum eius. Latitudinem xxv. cubitorum. hostiū ꝛ hostiū Et fenestras fixorum tres ser a gutta cubitus. ꝛ ad fixorem atrium portē. undiq; per circuitum. Et ante faciem portē. que pertingebat usq; ad faciem uestibuli portē interioris. quinquaginta cubitī. Et fenestras obliquas in thalamis. ꝛ in fixorib⁹ eorum que intra portā erāt undiq; per circuitum. Similiter aut̄ erant. ꝛ in uestibulis fenestre per gyrum intrinsecus. ꝛ ante fixores picture palmarum. Et eduxit me ad atriū exterius. Et ecce gazophilacia ꝛ pauimentum stratum lapide in atrio per circuitum. Triginta gazophylacia in circuitu pauimenta. ꝛ pauimentum in fixore portar. xv. fm longitudinē portarum erat inferius. Et mensus ē latitudinē a facie portē inferioris. usq; ad fixorē atrij interioris

EZECHIEL

extrinsecus. c. cubitorum ad orientem a
7 ad aquilonem. Portam quoq; que respi
ciebat viam aquilonis atq; ceteris. mē
sus ē tam in longitudine q̄m in latitudine
Et thalamos eius tres hinc 7 tres inde. 7
frontem eius 7 uestibulum eius. sed im
mensuram porte prioris. quinquaginta
cubitorum longitudinem eius. 7 latitu
dinem. xxv. cubitorum. Fenestre autem
eius 7 uestibulum. 7 sculpture sm mē
suram porte que respiciebat ad orientē.
Et vii gradium erat ascensus eius. 7
uestibulum ante ea. Et porta atrii in
teriorīs contra portam aquilonis. 7 orien
talem. Et mensus ē a porta usq; ad
portam. c. cubitos. Et eduxit me ad
viam australem. 7 ecce porta que respi
ciebat ad austrum. Et mensus ē frontē
eius 7 uestibulum eius. iuxta mēsuras
superiorīs. 7 fenestras eius 7 uestibu
m circuitu. sicut fenestras ceteras. l. cu
bitorum longitudinem. 7 latitudines
xxv. cubitorum. Et in gradibus vii ascē
debatur ad eam. Et uestibulum ante
fores eius. Et celate palme erant. una
hinc 7 altera inde in fronte eius. Et por
ta atrii interioris in via australi. Et
mensus ē a porta usq; ad portam in via
australi. c. cubitos. Et introduxit me
in atrium interius ad portam australem.
Et mensus ē portam iuxta mensuras
superiores. Thalamum eius. 7 frontē
eius 7 uestibulum eius. iisdem men
suris. 7 fenestras eius 7 uestibulū eius.
in circuitu. l. cubitos longitudinis 7
latitudinis xxv cubitos. Et uestibu
li. per gyrum. longitudinem xxv cubito
rum 7 latitudinē v cubitorū. Et uesti
bulum eius ad atrium exteriꝰ 7 palmæ
eius in fronte. Et octo gradus erant
quibus ascendebatur per eam. Et intro
duxit me in atrium interius per viam
orientalem. Et mensus ē portā sm
mensuras superiores. Thalamum eius
7 frontem eius. 7 uestibula eius iuxta
7 fenestras eius 7 uestibula eius in cir
cuitu longitudinem. l. cubitorum. et
latitudinem xxv. cubitorum. Et uesti
bulum eius ibidem ad atrium exteriꝰ. Et pal
me celate in fronte eius hinc 7 inde. Et
in octo gradibus ascensus eius. Et intro

duxit me ad portam que respiciebat ad
aquilonem. Et mensus ē sm mensuras
superiores. thalamum eius 7 frontem
eius. 7 uestibulum eius. 7 fenestras eius
per circuitum. longitudinem. l. cubitor
7 latitudinē xxv. cubitorum. Vestibulū
eius respiciebat in atrium exterius. 7
Et celatum palmarum in fronte eius
hinc 7 inde. Et in octo gradibus ascensus
eius. Et per singula gazophylacia. et
stium in frontibus portarum: ubi lava
bant holocaustum. Et in uestibulo 4
porte. due mense hinc. 7 due mense inde.
ut immolent super eas holocaustum. 7
pro peccato 7 pro delicto. Et ad latus ex
terius. quod ascendit ad hostium por
te que respicit ad aquilonem: due mense.
Quatuor mense hinc. 7 quatuor mense
inde. Per latera porte octo mense erant
super quas immolabant. Quatuor aut
mense ad holocaustum de lapidibus
quadris exciscte. longitudine unius
cubiti 7 dimidij. 7 latitudinis cubiti u
nius 7 dimidij. 7 altitudine cubiti unī
super quas ponant uasa. in quibus im
molatur holocaustum 7 victima. Et
labia eorum palmi unius reflexa in
trinsecus per circuitum. Super mēsas
aut carnis oblationes. Et extra por
tam interiorem gazophylacia cantorū.
in atrio interiori. quod erat in latere 4
porte respicientis ad aquilonem. Et
facies eorum contra viam australem. 4
Vna ex latere porte orientalis. que re
spiciebat ad viam aquilonis. Et di
xit ad me. Hec ē gazophylacium. qđ
respicit viam meridianam sacerdotū.
qui excubant in custodijs templi. 4
porro gazophylacium quod respicit
ad viam aquilonis. sacerdotum erit.
qui excubant ad ministerium altaris.
Isti sunt filij Sadoch. qui accedunt de
filijs leui ad dominum. ut ministrent
ei. Et mensus ē atrium longitudinis.
c. cubitorum. 7 latitudinem c. cubito
rum per quadrum. 7 altare ante faciē
templi. Et introduxit me in uestibu
templi. Et mensus ē uestibulum. v.
cubitis hinc. 7 v. cubitis inde. 7 latitu
dinem porte trium cubitorum hinc.
7 trium cubitorum inde. longitudi

autem uestibuli xx. cubitorum. 7 latitudinem xj. cubitorum. Et octo gradibus ascendebatur ad eam. Et columnae erant in frontibus una hinc 7 alia inde.

XVI

Et introduxit me in templum. Et mensus est frontes. sex cubitos latitudinis hinc. 7 sex cubitos latitudinis inde. Latitudinem tabernaculi. Et latitudo portae x cubitorum erat 7 latera portae. v. cubitus hinc. 7 v. cubitus inde. Et mensus est longitudinem eius xl. cubitorum. 7 latitudinem cubitorum xx. Et introgressus in interiora eius. mensus est in fronte portae duos cubitos. 7 portam sex cubitorum. 7 latitudinem portae vij cubitorum. Et mensus est longitudinem eius xx cubitorum. 7 latitudinem xx cubitorum ante faciem templi. Et dixit ad me. Haec est sanctum sanctorum. Et mensus est parietem domus. vj sex cubitorum. 7 latitudinem lateris quatuor cubitorum undique per circuitum domus. Latera autem lateris ad latus bis triginta tria. Et erant eminentia quae ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitum ut continerent. 7 non attingerent parietem templi. Et platea erat in rotundum ascendens sursum per coclean. 7 in coenaculum templi deferebat per gradum. Sic circa latus erat templum in superioribus. Et sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in medium. Et vidi in domo altitudine per circuitum fundata latera. ad mensuram calami. vi. cubitorum spatio. 7 latitudinem per parietem lateris forinsecus. v. cubitorum. Et erat interior domus in lateribus domus. Et inter gazophylacia latitudinem xx. cubitorum in circuitu domus undique. Et hostium lateris ad orientem. hostium unum ad viam aquilonis. 7 hostium unum ad viam austri. et latitudinem loci ad orientem. v. cubitorum in circuitu. Et aedificium quod erat separatum ad mare. latitudinis lxx cubitorum. paries autem aedificii v. cubitorum latitudinis in circuitu. 7 longitudo eius lxxxx cubitos. Et mensus est domum longitudinem. c. cubitorum. 7 quod separatum erat aedificium 7 parietes eius longitudinis. c. cubitorum. Latitudo autem ante faciem domus. 7 eius quod erat separatum ad orientem. c. cubitorum. Et mensus est longitudinem aedificii ante faciem eius quod erat separatum ad boream hecatostas ex utraque parte. c. cubitorum. Et templum interius. 7 vestibula atrii. limina 7 fenestras obliquas 7 circuitus in circuitu per tres partes contra unius cuiusque limen. stratumque ligneum per gyrum in circuitu. Terra autem usque ad fenestras. 7 fenestrae clausae super hostia. 7 usque ad domum interiorem. 7 foris secus per omnem parietem in circuitu intrinsecus. 7 forinsecus ad mensuram. 7 fabrefacta cherubin 7 palmae. 7 palma inter cherub 7 cherub. Duasque facies habebat cherub. faciem hominis ultra palmam ex hac parte. 7 facies leonis ultra palmas. ex alia parte expressam per omnem domum in circuitu. de terra usque ad superiorem partem cherubin. 7 palmae celatae erant in pariete templi. Limen quadrangulum. Et facies sanctuarii. aspectus contra aspectum altaris ligneum. trium cubitorum altitudo eius. 7 longitudo eius duorum cubitorum. Et anguli eius. 7 longitudo eius. 7 parietes eius ligneum. Et locutus est ad me. Haec est mensa coram domino. Et duo hostia erant in templo 7 sanctuario. Et in duobus hostiis. ex utraque parte bina erant hostiola. quae se invicem plicabantur. Bina enim ostia erant ex utraque parte hostiorum. Et celata erant in ipsis hostiis templi cherubin. 7 sculptura palmarum sicut in parietibus quoque expressa erant. Quamobrem erant ex grossioribus lignis in vestibuli fronte foris secus super quae fenestrae obliquae et similitudo palmarum hinc atque inde in humeralibus vestibuli. 7 in lateribus domus. latitudinemque parietum.

XVII

Et eduxit me in atrium exterius. per viam ducentem ad aquilonem. Et introduxit me in gazophylacium. quod erat contra separatum aedificium. 7 contra eadem ingressum ad aquilonem. i facie longitudinis c cubitos hostii aquilonis 7 latitudinis l cubitos. contra xx cubitos



atrij mñoris. ↄ porta pauimentum stratum lapide atrij exteriorís. ubi erant porticus contra porticum triplici. Et ante gazophylacia deambulatio. x cubitor latitudinis. ad interiora respiciebat me cubiti unius. Et hostia earum ad aquilonē ubi erant gazophylacia in superioribs humiliora. quia supportabant porticus que ex illis eminebant de inferioribs de medijs edifitij. Triplega enim erant et non lebant columnas. sicut erant columne atrioꝝ. Propterea eminebant. de inferioribs ↄ de medijs a terra cubitis. l. Et peribolus exñor: fm gazophylacia. que erant in ua atrij exteriorís ante gazophylacia. Longitudo eius. l. cubitorum. qua longitudo erat gazophylacior atrij exteriorís. l. cubitorum. Et longitudo ante faciem templi. c. cubitorum. Et erat subter gazophylacia hec introitus ab oriente ingredientium in ea. de atrio exteriori. in latitudine peribolj atrij quod erat contra uiam orientalem. in faciem edifitij separata. Et erant ante edifitium gazophylacia. ↄ ua ante faciem eorum. uxta similitudinē gazophylacioꝝ. que erant in ua aquilonis. Sm longitudinē eorum. sic ↄ latitudo eorum. Et omnis introitus eorum. ↄ similitudines ↄ hostia eorum. fm hostia gazophylacioꝝ. que erant in ua respicientē ad notum. Hostium in capite uie. que ua erat uestibulum septum. per uiam orientalem ingredientib. Et dixit ad me. Gazophylacia aquilonis. ↄ gazophylacia austri. que sunt ante edifitium separatum. hec sunt gazophylacia sca. in quibs uescuntur sacerdotes qui appropinquant ad dominū in sca scōrum. ibi ponent sca scōrum. ↄ oblationes pro peccato ↄ pro delicto. Locus enim scūs ē. Cum aut ingressi fuerint sacerdotes. non egredientur de scis in atrium exterius. Et ibi reponēt uestimenta sua. in quibs ministrant. qua scā sunt. uestientur qz uestimentis alijs. ↄ sic procedent ad populum. Cū qz complesti mensuras domus interioris. eduxit me per uiam portē que respiciebat ad uiam orientalem. ↄ mensus ē eam undiqz per circuitum. Arundinē ē ante faciem orientalem. calamo mensure. quingentos calamos in calamo mensure per circuitum. Et ingressus ē porta aquilonis. quingentos calamos in calamo mensure per circuitum. Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos. ↄ calamo mensure per circuitum. Et ad ventum occidentalem mensus ē quingentos calamos in calamo mensure. per quatuor ventos mensus ē murum eius undiqz per circuitum. longitudinem quingentor cubitorum. ↄ latitudinem quingentorum cubitorum. diuidentē inter sanctuarium ↄ inter uulgi locum.

XVIII

Et duxit me ad portā que respiciebat ad uiam orientalem. Et ecce gloria dei isrl. ingrediebatur per uiam orientalem. Et uox erat ei quasi uox aquarum multarum. ↄ terra splendebat a maiestate eius. Et uidi uisionem fm speciem quam uiderat quando uenit ut disperderet ciuitatem. Et species fm aspectum quem uiderā iuxta fluuium chobar. Et cecidi super faciē meam. Et maiestas domini ingressa ē templum. per uiam portē que respiciebat ad orientem. Et eleuauit me spūs. ↄ introduxit me in atrium intus. Et ecce repleta ē gloria dei domus. Et audiui loquentem ad me in domo. et uir qui stabat iuxta me dixit ad me. Fili hominis. locus soliū mei. ↄ locus uestigiorum pedum meorum ubi habito in medio filiorum isrl in eternum. Et non polluent ultra domus isrl. nomen sanctum meum. ipsi ↄ reges eorum in fornicationibus suis. ↄ in cunctis regū suorum. ↄ in excelsis. qui fabricati sunt limen suum. iuxta limen meum. ↄ postes suos iuxta postes meos. ↄ murus erat inter me ↄ eos. Et polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus quas fecerunt. propter qd consumpsi eos in ira mea. Nunc ergo repellant procul fornicationem suam. ↄ cunctas regum suorum a me. ↄ habitabo in medio eorum semper. Tu aut fili hominis. ostende domui isrl templum. ↄ confundantur ab iniquitatibus suis. Et mensurent fabricam. ↄ

cubescant et omnibꝰ que fecerunt sculptu
gurum domus et fabrice eius et uasis
in templis. et omnem descriptionē eius
et mensuras preceptū eius. et ritum qꝫ or
dinem eius. et omnes legē eius ostē
de eis. et ceteris eorum. ut custodiant et
omnes descriptiones eius. et preceptū
illius et faciant ea. Ista ē lex domus in
montis excelsi. Omnes fines eius
in circuitu. sancta sanctorum ē. Ecce ē ergo
lex domus. Iste autē mensure altaris.
in cubito uidelicet. qui habebat cubi
tum et palmum. Sinus eius erat cu
bitus. et cubitus in latitudine. et dif
finio eius usqꝫ labium eius. in cir
cuitu palmi unius. Ecce quoqꝫ erit
fossa altaris. et finis terre usqꝫ ad ca
pitem nouissimam duo cubita. et la
titudo unius. Et a carpite minori
usqꝫ ad carpitem maiorē quatuor
cubita. et latitudo unius cubiti. Spē autē
areel quatuor cubitorum. et ab areel usq
ꝫ sursum cornua quatuor. Et areel
erit cubitorum in longitudine per cu
cubitos latitudinis quadrangulatis
equis lateribꝰ. Et carpito erit cubi
torum longitudinis. per cubitos
latitudinis. in quatuor angulis eius
et cornua in circuitu eius. dimidij cu
biti. et fimus eius unius cubiti per cir
cuitum. Gradus autē ueri ad orientē.
et dixit ad me. Fili hominis. hec dicit
dominus deus. Hi sunt ritus altaris.
in quacumqꝫ die fuerit fabricatus. ut
offerant super illud holocaustum. et ef
fundant sanguis. Et dabis sacerdo
tibꝰ leuitis. qui sunt de semine sadoch.
qui accedunt ad me. ait dominus deꝰ.
ut offerant mihi uitulum de armento
pro peccato. Et assumens de sanguine
eius. pones super quatuor cornua eius
et super quatuor angulos carpitonis. et
super coronam in circuitu. et mundabis
illud et expiabis. Et tolles uitulum q
oblatus fuerit pro peccato. et urues illū
in separato loco domus extra sanctuarium.
Et inde secundo offeres hyrcum capri
rum immaculatum pro peccato. et expiabit
altare. sicut expiauerunt in uitulo. Cū
qꝫ expleueris expians illud. offeres in
uitulum de armento immaculatum. et arietem

de grege immaculatum. et offeres eos in
conspectu domini. Et mittent super eos
sacerdotes sal. et offerent eos in holocaus
tum domino. Septem diebꝰ facies
hyrcum pro peccato. cotidie. et uitulus
et arietem de armento et peccoribꝰ immacu
latos offerent. Septem diebꝰ expia
bunt altare. et mundabunt illud. et im
plebunt manum eius. Expletis aut
em diebꝰ in die octauo et ultra. facient
sacerdotes super altare holocausta tua
et que pro pace offerunt. et placatus e
ro uobis. ait dominus deus

XVIII

Et duxit me ad uiam por
te sanctuarij exterioris. que
respiebat orientem. et erat
clausa. Et dixit dominus
ad me. Porta hec clausa erit. et non a
perietur. et uir non transiet per eam. quia
dominus deus israel ingressus ē per eā.
et erit clausa principi. Princeps ipse se
debit in ea. ut comedat panem coram
domino. per uiam uestibuli porte in
gredietur. et per uiam eius egredietur.
Et adduxit me per uiam porte aquilo
nis in conspectu domus. Et uidi. et ecce
implebat gloria domini domum dñi.
Et cecidi in faciem meam. Et dixit
dominus ad me. Fili hominis pone
cor tuum. et oculos tuos. et auribus
tuis audi. omnia quecumqꝫ loquor
ad te. de uniuersis cerimonijs domus
domini. et de uniuersis legibꝰ eius. Et pone
cor tuum in introitu templi. per omnes e
gressus sanctuarij. Et dices ad exasperātē
me domui israel. Hec dicit dominus deus
Sufficiant uobis omnia scelera ue
stra domus israel. eo q̄ introducatis filios alie
ni incircumcisos corde. et incircumcisos car
ne. ut sint in sanctuario meo et polluant domū
meam. Et offerentis panes meos adi
pem et sanguinem. et dissipauerunt pactū
eiectus è. Sed et coꝛ eius cum bestiis po
situm è. et cum onagris erat habitatio ei.
Fenum quoq; ut bos comedebat. et ro
re celi coꝛpus eius infectum è. donec
cognosceret q; potestatem hẽret altissimus
in regno hominum. et quecumq; uoluerit
exaltabit super illud. Tu quoq; fi
lius eius balthasar non humiliasti coꝛ
tuum. cum scires hec omnia. sed aduersus
dñatoꝛem celi eleuatus es. et uasa domꝰ
eius allata sunt coram te. et tu et optima
tes tui. et uxoꝛes tue et concubine tue. uinũ
bibistis in eis. Deos quoq; argenteos et
aureos et eneos et ferreos. ligneos q; et lapi
deos. qui non uidentur nec audiunt. nec
sentiunt laudasti. Deum autem qui hẽt
flatum tuum in manu sua et omnes ui
as non glificasti. Idcirco ab eo missus
è articulus manus que scripsit hec qđ
exaratum è. Hec è aut scriptura que di
gesta è. Mane. thecel. phares. Et hꝰ
est interpretatio sermonis. Mane nu
merauit deus regnum tuum. et ꝑfecit
illud. Thecel. appensus es in statera. et
inuentus es minus hẽns. Phares. di
uisum è regnum tuum. et datum è medi
et persis. Tunc iubente rege. indutus è
daniel purpura. et circumdata è toꝛque
aurea collo eius. et predicatum è de eo q
hĩet potestatem tertius in regno eius. Eã
dem nocte interfectus è balthasar rex
chaldeus. et darius medus successit in re
gnum. annos natus sexaginta duos.

Placuit dario ꝯstituere super regnum sat
pas. ccc. ut essent in toto regno
suo. et super eos principes a
quoꝝ. ex quibus daniel unus erat. ut sat
pe illi redderent rationem. et rex nõ sustĩ
neret molestiam. Igitur daniel superabat omnes principes et satrapas. quia
spūs dei amplioꝛ erat in eo. Quod rex
cogitabat eum constituere super omne regnum.
Unde principes et satrape querebant occa
sionem ut inuenirent damnum ex latere
regis. Nullamq; causam et suspitionem
reperire potuerunt. eo q; fidelis esset. et o
culpa et suspitio non inuenirentur in eo.
Dixerunt ergo uiri illi. Non inuenie
mus damnum hunc aliquam occasionem. nisi
forte in lege dei sui. Tunc principes et
satrape subrepserunt regi. et sic locuti
sunt. Dari rex in eternum uiue. Consilium
inierunt omnes principes regni tui ma
gistratus et satrape. senatoꝛes et iudices.
ut decretum imperatoꝛium erigat et edẽ
tur omnis qui petierit aliquam petitionem
a quocũq; deo. uel homine usq; ad xxx
dies. nisi a te rex. mittatur in lacum leo
num. Nunc itaq; rex ꝓfirma sententiam.
et scribe decretum. ut nõ immutetur. quod





statuam ē a medis atq; persis. nec prevaricari cuiq; licear. Dono rex darius proposuit edictum r statuit. Q cum ī daniel ꝑsist. i. ostinatam legem. migrasset ē domum suam. r fenestris apertis in cenaculo suo ꝯra ierusalim tribus ꝑcibus flectebat in die genua sua. r adorabat confitebaturq; coram deo suo. sicut r ante facere ꝯsueuerat. Virgines illi curiosius inquirentes. inuenerunt danielē orantem. r obsecrantem deum suum Et accedentes. locuti sunt regi super edicto. Rex nunquid non ostantisti ut omnis homo qui rogaret quicq; de dijs r hominibꝫ usq; ad dies xxx. nisi te rex. mitteretur in lacum leonū? Ad quæ respondens rex ait. Verus ē sermo iuxta decretum medorum atq; persarum. quod prevaricari non licet. Tunc respondentes dixerunt coram rege. Daniel de filijs captiuitatis iude non curauit de lege tua. r de edicto quod ostantisti. sed tribus ꝑcibus per diem orat obsecrationē suā. Quod ubi audisset rex satis contristatus ē. Et pro daniele apposuit cor ut liberaret eum. r usq; ad occasum solis laborabat ut eueniret illi. Viri aut illi intelligentes regem. dixerunt ei. Scito rex. quia rex medorum ē atq; persarum. ut omne decretum quod ostantuerit rex. non liceat immutari. Tunc rex precepit. r adducerunt danielem r miserunt eum in lacum leonum. Dixitq; rex daniel. Deus tuus quem colis sempᵉ liberabit te. Allatusq; ē lapis unus r positus ē super os laci. Quem obsignauit rex anulo suo. r anulo optimatum suorum. ne quid fieret contra danielem. Et abiit rex in domum suam. r dormiuit incenatus. cibiq; non sunt allati coram eo. Insuper r somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo consurgens. festinus ad lacum leonum perrexit. Appropinquansq; lacui. daniel uoce lacrimabili inclamauit. r affatus ē eum. Daniel seruꝰ dei uiuēs. deus tuus cui tu seruis semper. putasne ualuit te liberare a leonibꝫ. Et daniel regi respondens ait. Rex in eternum uiue. Deus meus misit angelū suū r exclusit ora leonum. r non nocuerunt michi. quia coram eo iustitia inuenta ē in me. Sed r coram te rex delictum non feci. Tunc rex ualde contristatus gauisus ē super eum. r danielem precepit educi de lacu. Eductusq; ē daniel de lacu. r nulla lesio inuenta ē in eo. quia credidit deo suo. Iubente aut rege adducti sunt uiri illi qui accusauerunt danielem. r illi cum leonum missi sunt. ipi r filij r uxores eorum. Et non peruenerunt ad imum usq; ad pauimentum laci. donec arripuerunt eos leones. r omnia ossa eorum comminuerunt. Tunc rex darius scripsit uniuersis populis. tribubus r linguis habitantibus in uniuersa terra. Pax uobis multiplicetur. Ame ostantium ē decernere. ut in uniuerso imperio meo r regno tremiscant r pauescant deum daniel. Ipe enim ē deus uiuens. r ēnus in secula. r regnum eius non dissipabitur. r potestas eius usq; in eternum. Ipe ē liberator atq; saluator. faciens signa r mirabilia in celo r in terra. qui liberauit danielem de lacu leonum. Igitur daniel perseuerauit usq; ad regnum darij. regnum q; cyri persē

Anno primo Balthasar regis babylonis daniel somnium uidit. Visio aut capitis eius in cubili suo. Et somnium scribens breui sermone ꝓtexuit. summamq; pertransigere ait. Videbam in uisione mea nocte. r ecce quatuor uenti celi pugnabant in mari magno. r quatuor bestie grandes ascendebant de mari diuersę inter se. Prima quasi leæna r alas habebat aquile. Aspiciebam donec alę illius sunt ablate. r sublata est de terra. Et super pedes quasi homo stetit. r cor ei datum ē. Et ecce bestia alia similis urso. in parte steterat r tres ordines erant in ore eius r in dentibus eius. Et sic dicebant ei. Surge comede carnes plurimas. Post hec aspiciebam. r ecce alia quasi pardus. r alas habebat quatuor sup se. r capita quatuor erant in bestia. r potestas data ē ei. Post hec aspiciebam in uisione nocte. r ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis. r fortis nimis. Dentes

PRO FETE

ferreos hẽbat magnos. comedẽs atq; ꝯminuens. ꝛ reliqua pedib⁹ suis ꝯculcans. Dissimilis aut̃ erat ceteis bestijs quas uidẽram ante eam. Et hẽbat cornua decem. Considerabam cornua. ꝛ ecce aliud cornu paruulum oriri de medio eorum: ꝛ tria de cornib⁹ primis euulsa fuisse a facie eius. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto. ꝛ os loquens grandia. Aspiciebam donec throni positi sunt: ꝛ antiquus dierum sedit. Vestimentum eius quasi nix candidum. ꝛ capilli capitis eius quasi lana munda. Thronus eius flamme ignis. Rote eius ignis accensus. Fluuius ignis rapidus egrediebatur a facie eius. Milia milium ministrabant ei. ꝛ decies milies centena milia assistebant ei. Iudicium sedit. ꝛ libri aperti sunt. Aspiciebam propter uocem sermonum grandium quos cornu illud loquebatur. Et uidi quoniam interficta esset bestia. ꝛ perisse corpus eius. ꝛ traditum esse ad ꝯburendum igni. Aliarum quoq; bestiarum ablata esset potestas. ꝛ tempora uite constituta essent eis usq; ad tempus ꝛ tempus. Aspiciebam ergo in uisione noctis. ꝛ ecce cum nubib⁹ celi. quasi filius hominis ueniebat. Et usq; ad antiquum dierum peruenit. ꝛ in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit potestatem ꝛ honorem ꝛ regnum. ꝛ omnes populi tribus ꝛ lingue ipi seruient. Potestas eius potestas eterna. que non auferetur. ꝛ regnum eius quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus. Ego daniel territus sum in hijs. ꝛ uisiones capitis mei conturbauerunt me. Accessi ad unum de assistentib⁹. ꝛ ueritatem querebam ab eo de omnib⁹ his. Quod dixit mihi. ꝛ interpretationem sermonum. ꝛ docuit me. Hee bestie magne quatuor. quatuor regna sunt. que surgent de terra. Suscipient aut̃ regnum sancti dei altissimi. ꝛ obtinebunt regnum usq; in seculum. ꝛ in seculum seculorum. Post hec uolui diligẽter discere de bestia quarta. que erat dissimilis ualde ab omnib⁹. ꝛ terribilis nimis. Dentes ꝛ ungues eius ferrei. Comedebat ꝛ ꝯminuebat. ꝛ reliqua pedib⁹ suis ꝯculcabat. Et de cornib⁹ x. que hẽbat in capite. ꝛ de alio quod ortum fuerat. anteqũ ceciderant tria cornua. ꝛ de cornu illo quod hẽbat oculos. ꝛ os loquens grandia. ꝛ maius erat ceteris. Aspiciebam ꝛ ecce cornu illud faciebat bellum aduersus scos. ꝛ preualebat eis. donec uenit antiquus dierum. ꝛ iudicium dedit scis excelsi. Et tps aduenit. ꝛ regnum obtinuerunt sci. Et sic ait. Bestia quarta. regnum quartum erit in terra. qd̃ maius erit omnib⁹ regnis. ꝛ deuorabit uniuersam terram. ꝛ conculcabit ꝛ ꝯminuet eam. Decem cornua. x. tpis regni. x. reges erunt. Et alius ꝯsurget post eos. ꝛ ipse potentior erit priorib⁹. ꝛ tres reges humiliabit. Et simones ꝯtra excelsum loquet̃. ꝛ sctos altissimi ꝯteret. ꝛ putabit q; possit mutare tpa ꝛ leges. Et tradentur in manu eius usq; ad tempus ꝛ tpa. ꝛ dimidium tpis. Et iudicium sedebit. ut auferatur potestas. ꝛ conteratur ꝛ disperdatur usq; in finem. regnum aut̃ ꝛ potestas. ꝛ magnitudo regni. que sub toto celo. ꝛ detur populo sctorum altissimi. cuius regnum regnum sempiternum. ꝛ omnes reges seruient ei. ꝛ obedient. Huc usq; finis uerbi. Ego daniel. multum cogitationib⁹ meis conturbabar. ꝛ facies mea mutata. in me. Verbum aut̃ in corde meo conseruaui.

VIII

In anno tercio regni balthasar regis. uisio apparuit mihi. Ego daniel. post id quod uidi primum in principio. uidi in uisione mea. cum eem in susis castro. qd̃ est in elam regione. Vidi aut̃ in uisione. ꝛ ego eram super portam ulai. ꝛ eleuaui oculos meos. ꝛ uidi. Et ecce aries unus stabat ante paludem. habens cornua excelsa. ꝛ unum excelsius altero. atq; succrescens. Postea uidi arietem cornibus uentilantem ad occidentem. ꝛ ad aquilonem. ꝛ ad meridiem. ꝛ omnes bestie non poterant resistere ei. nec liberare de manibus eius. Feciq; sm uoluntatem suam. ꝛ magnificatus est. Et ego intelligebam. Ecce aut̃ hircus caprarum ueniebat ab occidente. super faciem totius terre. ꝛ non tangebat terram. Porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. ꝛ uenit usq; ad arietem illum cornutum quem uideram stantem ante portam. ꝛ cucurrit ad eum in impetu fortitudinis sue. Cumq;

DANIEL

appropinquasset prope ariete. et omnium
duo cornua eius. et non poterat aries re
sistere ei. Cumq; misisset eum in terra.
calcauit et nemo quibat liberare arietē
de manu eius. Hircus aut caprarum.
magnus fuit ē nimis. Cumq; creuis
set. fractum ē cornu magnum. et orta sunt
cornua cornua subter illud. per quatuor
uentos celi. De uno autē ex eis. egressus
ē cornu unum modicum. et factum ē gran
de contra meridiem. et contra orientē et contra
fortitudinem. Et magnificatum ē usq;
ad fortitudinē celi. et deiecit de fortitu
dine. et de stellis. et calcauit eas. Et usq;
ad principem fortitudinis magnificatus
ē. et ab eo tulit iuge sacrificium. et deiecit
locum sanctificationis eius. Hostia autē
data ē contra iuge sacrificium. propter pecca.
Et proiecerunt ueritatis in terra. et fece
et prosperabitur. Et audiui unum de sanc
tis loquentem. Et dixit unus sanctus alteri.
nescio cui loquens. Usq; quo uisio. et iu
ge sacrificium et peccatum desolationis
que facta ē. et sanctuarium et fortitudo calca
bitur. Et dixit ei. Usq; ad uesperam et
mane dies mille trecenti. et mundabitur
sanctuarium. Factum ē autē cum uiderē ego
daniel uisionem. et quererē intelligentiā.
ecce stetit contra aspectum meum quasi species
uiri. Et audiui uocem uiri inter ulai.
et clamauit et ait. Gabriel fac intelligere
istum uisionem. et uenit et stetit iuxta ubi
ego stabam. Cumq; uenisset. pauefactus
corui in faciem meam. Et dixit ad me. Ani
intelligere fili hominis. quia in tempore finis
oportebit uisio. Cumq; loqueretur ad
me. obstupui pronus in terram. Et
tetigit me. et stare fecit me in gradu meo.
Dixitq; mihi. Ecce ostendam tibi quæ
futura sunt in nouissimo maledictionis
quia adhuc tempus finem habet. Aries quem
uidisti habens cornua. rex medorum et aspe
rarum. Porro hircus caprarum rex
grecorum ē. Et cornu grande quod erat
inter oculos eius. ipse ē rex primus. Con
tra autē fracto illo surrexerunt quatuor. pro
eo. quatuor reges de gente eius consurget.
sed non in fortitudine eius. Et post regnum
eorum. cum creuerint iniquitates. con
surget rex impudens facie. et intelligens
propositiones. Et roborabitur fortitu

do eius. sed non in uiribus suis. Et supra
quam credi potest uniuersa uastabit. et pro
sperabitur et faciet. Et interficiet robu
stos. et populum sanctorum secundum uoluntatem
suam. et dirigetur dolus in manu eius.
Et cor suum magnificabit. et in copia
rerum omnium occidet plurimos. et contra
principem principum consurget. et sine ma
manu conteretur. Et uisio uespere et ma
ne que dicta ē uera ē. Tu ergo signa ui
sionem. quia post dies multos erit. Et
ego daniel langui et egrotaui per dies.
Cumq; surrexissem faciebam opera re
gis. et stupebam ad uisionem. et non erat
qui interpretaretur.

Anno primo regni

In anno primo regni Baltasar de semine medorum.
qui imperauit super regnum
chaldeorum. Anno uno regni
eius ego daniel intellexi in libris nume
rum annorum. de quo factus ē sermo dñi
ad ieremiam prophetam. ut impleerentur
desolationis ierusalem. lxx. anni. Et posui
faciem meam ad dominum deum. ro
gare et deprecarem ieiunio sacco et cine.
Et oraui dominum deum meum. et con
fessus sum et dixi. Obsecro domine
deus magne et terribilis. custodiens
pactum et misericordiam diligentibus te. et custo
dientibus mandata tua. peccauimus iniqui
tatem fecimus. impie egimus. et recessi
mus et declinauimus a mandatis tuis
ac iudiciis. Non obediuimus seruis tuis
prophetis tuis. qui locuti sunt in nomi
ne tuo. regibus nostris principibus nostris pa
tribus nostris. omnique populo terre. Tibi domi
ne iustitia. nobis autē confusio faciei. sicut
est hodie uiro iuda. habitatoribus ierusalem. et
omni isrl. his qui prope sunt. et his qui
procul in uniuersis terris. ad quas ei
ecisti eos. propter iniquitates eorum in
quibus peccauerunt in te domine. Nobis
autē confusio faciei regibus nostris. principi
bus nostris et patribus nostris qui peccauerunt.
Tibi autē domino deo nostro. misericordia et pro
pitiatio. Quia recessimus a te. et non
audiuimus uocem domini dei nostri. ut
ambularemus in lege eius. quam pro
posuit nobis per seruos suos prophetas.
Et omnis isrl. preuaricati sunt legem
tuam. et declinauerunt ne audirent uo

ceim tuam. Et sibilauit sup̃ nos male
dicto 7 detestatio que scripta ẽ in libro
moysi serui dei. quia peccauimus ei. 7
statuit sermones suos quos locutus est
sup̃ nos. 7 sup̃ principes nr̃os. qui iu
dicauerunt nos. ut sup̃ induceret in
nos magnum malum. quale nunq̃ fa
ctum sub omni celo. sm q̃ factum ẽ in ierlm.
sicut scriptum ẽ in lege moysi. Omne
malum hoc uenit sup̃ nos. 7 non ro
gauimus faciem tuam dñe deus nr.
ut reuerteremur ab iniquitatibus nr̃is.
7 cogitaremus ueritatem tuam. Et ui
gilauit dominus sup̃ malitiam. 7 ad
duxit eam sup̃ nos. Iustus dominus
deus nr̃ in omnibus operibus suis que fe
cit. Non enim audiuimus uocem eius.
Et nunc domine deus nr̃. qui eduxisti
populum tuum de terra egypti in manu
forti. 7 fecisti tibi nomen sm diem hanc.
peccauimus iniquitatẽ fecimus domi
ne omnẽ iustitiam tuam. Auertatur ob
secro ira tua. 7 furor tuus a ciuitate tua
ierlm. 7 a monte scō tuo. Propter enim
peccata nra. 7 iniquitates patrum nrorum
ierlm. 7 populus tuus in obprobrium
sunt omnibus per circuitum nrum. Nunc
ergo exaudi domine deus nr̃ oronem
serui tui. 7 preces eius. 7 ostende faciem tuã
sup̃ sanctuarium tuum quod desertum ẽ.
Propter te metipm inclina domine deus
meus aurem tuam. 7 audi. Aperi oculos
tuos 7 uide desolationẽ nr̃am. 7 ciuitatẽ
sup̃ quam inuocatum ẽ nomen tuum.
Neq; enim in iustificationibus nr̃is prosti
nimus preces ante faciem tuam. sed in
miserationibus tuis multas. Exaudi dñe.
placare domine. attende 7 fac. Ne mo
reris propter te metipm deus meus. quia
nomen tuum inuocatum ẽ sup̃ ciuita
tem. 7 sup̃ populum tuum. Quis adhuc
loquente me 7 orante. 7 confitente peccata mea 7
peccata populi mei isrl. ut prosternerem
preces meas in conspectu dei mei. pro mon
te scō dei mei. adhuc me loquente in
oratione. ecce uir gabriel. quem uiderã
in uisione a principio cito uolans tetigit me in tpore sacrificii uespertini. 7 do
cuit me 7 locutus ẽ mihi. dixitq;. Da
niel. nunc ego egressus sum ut docerẽ
te. 7 intelligeres ab exordio precũ tuar.
egressus ẽ sermo. Ego autẽ uenio ut indi
cem tibi. quia uir desideriorũ es. Tu
aut animaduerte sermonem. 7 intellige ui
sionem. Septuaginta ebdomades abbre
uiate sunt sup̃ populum tuum. 7 sup̃
ciuitatem sanctam tuam. ut consumetur preuaricatio 7
finem accipiat peccatum. 7 deleatur iniqui
tas. 7 adducatur iustitia sempiterna. 7 im
pleatur uisio 7 prophetia. 7 ungatur sanc
tus sanctorum. Scito ergo 7 animaduerte. Ab exi
tu sermonis. ut iterum edificetur ierlm
usq; ad xp̃m ducem. ebdomades vii. 7
ebdomades lxii. erunt. 7 rursum edifi
cabitur platea 7 murus in angustia temporum.
Et post ebdomades lxii occidetur xp̃us.
7 non erit eius populus. qui eum negan
tes est. Et ciuitatem 7 sanctuarium dissi
pabit populus. cum duce uenturo. Et
finis eius uastitas. 7 post finem belli. 7
statuta desolatio. Confirmabit autem
pactum multis. ebdomadas una. Et in
dimidio ebdomadis. deficiet hostia et
sacrificium. 7 in templo erit abhominatio
desolationis. 7 usq; ad consummationem 7
finem perseuerabit desolatio.

In anno tertio cyri regis per
sarum. uerbum reuelatum est
danielis cognomento baltassar.
Et uerbum uerum 7 fortitu
do magna. Intellexitq; sermonem. Intel
ligentia est enim opus in uisione. In die
bus illis. ego daniel lugebam trium ebdo
madarum dierum. Panem desiderabilem
non comedi. 7 caro 7 uinum non introie
runt in os meum. sed nec unguento unctus
sum. donec complerentur trium ebdoma
darum dies. Die autem uicesima quarta
mensis primi eram iuxta fluuium magnũ
qui est tigris. Et leuaui oculos meos 7
uidi. et ecce uir unus uestitus lineis. 7
renes eius accincti auro obrizo. 7 corpus
eius quasi crisolitus. 7 facies eius uelut
species fulguris. 7 oculi eius ut lampas ar
dens. 7 brachia eius. 7 que deorsum usq;
ad pedes. quasi species eris candentis. 7 uox
sermonum eius ut uox multitudinis. Vi
di aut ego daniel solus uisionem. Por
ro uiri qui erant mecum non uiderunt.
sed terror nimius ruit sup̃ eos. 7 fugerũt
in abscondituum. Ego autem relictus solus
uidi uisionem grandem hanc. Et non



remansit in me fortitudo. & species mea immutata est in me. & nequaquam nec habui quicquam virium. Et audivi vocem sermonis ejus. & audiens jacebam pronus in terram meam. vultusque meus herebat terre. Et ecce manus tetigit me. & erexit me super genua mea. & super articulos manuum mearum. Et dixit ad me. Daniel vir desideriorum. intelligi verba que ego loquor ad te. & sta in gradu tuo. Nunc enim ad te missus sum. Cumque diceret michi sermonem istum. steti tremens. Et ait ad me. Noli metuere Daniel. quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum. ut te affligeres in conspectu dei tui. exaudita sunt verba tua. & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni persarum. restitit michi xxi uno die. Et ecce michael unus de principibus primis venit in adjutorium mihi. & ego remansi ibi juxta regem persarum. Venio autem ut docerem te. que ventura sint populo tuo in novissimis diebus. quoniam adhuc visio in dies. Cumque loqueretur michi hujusce modi verbis. dejecti vultum meum ad terram & tacui. Et ecce quasi similitudo filii hominis tetigit labia mea. Et aperiens os meum locutus sum. & dixi ad eum qui stabat coram me. Domine mi in visione tua dissolute sunt compages mee. & nichil in me remansit virium. Et quomodo potest servus domini mei loqui cum domino meo. cum nichil in me remanserit virium. sed & halitus meus intercluditur. Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis. & confortavit me. & dixit. Noli timere vir desideriorum. pax tibi. Confortare et esto robustus. Cumque loqueretur mecum. convalui & dixi. Loquere domine mi qui confortasti me. Et ait. Numquid scis quare venerim ad te. Et nunc revertar ut prelier adversus principem persarum. Cum enim egrederer. apparuit princeps grecorum veniens. Verumtamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis. Et nemo est adjutor meus in omnibus his nisi michael princeps vester.

XII

Ego autem ab anno primo darii medi stabam ut confortarem & roborarem eum. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in persida. & quartus ditabitur opibus nimis super omnes. Et cum invaluerit divitiis suis. excitabit omnes adversum regnum grecie. Surget vero rex fortis. & dominabitur potestate multa. & faciet quod placuerit ei. Et statim ut steterit. conteretur regnum ejus. & dividetur in quatuor ventos celi. sed non in posteros ejus. nec secundum potentiam illius qui dominatus est. Lacerabitur enim regnum ejus etiam in extraneos. exceptis his. Et confortabitur rex austri. & de principibus ejus prevalebit super eum. & dominabitur ditione. Multa enim dominatio illius. & post finem annorum federabitur. Filiaque regis austri. veniet ad regem aquilonis facere amicitiam. Et non obtinebit fortitudinem brachii. nec stabit semen ejus. Et tradetur ipsa & qui adduxerunt eam adolescentes ejus. & qui confortabant eam in temporibus. Et stabit de germine radicum ejus plantatio. Et veniet cum exercitu. & ingredietur provinciam regis aquilonis. & abutetur eis. & obtinebit insuper. & deos eorum et sculptilia. vasa quoque preciosa argenti & auri captiva ducet in egyptum. ipse per annos aliquot stabit adversus regem aquilonis. Et intrabit in regnum regis austri. & revertetur ad terram suam. Filii autem ejus provocabuntur. & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum. Et veniens properans. & inundans. Et revertetur. & excitabitur. & congredietur cum robore ejus. Et provocatus rex austri. egredietur. & pugnabit adversus regem aquilonis. & preparabit multitudinem ingentem. Et dabitur multitudo in manu ejus. & capiet multitudinem. & exaltabitur cor ejus. & deicet multa milia. sed non prevalebit. Convertetur enim rex aquilonis. & preparabit multitudinem multo majorem quam prius. Et in fine temporum annorum quorundam veniet properans cum exercitu magno. & opibus nimis. Et in temporibus illis multi consurgent adversus regem austri. Filii quoque prevaricatores populi tui extollentur ut impleant visionem & corruent. Et veniet rex aquilonis. & congregabit aggerem & capiet urbes munitissimas. & brachia austri non sustinebunt. Et consurgent electi ejus ad resistendum. & non erit



fortitudo. Et faciet uoluntatem suam: et
uirtus placitum suum: et non erit qui stet
contra faciem eius. et stabit in terra inclita.
et consumetur in manu eius. Et ponet
faciem suam ut ueniat ad tenendum
uniuersum regnum eius: et recta faci
et cum eo. Et filiam feminarum dabit
ei ut euertat illum. et non stabit nec il
lius erit. Et ponet faciem suam ad in
sulas et capiet multas. et cessare faciet a
principem obprobrii sui. et obprobrium
eius auertet in eum. Et auertet fa
ciem suam ad impetum terre. et impinget
et corruet. et non inuenietur. Et stabit
in loco eius uilissimus et indignus de
core regio. et in paucis diebus conteretur. et
non in furore nec in prelio. Et stabit
in loco eius despectus. et non tribuent
ei honorem regis. Et ueniet clam. et ob
tinebit regnum in fraudulentia. et bra
chia pugnantis expugnabuntur a fa
cie eius. et conterentur. insuper et dux foederis
Et post amicitias cum eo faciet dolum.
et ascendet et superabit in modico populo.
et ditissimos et urbes ingredietur
et faciet que non fecerunt patres eius. et pa
tres patrum eius. Rapinas et predam. et
diuitias eorum dissipabit. et contra firmis
simas cogitationes inibit. et hoc usque ad
tempus. Et excitabitur fortitudo eius et cor
eius aduersus regem austri in exercitu
magno. Et rex austri prouocabitur ad
bellum multus auxilio et fortibus ni
mis. et non stabunt. quia ineuntur ad
uersus eum consilia. Et comedentes pa
nem eius conterent illum. et exercitus
eius opprimetur. et cadent interfecti ex
plurimi. Duorum quoque regum cor
erit ut malefaciant. Et ad mensam unam
mendacium loquentur. et non proficient.
quia adhuc finis in alium tempus. Et re
uertetur in terram suam cum opibus
multis. et cor eius aduersum testamentum
sanctum. et faciet et reuertetur in terram suam.
Statuto tempore reuertetur et ueniet ad
austrum. et non erit prior simile nouis
simo. Et uenient super eum trieres et
romani. et percutietur. Et reuertetur
et indignabitur contra testamentum sanctum
et faciet. Reuertetur quoque et cogitabit ad
uersus eos qui dereliquerunt testa
mentum

sanctum. Et brachia ex eo stabunt. et
polluent sanctuarium fortitudinis. et au
ferent iuge sacrificium. et dabunt ab
hominationem in desolationem. Et impie
in testamentum simulabit fraudulenter.
populus autem sciens deum suum. obti
nebit et faciet. Et docti in populo docebit
plurimos. et ruent in gladio et in flamma. et
captiuitate et in rapinam dierum. Cum
corruerint subleuabuntur auxilio paruulo.
et applicabuntur eis plurimi fraudulenter.
Et de eruditis ruent ut conflentur et elu
gantur. et dealbentur usque ad tempus pre
finitum. quia adhuc aliud tempus erit.
Et faciet iuxta uoluntatem suam rex. et
eleuabitur et magnificabitur aduersus
omnem deum. et aduersum deum deorum
loquetur magnifica. et dirigetur donec
impleatur indignatio. perficitur enim
difficinato. Et deum patrum suorum non
reputabit. et erit in concupiscentia femi
narum. nec quemquam deorum cognoscet. quia ad
uersus uniuersa magnificabitur. Deum autem
honorabit in loco suo uenerabitur. et deum
quem ignorauerunt patres eius colet auro
et argento et lapide pretioso rebusque pulcris.
Et faciet ut muniat honorabit cum deo a
lieno quem cognouit. Et multiplicabit
gloriam. et dabit eis potestatem in multis. et
terram diuidet gratuito. Et in tempore pre
finito preliabitur aduersus eum rex au
stri. et quasi tempestas ueniet contra illum
rex aquilonis. in curribus et equitibus et in
classe magna. Et ingredietur terras et
conteret et pertransiet. et mouebit in eam
gloriosam. et multe corruent. Hec autem sole
saluabuntur de manu eius. edom et
moab. et principium filiorum ammon.
Et mittet manum suam in terras. et ter
egipti non effugiet. Et dominabitur the
saurorum auri et argenti. et omnibus pre
tiosis egipti. Per libiam quoque et ethiopi
am transibit. Et fama turbabit eum
ab oriente et ab aquilone. et ueniet in
multitudine magna. ut conterat et in
terficiat plurimos. Et figet tabernacu
lum apadno inter maria super montem sanc
tum et excelsum. Et ueniet usque ad summitatem
eius. et nemo auxiliabitur ei.

CAPVT XII

In tempore autem illo consurget mi
chael princeps magnus. qui

stat pro filiis populi tui. Et uenient tps
quale non fuit ab eo ex quo gentes cē
ceperunt. usq; ad tpus illud. Et in tpe
illo saluabitur populus tuus. omnis
qui inuentus fuerit in libro. et multi de
bis qui dormiunt in terre pulueris exgi
labunt. alii in uitam eternam. alii in ob
probrium ut uideant semper. Qui au
tem docti fuerint fulgebunt quasi splendo
ris firmamēti. et qui ad iustitiam erudiunt
multos. quasi stelle in perpetuas eter
nitates. Tu aut daniel. claude sermones
et signa libruꝫ. usq; ad tpus statutum.
Pertransibunt plurimi. et multiplex erit
scia. Et uidi ego daniel. et ecce alii
duo alii stabant. unus hinc super ri
pam fluminis. et alius inde ex altera ri
pa fluminis. Et dixi uiro qui indutus
erat lineis. qui stabat supra aquas flu
minis. Usq; quo finis horum mirabili
um? Et audiui uirum qui indutus erat
lineis. qui stabat supra aquas fluminis.
cum eleuasset dexteram et sinistram suas
in celum. et iurasset per uiuentē in eternuꝫ.
quia in tpus et tpora et dimidium tpus.
Et cum completa fuerit dispersio manus
populi sci complebuntur uniuersa hec. Et
ego audiui et non intellexi. Et dixi. Do
mine mi quid erit post hec? Et ait. Va
de daniel quia clausi sunt signanturq; sermo
nes. usq; ad tempus prefinitum. Eligē
tur et dealbabuntur. et quasi ignis proba
buntur multi. et impie agent impii. Nec
intelligent omnes impii. Docti uero in
telligent. Et a tpe cum ablatum fuerit
iugē sacrificium. et posita fuerit abhoiatio
in desolationem. dies mille ducenti no
naginta. Beatus qui expectat. et peruenerit
ad dies mille. trecentos xxxv. Tu aut
daniel uade usq; ad prefinitum et requi
esces. et stabis in sorte tua in fine dierum.

Hucusq; daniele in hebreo uolumine
legimus. cetera que sequuntur usq; ad fi
nem libri de theodotionis editione trāsla
tata sunt.

Erat uir habitans in babilone. et nomē
eius ioachim. Et accepit uxorem nomine susannam
filiam helchie. pulchram nimis. et timē
tem deum. Parentes enim illius cū essent
iusti. erudierunt filiam suam sm leges
moysi. Erat aut ioachim diues ualde.
et erat ei pomerium uicinum domui sue.
Et ad ipm confluebant iudei. eo q; esset
honorabilior omnium. Et assumpti sunt duo
seniores iudices in anno illo. de quibus lo
cutus est dominus. quia egressa est iniqui
tas de babylone a senibus iudicibus qui
uidebantur regere populum. Isti frequē
tabant domum ioachim. et ueniebant
ad eos omnes qui habebant iudicia. Cū
aut populus reuertisset post meridiem
ingrediebatur susanna. et deambulabat i
n pomerio uiri sui. Et uidebant eam
seniores condie ingredientē. et deambulā
tem. et exarserunt in cupiscentia eius.
Et euerterunt sensum suum. et declinā
uerunt oculos suos. ut non uiderent
celum. neq; recordarentur iudiciorum iu
storum. Et erant ambo uulnerati in
amore ipius. nec indicauerunt sibi ui
cissim dolorem suum. Erubescebat enim
indicare sibi cupiscentia suam. uolen
tes coire cum ea. Et obseruabant co
die sollicitius uidere eam. Dixerq; alter
ad alterum. Eamus domū. quia prandij
hora est. Et egressi recesserunt a se. Cumq;
reuertissent. uenerunt in unum. Et in
terrogantes ab inuicē causam. confessi sunt cō
cupiscentiam suam. Et tunc in cōmuni statue
runt tpus. qū eam possent inuenire
solam. Erat autē cum obseruaret die
aptum. ingressa est aliquanto sicut here.
et unus comes. cum duabus solis pu
ellis. uoluitq; lauari in pomerio. Estu
quippe erat. Et non erat ibi quisq; preter
duos senes absconditos contemplantes e
am. Dixit ergo puellis. Afferte michi
oleum et unguenta. et hostia pomerij. ut
claudite ut lauer. Et fecerunt sicut pre
ceperat. Clauserunt hostia pomerij.
et egressē sunt per posticum. ut afferrēt
que iusserat. Nesciebantq; seniores intus
esse absconditos. Cum aut egressē essent
puelle. surrexerunt duo senes et accur
rerunt ad eam. et dixerunt. Ecce hostia
pomerij clausa sunt. et nemo nos uidet.
et cupiscentia tui sumus. Quā ob rem
assentire nobis. et commisce nobiscum.
Q; si nolueris. dicemus testimonium
contra te. q; fuerit tecum iuuenis. et ob
hanc causam emiseris puellas a te. Ingre



muit ſuſanna. ꝛait. Angustie michi ſunt undiqꝫ. Si enim hec egerit mors michi ē. ſi aut̄ non egerit. non effugiam manus uīas. Sꝫ melius ē michi absqꝫ opere incidere in manus uīas q̄ꝫ peccare in ꝯſpectu dñi. Et exclamauit uoce magna ſuſanna. Exclamauerunt aut̄ ſenes aduersus ea. Et cucurrit unus ꝛaperuit ostium pomerij. Cum aut̄ audiſſent clamorem in pomerio famuli domus. irruerunt p poſticum. ut uiderent quidnam eſſet. Poſtq aut̄ ſenes locuti ſunt. erubuerūt ſui uelexīter. quia nunq dictus fuāt ſermo huiuſcemodi de ſuſanna. Et fuit ē dies crastina. Cumq uenſſ ppli ad uirum eius ioachim. uenerunt et duo presbiteri plem iniqua cogitatōe aduersus ſuſannam. ut interficerent eam. Et dixerunt coram populo. Mittite ad ſuſannā filiam helchie. uxorē ioachim. Et ſtatim miſerunt. Et uenit cum parentib ꝛ filijs. ꝛ uniuersis cognatis ſuis. Erat aut̄ ſuſanna erat delicta nimis. ꝛ pulchra facie. Ac iniqui illi iuſſerunt ut diſcoperiretur. erat enim cooperta. ut uel ſic ſaturarentur decore eius. Flebant igitur ſui. ꝛ omnes qui nouerant eam. Conſurgentes aut̄ duo presbiteri in medio populi. poſuerūt manus ſuper caput eius. Que flens ſuſpexit ad celum. Erat enim cor eius fiduciam hēns in domino. Et dixerūt presbiteri. Cum deambularemus in pomerio ſoli. ingreſſa ē hec cum duabus puellis. ꝛ clauſit oſtia pomerij. ꝛ dimiſit puellas. Venitq ad eam adoleſcēs. qui erat abſconditus. ꝛ cubuit cum ea. Porro nos cum ēemus in angulo pomerij uidentes iniquitatē eius. cucurrimus ad eos. ꝛ uidimus eos pariter cōmiſceri. Et illum quidem nequiuimus ꝓhendere. quia fortior nobis erat. ꝛ aperiens oſtium exiluit. Hanc aut̄ cum apprehendiſſemus. interrogauimus quis nam eſſet adoleſcens. ꝛ noluit indicare nobis. huiꝰ rei teſtes ſumus. Credidit eis multitudo quaſi ſenoribꝫ populi ꝛ iudicibꝫ. ꝛ damnauerunt eam ad mortē. Exclamauit aut̄ uoce magna ſuſanna. ꝛ dixit. Deus eterne qui abſconditor es cog

tor. qui noſti omnia anteq̄ fiant. tu ſcis quōniam me falſum tulerunt teſtimonium. Et ecce morior cum nichil horum fecerim. que iſti malitioſe ꝛpoſuerunt aduersum me. Exaudiuit aut̄ dominus uocem eius. Cumq ducēt ad mortem: ſuſcitauit dominus ſpm ſanctum puerī cuiusdam iunioris cuius nomen daniel. Et exclamauit uoce magna. Mundus ego ſum a ſanguine huius. Et conuerſus omnis populus ad eum dixit. Quis ē ſermo iſte quem locutus es? Qui cum ſtaret in medio eorum. ait. Sicine fatui filij iſrl̄ non iudicantes. nec quod uerum ē cognoſcentes. condemnaſtis filiam iſrl̄. Reuertimini ad iudicium. quia falſum teſtimonium locuti ſunt ad uos eam. Reuerſus ē ergo populus ad feſtinatiōe. Et dixerunt ei ſenes. Veni ꝛ ſede in medio nr̄um. ꝛ indica nobis. quia tibi dedit deus honorē ſenectutis. Et dixit ad eos daniel. Separate illos ab inuicem procul. ꝛ diiudicabo eos. Cum ergo diuiſi eſſent alter ab altero. uocauit unum ex eis ꝛ dixit ad eum. Inueterate dierum malorum. nunc uenerunt peccata tua que operabaris prius. iudicans iudicia iniuſta. innocentes opprimens. ꝛ dimittens noxios. dicente domino. Innocentem ꝛ iuſtum non interficies. Nunc g̈ ſi uidiſti eam. dic ſub q̄ arbore uideris eos colloquentes ſibi. Qui ait. Sub ſchino. Dixit aut̄ daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus domini acceptā ſententiam ab eo. ſcindet te medium. Et amoto eo iuſſit uenire alium. ꝛ dixit ei. Semen chanaā ꝛ non iuda. ſpes decepit te. ꝛ cōcupiſcentia ſubuertit cor tuum. Sic facitebatis filiabꝰ iſrl̄. ꝛ ille timentes loquebantur uobis. Sꝫ non filia iuda ſuſtinuit iniquitatē uram. Nunc ergo dic michi ſub qua arbore uideris eos loquentes ſibi. Qui ait ſub primo. Diē aut̄ ei daniel. Recte mentitus es ꝛ tu in caput tuum. Manet enī angelus dñi gladium hēns. ut ſecet te medium ꝛ interficiat eos. Exclamauit itaq omis populus. uoce magna. ꝛ benedixerunt deo omnī qui ſaluat ſperantes in ſe. Et aſſurrexerunt aduersus duos presbiteros





cinceat eum cos daniel. ex ore suo falsum dixisse testimoniu. Precepitq; eis sicut male egerant ad ueritatis priorem mam. ut facerent secundum legē moysi 7 interfecerunt eos. Et saluatus ē sanguis in ortus die illo. Delebus aut 7 uxō eius laudauerunt deum pro filia sua 7 susanna 7 ioachim marito eius. 7 cognatis omnib; quia non ēet inuenta in ea res turpis. Daniel aut fct9 ē magnus in ospectu populi: a die illa 7 deinceps. Et erat astiages appositus ē ad patres suos. 7 suscepit cyrus perses regnū eius. Erat aut daniel comes regis. 7 honoratus super omnes amicos eius.

XIIII

Erat quoq; draco draconis nomine bel. apud babylonios. Et unpendebat ei in eo die dies singulos summe arabice xij. 7 oues xl. unusq; amphore vj. Rex quoq; colebat eum. 7 ibat per singulos dies adorare eum. Sed deus daniel adorabat deum suum. Dixitq; ei rex. Quare non adoras bel? Quia ydolum non ē manu fcm: s uiuentem deum qui creauit celum 7 terram. 7 hēt potestatem omnis carnis. Et dixit ad eum rex. Nonne tibi uidetur bel ē uiuens deus. An non uides quanta comedat 7 bibat cotidie? Et ait daniel arridens. Ne erres rex. iste enim intrinsecus luteus ē. 7 foris ereus. nec comedit aliquando. Et iratus rex uocauit sacerdotes suos. 7 ait eis. Nisi dixeritis mihi. quis ē hic qui comedat impensas has. 7 morietur. Si aut ostenderitis quia bel comedat hec. morietur daniel. q; blasphemauit bel. Et dixit daniel ad regē. Fiat sm uerbum tuum. Erant aut sacerdotes bel. lxx. exceptis uxoribus 7 paruulis 7 filiis. Et uenit cum rege daniel in templum bel. Et dixerunt sacerdotes bel. Ecce nos egrediemur foras. 7 tu rex pone escas. 7 uinum misce 7 claude ostium. 7 signa anulo tuo. Et cum ingressus fueris mane. nisi inuenis omnia comesta abel. morte moriemur. uel daniel qui mentitus ē nobis. Contemnebant aut. q; fecerat sub mensa abscondita intro

tum. 7 per illud ingrediebantur semper 7 uescebantur ea. Cum ē igitur posita egressi sunt illi. 7 rex posuit cibos abel. precepit daniel puero suo. 7 attulerunt cinerem 7 cribrauit per totum templum coram rege. Et egressi clauserunt ostium. 7 signauerunt anulo regis abierunt. Sacerdotes aut ingressi sunt nocte. more suo cum uxoribus suis. 7 filiis eorum. 7 comederunt omnia. et biberunt. Et surrexit aut rex primo diluculo. 7 daniel cum eo. Et ait rex. Salua ne sint signa daniel. Quib; respondit. Salua rex. Et statim q; cum aperuissent ostium. intuitus rex mensam exclamauit uoce magna. Magnus es bel. 7 non ē apud te dolus ullus. Et risit daniel. 7 tenuit regem ne ingredi retro uinum. 7 dixit. Ecce pauimentum adtendite cuius uestigia sunt hec? Et dixit rex. Uideo uestigia uiri et mulierum 7 infantium. Et iratus est rex. Tunc apprehensos sacerdotes et uxores 7 filios eorum. 7 ostenderunt ei abscondita ostiola per que ingrediebantur. 7 deuorabant que erant super mensam. Occidit ergo illos rex. 7 tradidit bel in potestatem daniel. Qui subuertit eum. 7 templum eius. Et erat draco magnus in loco illo. 7 colebant eū babilonij. Et dixit rex daniel. Ecce non potes dicere. q; non sit deus uiuens. Adora ergo eum. Dixitq; daniel. Dominum meum adorabo. ipse ē deus uiuens. Tu aut rex. da mihi potestatem. 7 occidam draconem absq; gladio 7 fuste. Et ait rex. Do tibi. Sumsit ergo daniel picem 7 adipem 7 pilos 7 coxit pariter. fecitq; massas. 7 edit in os draconis. 7 dissipatus ē draco. et dixit. Ecce quem colebatis. Quod cū audissent babilonij indignati sunt uehementer. 7 aduersus regem dixerunt. Iudeus factus ē rex. bel destruxit draconem interfecit. 7 sacerdotes eius occidit. Et dixerunt cum uenissent ad regem. Trade nobis daniel. aliquin interficiemus te. 7 domum tuā. Uidit ergo rex q; urgerent eum uehementer. 7 necessitate compulsus tradidit eis danielem. Qui missum eum i

lacum leonum. Et eram tibi ser dicebo. ſpono in lacu eum leonesvq. tuba
mecis cor die tuo corpora tonecue.
tunc non dabunt sunt eis. ut deuora
rent danielem. Et tar aut abacuch
propheta in iudea. rupe coxit arpulme
tum. tmanicauit pane in ulneolo. t
ibat in campum. ut ferret messoribs
Et ecce angelus domini ad abacuc.
Ser prandium quod hes in babylone
danieli. qui est in lacu leonum. Et di
xit abacuch. Dne babylonem nō
memini. tlacum non uido. Et apprehendit
eum angelus domini in uertice eius
tportauit eum capillo capitis sui. po
suitq; eum in babylone super lacum.
in impetu spus sui. Et clamauit aba
cuch dicens. Daniel serue dei. tolle pā
dum quod misit tibi deus. Et ait da
niel. Recordatus es mei domine deus
non derelinquis diligentes te. Surgensq; daniel comedit. spūs aūt
domini restituit habacuch extemplo in
loco suo. Venit autem rex die septima. ut
lugeret danielem. Et uenit ad lacum
tvidit speluncam. ecce daniel sedens in me
dio leonum. Et exclamauit uoce ma
gna dicens. Magnus es dne deus
danielis. Et extrahens eum de lacu. spō
sum illos qui pcinomis eius cā fuerant
uoluit mitti in lacum. Et deuorati sunt
in momento coram eo. Explicit daniel
.pphā. Incipit prologus in librum xii
prophar

Quoniā oīno
ē. xii. pphar
apud hebre
os qui extra
ordinem. t
Vnde fit

lebrei animant. Et quia longum est
nunc deomnibs dicere. hoc tantū uos
opanla reuistochium admonitos sci
re uolo. unum librum ee xii prophar
tosee sincronon. ysaie. malachiā uero
aggei. tzachariē fuisse tpibs. in quib
aut tpus non prefertur in titulo subul
hs eos regibs pphasse. sub quibs tbi
qui ante eos hūt titulos prophauerit.

Item alius prologus.

Eguile sunt hec. sub
quibs significationib
nominum. ad quas
tribs per prophas ser
mo domini dirigat.
Quotiēscūq; ad e.
tribs tendimus pphia.
subdis his nominibs designant. i. effra
im. samaria. isrl. ioseph. iezrahel. be
thel. tbersabee. tinterdum iacob. Qui
aut ad duas loquitur tribs. sub his nō
bs sermo proferit. i. iuda ierlm. benya
min. domus dauid. tinterdum iacob.
aliquotiens isrl. ad totas xii. tribus
referit. Dupler ē apud hebreos sentētia
de his quattuor nominibs. qui in capite sūt
prenotati. plerisq; enim dicunt. q; ab
esdra scriba in omnibs prophis sic fuit
titulatum. ut prescripto unusquisq;
prophe cuius sit sequens noscatur. Ipse
ē aut esdras. qui ultimus prophārum
malachie nomine scribitur. Alii uero.
dicunt. q; ab ipis prophis. per spūm
scūm ut cetera sunt descripta. Explicit
prologus. Incipit argumentum.

Osee cui nomen
erat effraym.
samariam io
seph. iezrahel
uxorem fornī
cariam. tfornicationis filios. tadulte
ram cubiculo clausam marti. multo
tpe sedere uiduam. tsub ueste luxu
riei uiri ad se reditum prestolari. Ex
plicit argumentum. Incipit osee pro
pheta.

OSEE PPHETA





fium est ad osee filium beeri in diebꝫ ozi
oatham. achaz. ezechie. regum iuda. et in
diebꝫ ieroboam filij ioas regis isrl. Prin
cipium loquendi dño in osee. Et dixit
dominus ad osee. Vade, assume tibi uxorẽ
fornicationum: quia fornicans fornica
bitur terra a domino. Et abiit et accep
it gomer filiam debelaim. Et concepit et
peperit filium. Et dixit dominus ad e
um. Voca nomen eius iezrahel. quia
adhuc modicum. et uisitabo sanguinẽ
iezrahel super domum hieu. et requiescẽ
faciam regnum domus isrl. Et in illa
die conteram arcum isrl. in ualle iezrahel.
Et concepit adhuc et peperit filiam. Et
dixit ei. Voca nomen eius absqꝫ miã.
quia non adiciam ultra misereri domui
isrl: sed obliuione oblimiscar eorum. a
Et domui iuda miserebor. et saluabo e
os in domino deo suo. et non saluabo eos
in arcu et bello et gladio. et in equis et in
equitibꝫ. Et ablactauit eam que erat
absqꝫ miã. Et concepit et peperit filium
Et dixit. uoca nomen eius non populꝰ
meus. quia non uos populus meus.
et ego non ero uester deus. Et erit numerus
filiorum isrl. quasi harena maris. que
sine mensura est. et non numerabitur. et
Et erit in loco ubi dicetur eis nõ populꝰ
meus uos. dicentur eis filij dei uiuentis.
Et congregabuntur filij iuda. et filij isrl
pariter. et ponent sibi met caput unum
et ascendent de terra. quia magnus di
es iezrahel.

Dicite fratribus uestris populus
meus. et sororibus uestre misericordiam
obtenta. Iudicate matrem
uestram. iudicate. quia non
ipsa uxor mea. et ego non uir eius. Auferat
fornicationes suas a facie sua. et adulte
ria sua de medio uberum suorum. ne
forte expoliem eam nudam. et statuam eam
nudam secundum diem nativitatis sue.
Et ponam eam quasi solitudinem. et statua
am eam uelut terram inviam. et interfi
ciam eam sitj. Et filiorum illius non mi
serebor. quia filij fornicationis sunt. quia
fornicata est mater eorum. Confusa est que
concepit eos. quia dixit. Vadam post amato
res meos. qui dant panem michi et aquas
meas. et lanam meam. et linum meum et
oleum meum. et potum meum. Propterea
ecce ego sepiam viam tuam spinis. et sepi
am maceria. et semitas suas non inveniet.
Et sequetur amatores suos. et non apprehe
hendet eos. et queret eos et non inveniet.
et dicet. Vadam et revertar ad virum meum
priorem. quia bene michi erat tunc ma
gis quam nunc. Et hec nescivit. quia ego
dedi ei frumentum et vinum et oleum. et ar
gentum et aurum multiplicavi eis. que
fecerunt baal. sacrificaverunt. et sumas
frumentum meum in tempore suo. et vinum
meum in tempore suo. et liberabo lanam me
am et linum meum que operiebant ignomi
niam eius. Et nunc revelabo stulti
am eius in oculis amatorum eius. et
vir non eruet eam de manu mea. Et
cessare faciam omne gaudium eius.
solemnitatem eius. neomenias eius.
sabbatum eius. et omnia festa tempora eius.
Et corrumpam vineas eius. et ficum ea

PROPHETA

de quibꝫ dicit. Ecce dies hec mee sñt. quas dedicauit michi amatores mi. Et ponam eam in salutem. 7 comedent eam bestie agri. Et visitabo super ei dies baalim. quibꝫ accendebat incensum. 7 ornabatur inaure sua. 7 monilli suo. 7 ibat post amatores suos. 7 mei obliuiscebatur dicit dominus. Propt̃ ecce ego lactabo eam. 7 adducam eam in solitudinẽ. 7 loquar ad cor eius. Et dabo ei vineas eius ex eodem loco. et vallem achor. ad aperiendam spem. Et cantabit ibi iuxta dies iuuentutis sue. 7 iuxta dies ascensionis sue de tra egipti. Et erit in die illo ait dominus vocabit me vir meus. 7 non vocabit me ultra baali. Et auferam nomina baalim de ore eius. 7 non recordabit vltra nominis eorum. Et percutiã eis cum bestia agri. 7 cũ volucre celi. 7 cum reptili terre. Et arcum 7 gladium 7 bellum conteram de tra. 7 dormire eos faciam fiducialiter. Et desponsabo te michi in sempiternũ. 7 sponsabo te michi in iustitia 7 iudicio. 7 in miã 7 miserationibꝫ. Et sponsabo te michi in fide. 7 scies quia ego dominus. Et erit in die illa exaudiam dicit dominus. 7 exaudiam celos. 7 illi exaudient terã. 7 terra exaudiet triticum. 7 vinũ 7 oleũ. 7 hec exaudient iezrahel. Et seminabo eam michi in terram. 7 miserebor eius que fuit absq; miã. Et dicam nõ pplõ meo. populus meus es tu. 7 ipe dicet deus meus es tu.

Et dixit dominus ad me. Adhuc vade 7 dilige mulierem dilectam amico 7 adultam sicut diligit dominus filios israel. Et ipi respiciunt ad deos alienos. 7 diligunt vinacia vuarum. Et fodi eã michi xv. argenteis. 7 choro ordei. et dimidio choro ordei. Et dixi ad eas. Dies multos expectabis me. non fornicabis me. 7 non eris viro. Sic 7 ego expectabo te. quia dies multos sedebit filij israel. sine rege 7 sine principe. 7 sine sacrificio. 7 sine altari. 7 sine ephod. 7 sine therapim. Et post hec revertentur filij israel. 7 querent dominum deum suum. 7 dauid regem suum. 7 pauebunt ad dominum 7 ad bonum eius. in nouissimo dierum.

Audite verbum domini filij israel. quia iudicium domino cum habitatoribus terre. Non est enim veritas 7 non est misericordia. 7 non est scientia dei in terra. Maledictum 7 mendacium. 7 homicidium 7 furtum 7 adulterium inundauerunt. 7 sanguis sanguinẽ tetigit. Propt̃ hoc lugebit terra. 7 infirmabitur omnis qui habitat in ea. 7 bestia agri 7 in uolucre celi. Sed 7 pisces maris congregabuntur. Verumtamen unusquisq; non iudicet. 7 non arguatur vir. Populus enim tuus. sicut hij qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie. 7 corruet et propheta tecum. Nocte tacere fecit matrem tuam. Conticuit populus meus. eo q̃ non habuit sciam. Quia tu sciam repulisti. repellam te ne sacerdotio fungaris michi. Et oblita es legis dei tui. obliuiscam filiorum tuorum ego. Sicut multitudinem eorum sic peccauerunt michi. Gloriam eorum in ignominiã commutabo. Peccata populi mei comedent. 7 ad iniquitatem eorum sublenabunt animas eorum. Et erit sicut populus. sic sacerdos. Et visitabo super eum vias eius. 7 cogitationes eius reddam ei. Et comedent 7 non saturabuntur. Fornicati sunt 7 non cessauerunt. quia dñm dereliquerunt in non custodiendo. Fornicatio 7 vinum 7 ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno suo interrogauit. 7 baculus eius annuntiauit ei. Spiritus enim fornicationum decepit eos. 7 fornicati sunt a deo suo. Super capita montium sacrificabant 7 super colles accendebant thymiama. 7 subtus quercum 7 populum. 7 therebinthum quia bona erat umbra eius. Ideo fornicabuntur filie vestre. 7 sponse vestre adulterabunt. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatrices. 7 super sponsas vestras cum adulterauerint. quia ipi cum meretricibus conuersabantur. 7 cum effeminatis sacrificabant. Et populus non intelligens vapulabit. Si fornicaris tu israel non delinquat saltem iuda. Et nolite ingredi in galgala. 7 ne ascenderitis in bethauen. neq; iurauerit quis dominum. Quia sicut vacca lasciuiens declinauit



OSEE

ūil. Huic pacisci eos dominus. quasi agnum in latitudine. Nunc pascet eos dominus. quasi agnum in latitudine. Principe recolunt effraym. dimitte eum. Sepīnus ē omnium eorum. Formicatione formicati sunt. dilexerunt affere ignominiā protectores eius. Ligauit spiritus eā in alis suis. ⁊ confundetur a sacrificiis suis.

V

Olite hoc sacerdotes. Et ⁊ attendite domus ūil. ⁊ domus regis auscultate. quia iudicium uobis ē. Quia laqueus fēi estis speculationem. ⁊ sicut rete expansum super thabor. ⁊ victimas declinastis in profundum. Et ego eruditor omniū eorum. Ego scio ephraym ⁊ ūil non ē absconditus a me. Quia nunc formicatus ē ephraym. contaminatus ē ūil. Non dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad deum suum. Quia spūs formicationum in medio eorum. ⁊ dñm non cognouerunt. Et respondebit superbia ūil in faciem eius. ⁊ ūil ⁊ effraym ruent in iniquitate sua. Ruet etiā iudas cum eis. In gregibus suis ⁊ in armentis suis uadent ad querendū dominū. ⁊ non inuenient. Ablatus ē ab eis. In domino prevaricati sunt. quia filios alienos genuerunt. Nunc deuorabit eos mensibus cum partibus suis. Clangite buccina in gabaa. ⁊ tuba in rama. ululate in bethauen. post tergum tuum beniamin. Ephraym erit in desolatione. In die correptionis in tribubus ūil. ostendi fidem. Facti sunt principes iuda quasi assumentes terminum. super eos effundam quasi aquam iram meam. Calumniam patiens effractus iudicio. quia cepit abire post sordes. Et ego quasi tinea effraym. ⁊ quasi putredo domui iude. Et uidit effraym languorē suū. ⁊ iudas uinculum suum. Et abiit effraym ad assur. ⁊ misit ad regē ultorē. Et ipe non potuit sanare uos. nec solui uinculum a uobis. Quia ego leena effraym. ⁊ quasi catulus leonis domui iude. Ego capiam ⁊ uadam ⁊ tollam. ⁊ non ē qui eruat. Vadens reuertar ad locum meum. donec deficiant. ⁊ querant faciem meam.

VI

In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite ⁊ reuertamur ad dñm. quia ipe ⁊ capiet nos. percutiet ⁊ curabit nos. Viuificabit nos post duos dies. In die tertia suscitabit nos. ⁊ uiuemus in conspectu eius. sciemus sequemurq; ut cognoscamus dñm. Quasi diluculum preparatus ē egressus eius. ⁊ ueniet quasi imber nobis temporaneus. ⁊ serotinus terre. Quid faciam tibi effraym? Quid faciam tibi iuda? Misericordia uestra quasi nubes matutina. ⁊ quasi ros mane pertransiens. Propter hoc uolaui in prophetis. occidi eos in uerbis oris mei. Et iudicia tua quasi lux egredientur. Quia misericordiam uolui ⁊ non sacrificium. ⁊ scientiam dei plusquā holocausta. Ipi autē sicut homo transgressi sunt pactum. ibi prevaricati sunt in me. Galaad ciuitas operantium uolumen. supplantata sanguine. ⁊ quasi fauces uiri latrones. sacerdotum in uia interficient. Quia scelus operati sunt. In domo ūil uidi horrenda. Ibi fornicationes effraym. Contaminatus ē ūil. Et ⁊ iuda pone messem tibi. cum conuertero captiuitatem populi mei.

VII

Dum sanare uellem israel. Reuelata ē iniquitas effraym. ⁊ malitia samarie. quia operati sunt mendacium. Et fur ingressus ē spoliauit latrocinium foris. Et ne forte dicant in cordibus suis. omnē malitiam eorum memorabor. Nunc circumdederunt eos adinuentiones suę. coram facie mea facte sunt. In malitia sua letificauerunt regem. ⁊ in mendaciis suis principes. Omnes adulterantes. quasi clibanus succensus a coquente. Quiescit panificator a commixtione fermenti. donec fermentetur totum. Dies regis nri. Ceperunt principes furere a uino. Extendit manum suam cum illusoribus. qui applicuerunt quasi clibanum cor suum cum insidiarentur eis. Tota nocte dormiuit coquens eos. mane succensus ē ipe ut ignis flamme. Omnes calefacti sunt ⁊ quasi clibanus. ⁊ deuorauerunt iudices suos. Omnes reges eorum ceciderunt. non ē in eis qui clamet ad me. Effra-

ym ut pot⁹ ihe ꝓmittebam. Effu
ctus ē iubmeritus. qui non uocat
Comedent primi alienos labo⁹ eius. ⁊ ne
scient. Et ⁊ cum effusi fuerint ec
rip⁹ ignoscent. Et humiliabitur sup
bia isr in facie eius. Nec reuerti sut
ad dominū deum suum. ⁊ non quesi
erunt eum in omnibus hijs. Et nūc
ē effraym quasi columba seducta. ⁊ in
ciens cor. Egyptum inuocabant. ad
syrios abierunt. Et cum profecti fuer
ent expandam super eos rete meum. ⁊ qi
si uolucrem celi deducam eos. Castiga
bo eos sm auditionem cetus eorum. Re
eis qm recesserunt a me. Vastabunt
qm prevaricati sunt in me. Et ego re
dimere eos. ipsi locuti sunt contra me mē
dacia. Et non clamauerunt ad me in
corde suo. Se ululabunt in cubilibus
suis. Super triticum ⁊ uinū ruminabāt.
⁊ recesserunt a me. Ego eruditi et
roborani brachia eorum. ⁊ me cogi
tauerunt malitiam. Reuertuntur
et non simul. ego. fui sicut arcus
dolosus. Cadent in gladio principes
eorum. a furore linguę suę. ista subsi
natio eorum in terra egypti.

VIII

Ad guttur tuum tuba. ⁊
quasi aquila super domū
dominū. quoniam q̄ transgres
si sunt fedus meum. ⁊ le
gem meam prevaricati sunt. Me me
clamabunt deus meus. Cognouimus te
isr. Proiecit isr bonum. inimicus per
sequetur eum. ipsi regnauerunt non
ex me. principes exti fuerunt non cogni
ui. Argentum suum ⁊ aurum suum fe
cerunt sibi ydola. ut interirent. Proiecit
e vitulus tuus samaria. furor meus in
nis e in eis. Vsq; quo non potuerunt mun
dari. Quia ex isr ipse e. Artifex fecit
illum. ⁊ non e deus. Quoniam in aranearū
telas erit vitulus samarie. qui uentū
seminabunt. ⁊ turbinē metent. Culmus
stans non e in eis semen. non faciet fa
rinam. Q⁹ ⁊ si fecerit. alieni comedent
eam. Deuoratus e isr. Factus e i
nationib⁹ quasi vas inutile. qua
ipi ascenderunt ad assur. Onager solita
rius sibi effraym. Munera dederunt
amatoribus. Sed cum mercede adducent

nationes. Nunc congregabo eos. ⁊ quie
scent paululum ab onere regis ⁊ princi
pum. Quia multiplicauit effraym al
taria ad peccandum. fēe sunt ei aree in
delictum. Scribam ei multiplices le
ges meas. que uelut aliene ꝓputate
sunt. Victimas offerent. ymolabunt car
nes. ⁊ comedent. ⁊ dominus non suscipiet eas. Nunc recordabitur iniquita
tis eorum. ⁊ uisitabit peccata eorum.
ipi in egyptum reuertentur. Oblitus e
nim isr factoris sui. ⁊ edificauit delubra. Et
iudas multiplicauit urbes munitas. ⁊
Et mittam ignem in ciuitates eius. et
deuorabit edes illius.

VIIII

Noli letari isr. noli exultare
sicut populi. quia fornicat
es a deo tuo. Dilexisti mer
cedem super omnes areas
tuas. Area ⁊ torcular non pascet eos.
⁊ uinum mentietur eis. Non habitabunt
terra domini. Reuertetur effraym in
egyptum. ⁊ in assyriis pollutum come
det. Non libabunt domino uinū. ⁊ nō
placebunt ei. Sacrificia eorum quasi
panis lugentium. Omnes qui come
dent eum contaminabuntur. quia panis
eorum animę ipōrum non intrabit in
domum domini. Quid facietis i die
solemni. ut die festiuitatis domini. Ec
ce enim profecti sunt a vastitate. egipt⁹
congregabit eos. memphis sepelliet eos.
Desiderabile argentum eorum urtica hę
reditabit. Lappa in tabernaculis eorum.
Venerunt dies uisitationis. uenerūt
dies retributionis. Scivit isr stulti
propheta insanum. virum spiritales
propter multitudinē iniquitatis tue. et
multitudo amentie. Speculator effra
im cum deo meo propheta. laqueus
uenatis factus e super omnes uias eius.
infamia in domo dei eius. Profunde pec
caverunt. sicut in diebus gabaa. Recor
dabitur iniquitatis eorum. ⁊ uisitabit
peccata eorum. Quasi uuas in deserto i
uenit isr. quasi poma primi ficulnee
in cacumine eius uidi patres eorū. Ipi
autē introierunt ad beelphegor. ⁊ ab
alienati sunt in confusionem. ⁊ fact sunt
abhominabiles. sicut ea que dilexerūt.
Effraym quasi auis auolauit gloria





corum a parui ⁊ ab uitulo ⁊ a recepti. Et
⁊ si enutrierint filios suos absq; liberis
eos faciam in hominibus. Quin ⁊ uae eis cu
recesserit ab eis. Effraym ut uidi tyrum
erat fundata in pulchritudine. Effraym
educet ad interfectorem filios suos. Da eis
domine. Quid dabis eis? Da eis uul
uam sine liberis ⁊ ubera arentia. Omis
nequitiae eorum in galgala. quia ibi e
uersos hos eos. Propter malitiam adinue
tionum eorum de domo mea eiciam eos.
Non addam ut diligam eos. Omnes
principes eorum recedentes. Percussus
est effraym radix eorum exsiccata est. fru
ctum nequaquam faciet. Quod si genuerint
interficiam amantissima uteri eorum. ⁊
Abiciet eos deus meus. quia non audi
erunt eum. ⁊ erunt uagi in nationibus.

Thesis frondosa israel.

Iuxta fructus aequalitatis est ei. Se
cundum multitudinem fructus
sui. multiplicauit altaria. iuxta ubertatem terre sue. erubes
cunt simulacra. Diuisum est cor eorum.
nunc mactabunt. Ipse confringet simulacra
eorum. ⁊ depopulabitur ara eorum.
Quia nunc dicent. non est nobis rex.
Non enim timemus dominum. Et rex
quid faciet nobis? Loquimini uerba
uisionis mendacis. ⁊ feriens fedus. ⁊ germi
nabit quasi amaritudo iudicium super
sulcos agri. Vaccas bethauen colue
bitatores samarie. Quia luxit super
eum populus eius. ⁊ edituus eius super
eum exultauerunt in gloria eius. quia
migrauit ab eo. Siquidem ipse assyrius
delatus est. munus regi ultori. Confu
sio effraym capiet. ⁊ confundetur israel
in uoluntate sua. Transiit fecit samu
ria regem suum. quasi spumam super
faciem aquae. Et disperdentur excelsa
uoluntatis. peccatum israel. Lappa ⁊ tribulus
ascendet super aras eorum. Et dicent
montibus operite nos. ⁊ collibus operite
nos. Et dicbus gabaa peccauit israel.
ibi steterunt. Non comprehendet eos in
gabaa proelium. super filios iniquitatis.
iusta de sidere meum compleui eos.
Congregabuntur super eos populi cum
corripientur propter duas iniquitates
suas. Effraym uitula docta diligere tri

turam. ⁊ ego transiui super pulchritudi
nem colli eius. Ascendam super effra
im. Arabit iudas. confringet sibi sulcos
iacob. Seminate uobis in iustitia. et
metite in ore misericordiae. innouate uobis nouale.
Tempus autem requirendi dominum cum ue
nerit qui docebit uos iustitiam. Arastis
impietatem. iniquitatem messuistis.
comedistis frugem mendacii. Quia
confisus es in uiis tuis in multitudine
fortium tuorum. consurget tumultus
in populo tuo. ⁊ omnes munitiones
tuae uastabuntur. sicut uastauit salma
man domum eius qui iudicauit baal
in die proelii mater super filios allisa. Sic
fecit uobis bethel a facie nequitiae ma
litiae uestrae mane. XI

Sicut mane transiit propheta
tus est rex israel. Quia puer israel
et dilexi eum. ⁊ ex egypto
uocaui filium meum. Vo
cauerunt eos. sic abierunt a facie eorum.
Baalim immolabant. ⁊ simulacris
sacrificabant. Et ego quasi nutritius
effraym portabam eos in brachiis
meis. ⁊ nescierunt quod curarem eos. In
funiculis adam trahebam eos. in uinculis
caritatis. Et eram eis quasi exaltans
iugum super maxillas eorum. ⁊ declinaui
ad eum ut uescerentur. Non reuer
tetur in terram egypti. Et ipse assur
rex eius. quoniam noluerunt conuerti. Et cecidit
gladius in ciuitatibus eius. ⁊ consumet e
lectos eius. ⁊ comedet capita eorum. ⁊
Et populus meus pendebit ad reditum
meum. Iugum autem imponetur e
is simul. quod non auferetur. Quo
dabo te effraym. protegam te israel.
Quomodo dabo te. Sicut adama po
nam te. ut seboym. Conuersum est cor
meum in me. paenitet conturbata est pae
nitudo mea. Non faciam furorem irae mee.
Non conuertam ut disperdam effraym.
quia deus ego ⁊ non homo in medio
tui sanctus. ⁊ non ingrediar ciuitatem.
Post deum ambulabunt. Quasi leo
rugiet. quia ipse rugiet ⁊ formidabunt
filii maris. Et auolabunt quasi auis
ex egypto. ⁊ quasi columba de terra as
syriorum. Et collocabo eos in domibus
suis. dicit dominus. Circumdederunt

in negatione effraym. 7in dolo domꝰ
ifrl. Iudas aut rethe descendit cū deo.
7cum scis fidelis XII

Effraym pascit uentum.
7sequit estum. Tota
die mendacium 7uastita
tem multiplicat. 7fedus
cum assyrijs init. 7oleum in egyptū
ferebat. Iudicium ergo domini cum
iuda. 7uisitatio super iacob. Iuxta uias
eius. 7iuxta adinuentiones eius red
det ei. In utero supplantauit fratrem su
um. 7in fortitudine sua directus è cū
angelo. Et inualuit ad angelum. 7
ꝓfortatus è. Fleuit 7rogauit eum. In
bethel inuenit eum. 7ibi locutus est
nobiscum. Et dominus deus exerci
tuum dominus memoriale eius. Et tu
ad deum tuum conuertere. Misericordiam 7iu
dicium custodi. 7spera in deo tuo sẽper.
Chanaan in manu eius statera dolosa
calumniam dilexit. Et dixit effraym
Verumtamen diuites effectus sum. inuenerunt
labores mei non
inuenient mihi iniquitatem quam
peccatum. Et ego dominus deus tuus
ex terra egypti. Adhuc habitare te faciam
in tabernaculis. sicut in diebus festi
tatis. Et locutus sum super prophetas
7ego uisionem multiplicaui. 7in manu
prophetarum assimilatus sum. Si galaad
ad uanum ergo frustra erant in galgal
bobus immolantes. Nam 7altaria eorum
quasi acerui super sulcos agri. Fugit ad
iacob in regionem syrie. 7seruiuit israel
in uxore. 7in uxore custodiuit. In prophe
te autē eduxit dominus israel ex egypto. 7in
prophete seruatus è. Ad iracundiam me
prouocauit effraym in amaritudinibꝰ
suis. 7sanguis eius super eum ueniet.
7opprobrium eius restituet ei dominꝰ
suus. XIII

Loquente effraym horror i
uasit israel. 7delinquit in baal
7mortuus è. Et nunc addi
derunt ad peccandū. fece
runtq; sibi conflatile de argento suo. ydo
la similitudine ex uoluntate. Cuncta artifi
cum è. Ipsis ipsi dicunt. Immolate
homines uitulos adorantes. Propterea erunt
quasi nubes matutina. 7sicut ros matu
tinus pertransiens. sicut puluis turbine
raptus ex area. 7sicut fumus de fumа
rio. Ego aut dominus deus tuus ex
terra egypti. 7deum absq; me nescies.
7saluator non è preter me. Ego cognoui
te in deserto in terra solitudinis. Iuxta
pascua sua. 7adimpleti sunt 7saturati
sunt. 7leuauerunt cor suum. 7oblitꝰ sunt mei.
Et ego ero eis quasi leena. sicut pardus
in uia assyriorum. Occurrā eis quasi
ursa raptis catulis. 7dirumpā inclusuram
cordis eorum. 7deuorabo eos ibi quasi
leo. Bestia agri scindet eos. Perditio tua
israel. tantummodo ex me auxilium tuum.
Vbi est rex tuus. 7saluet
te in omnibus urbibus tuis. Et iudices
tui. De quibus dixisti. da mihi reges
7principes. Dabo tibi regem in furore
meo. 7auferam in indignatione mea.
Colligata est iniquitas effraym. 7ab
scondita est peccatum eius. Dolores
parturientis uenient ei. ipse filius non
sapiens. Nunc enim non stabit in
contritione filiorum. De manu mortis
liberabo eos. de morte redimam eos. 1
Ero mors tua o mors. ero morsus tuus
inferne. Consolatio abscondita est ab
oculis meis. quia ipse inter fres diuidet.
Adducet uirentem uentum dominus.
de deserto ascendentem. 7siccabit uena
eius. 7desolabit fontem eius. Et ipse
diripiet thesaurum omnis uasis desi
derabilis. XIIII

Pereat samaria. quia ad amа
ritudinem exacerbauit dominum
deum suum. In gladio pe
ribunt. Paruuli eius elidentur.
7fetę eius discindentur. Conuertere
israel ad dominum deum tuum. quia corruisti
in iniquitate tua. Tollite uobiscum
uerba. 7reuertimini ad dominum. 7dicite
ei. Omnem aufer iniquitatē. 7accipe
bonum. 7reddemus uitulos labiorum
nostrorum. Assur non saluabit nos. super
equum non ascendemus. nec dicemus
ultra. deo nostro opera manuum nostrarum.
quia eius qui miseretur pupilli
Sanabo contritiones eorum. diligam eos
spontanee. quia auersus est furor meus
ab eis. Ero quasi ros israel germinabit
quasi lilium. Et erumpet radix eius



urlibam. ibunt riam eius. Et erit ẽgſi t
oliua gl'a eius. t odor eius urlibam.
Conuertentur sedentes in umbra eius
uuent tritico t germinabunt quasi u
nea. Memoriale eius. sicut uinũ liba
ni. Effraym quid michi ultra uola?
Ego exaudiam t dirigam eum. Ego
ut abietem uirentem. Ex me fructus
tuus inuentus è. Quis sapiens t intel
ligat ista. intelligens t sciat hec? Qm
recte uie dñi. t iusti ambulabunt i
eis. preuaricatores aũt corruẽt in eis.

Explicit osee prophã. Incipit prolog'
in iohelem prophãm.

Anctus iohel
apud hebreos
post osee poit.
Et sicut ibi
sub nomine
effraym ad x. tribꝰ refert: ita ceteru
que uel samaria uel isr'l sepe memorãt
sic in hunc prophãm. omne quod dici
ad tribum iuda t ad ierlm pertinẽ cre
dendum è. t nullam omnino israhelis
i. x. tribuum in hoc fieri mentionẽ. Et pia
quoq; quibꝰ prophauit eadem debe
accipere que in osee legimus. in diebꝰ
ozie ioathan t achaz t ezechie regum iu
da. t in diebꝰ ieroboam filij ioas regis i
sr'l. Porro sũm cẽ sermonem dñi ad i
mentum eius refertur cui fit. non ad
ditionem illius qui fieri dicitur: ut alu
bi legimus. Dominus michi sũs in
salutem. Audimus aũt in scripturis scis
non è iste qui ad aures sonat. s qui in
corde percipitur. iuxta illud quod dñs
loquitur: Qui hẽt aures audiendi au
diat. Quod aũt dicitur hebraice hiezi
ul. grece enodabilaste. latine sonat. au
ribꝰ percipe: propriẽ non aures s corde
percipitur: Qui seues sunt. t celestes i
audiunt spualiter. qui aũt bestiarũ in
tertia appellantur qs terrenũ. auribꝰ per
cipiunt. Arbitrumq; aũt hec duo ũba
coniuncta ponuntur. non ad simplicem
tantum uerborum sonum. s ad recon
ditam quoq; dñorum intelligentiam
pertinere intelligendum è. In genesi
loquitur: Lamech ad uxores suas ada
t sella. Audite uerba mea uxores la
mech. auribꝰ percipite sermones meos.
Quia uirum occidi in uulnus meum.
t iuuenem in liuorem meum. Et ysa
ias. Audite celi. t auribꝰ percipe terra.

Explicit prologus. Incipit argumtus.

Ohel filius pha
tuel describit ãs
duarum tribuum
erucã. bruchũ. lacu
stã. rubigine uastante consumptam.
Et post eius sionem prioris populi. ef
fusionis spũs sci super dei t ancillas
i. super exercientes hominem. qui fu
erũt in cenaculo syon. Qui cxx. ab mi
usq; ad xv. paulatim. t per incremẽta
surgentes xv. gradũm numerum ef
fiunt. qui in psalterio mystice ponũt.
In hoc prophã. ideo nec reges nec tẽ
pora sunt prenotata. quia hisdẽ tpibꝰ
ac regibꝰ quibꝰ osee prophauerat. et
ipe prophauit. Et tribꝰ iguit' gradꝰ
rectorum hec sumunt' principia. t hẽ
sunt argumẽtorum partes. ex quibꝰ ici
pere solet omnis orator. Aut enim do
cibiles. aut benuolos. aut attentos au
ditores debꝰ efficere. Hic ergo prophã
recte a magnitudine cladis sumens i
principium. eosq; auditum erant no
lens ad penam pronocare. reducit ante
tos. admonens futurum malum ut eo
fugerent antes futurę cladis asperitatẽ on'
arripere pẽnam. Explic argumtũ
Incipit iohel propheta.

Er
Bū
Do
Qi
fili
Qd
fcis
Et

ad iohel. filium phatuel. Auvite hec
senes. ₹ auribo aurib⁹ percipite omnes
habitatores terre. si factum è istud in die
bus uris. aut in diebus patrum uestrorum.
Si
Si filijs uris narrate. ₹ filij uri filijs su
is. ₹ filij eorum generationi altere. Re
siduum eruce comedit locusta. ₹ resi
duum locuste comedit bruchus. ₹ resi
duum bruci comedit rubigo. Expergi
scimini ebrij. ₹ flete. ululate omnes q.
bibitis vinum in dulcedine. qm̄ peruit
ab ore uro. Gens enim ascendit super
terram meam: fortis ₹ innumerabilis.
Dentes eius ut dentes leonis. ₹ mola
res eius ut catuli leonis. Posuit vine
am meam in desertum: ₹ ficum meam
decorticando. Nudans spoliauit eam
₹ proiecit: albi facti sunt palmites eius. Pla
ge quasi virgo accincta sacco super
virum pulcritudinis sue. Periit sacrifi
cium ₹ libamen de domo dei uri. ₹ lugent
sacerdotes ministri domini. Depopu
lata è regio. luctuosum est qm̄ uastatum
est frumentum. confusum è vinum. deh
ruit oleum. Confusi sunt agricole
ululauerunt vinitores super frumento
₹ orreo. qm̄ periit messis agri. vinea
confusa è. ₹ ficus elanguit. Malogranatum
etiam ₹ palma. ₹ malum. omnia ligna
agri aruerunt. quia confusum è gaudi
um a filijs hominum. Accingite vos
cilicijs. ₹ plangite sacerdotes. ululate
ministri altaris. Ingredimini cubare
in sacco ministri dei mei. qm̄ interiit
de domo dei uri sacrificium ₹ libamen. ₹

Sanctificate ieiunium. ₹ vocate cetum. ₹
congregate senes omnes habitatores terre.
in domum dei uri. ₹ clamate ad dñm.
A. A. A. dies. qm̄ prope è dies domini.
₹ quasi uastitas a potente veniet. Nū
quid non coram oculis uris alimenta
perierunt. ₹ de domo dei uri. letitia ₹ exul
tatio? Computruerunt iumenta in ste
core suo. Demolita sunt horrea. dissi
pata sunt apothece. qm̄ confusum è trit
ticum. Quid ingemuit animal. mugi
unt greges armentorum. Quia nō è pa
scua eis. Sed ₹ greges pecorum diperie
runt. Ad te dñe clamabo. qm̄ ignis
comedit speciosa deserti. ₹ flamma de
cendit omnia ligna regionis. Sed ₹
bestie agri quasi area sitiens imbres
tui⁹ erexerunt ad te. qm̄ exaruerunt rivi
fontes aquarum. ₹ ignis devorauit
speciosa deserti.

Cl Anate tuba in sion. iubila
te in monte sco meo. Con
turbentur omnes habitatores
terre. qm̄ venit dies domini.
qm̄ prope est dies tenebrarum ₹ caligi
nis. dies nubis ₹ turbinis. Quasi mane
expansum super montes. populus
multus ₹ fortis. Similis ei non fuit a
principio. ₹ post eum non erit usq; in
annos generationis ₹ generationis. Ante
faciem eius ignis devorans. ₹ post eum
exurens flamma. Quasi hortus voluptā
tis terra coram eo. ₹ post eum solitudo
deserti. nec è qui effugiat eum. Quasi
aspectus equorum aspectus eorum. ₹ qsi
equites sic current. Sicut sonitus q̄
quadrigarum super capita montium exilient.
sicut sonitus flamme ignis devorantis
stipulam. velut populus fortis preparā
tus ad prelium. A facie eius cruciabū
tur populi. omnes vultus eorum redi
gentur in ollam. Sicut fortes current
quasi viri bellatores ascendent murum.
Vir in viis suis gradientur. ₹ non decli
nabunt a semitis suis. Unusquisq; fra
trem suum non coangustabit. singuli in
calle suo ambulabunt. Et ₹ per tela
dium cadent. ₹ non vulnerabuntur. Urbes
ingredientur. in muros current. domos
ascendent. per fenestras intrabunt q̄si
fur. A facie eius contremuit terra. mo

sunt ecli. sol ⁊ luna obtenebrabit sunt.
⁊ stelle retrahent lumen suum. Et
dominus dabit uocem suam ante faciē
exercitus sui. quia multa sunt nimis
castra eius. quia fortia ⁊ facientia uerbū
eius. Magnus enim ē dies domini. et
terribilis ualde. Et quis sustinebit eum?
Nunc ergo dicit dominus: Convertimi
ni ad me in toto corde uro. in ieiunio ⁊ in
fletu ⁊ in planctu. ⁊ scindite corda ura ⁊
non uestimenta ura. Et convertimini ad
dominū deum uīm. q; benignus ⁊ mi
sericors ē. patiens ⁊ multe miē. ⁊ prabilis
super malitia. Quis scit si convertatur et
ignoscat deus. ⁊ relinquat post se bene
dictionē? Sacrificium ⁊ libamen domo
deo uro. Canite tuba in sion. sanctificate je
junium. vocate cetum. ⁊ congregate pplm.
sanctificate ecclām. coadunate senes. con
gregate parvulos ⁊ sugentes ubera. Egredia
tur sponsus de cubili suo. ⁊ sponsa de tha
lamo suo. Inter uestibulum ⁊ altare plo
rabunt sacerdotes ministri domini ⁊ dicēt
Parce domine parce populo tuo. ⁊ ne
des hereditatem tuam in obprobrium.
ut dominentur eis nationes. Quare dicēt
in populis ubi ē deus eorum? Zelatus
ē dominus terram suam. ⁊ pepercit po
pulo suo. Et respondit dominus ⁊ dixit
populo suo. Ecce ego mittam uobis
frumentum ⁊ vinum ⁊ oleum. ⁊ replebi
mini in eis. ⁊ non dabo uos ultra obpro
brium in gentibus. Et eum qui ab aq-
lone ē procul fugam a uobis. Et expel
lam eum in terram inviam ⁊ deserta-
tem eius contra mare orientale. ⁊ extre
mum eius ad mare novissimum. Et a
scendet fetor eius. ⁊ ascendet putredo
eius. quia superbe egit. Nolite timere ter
ra. exulta ⁊ lętare: quia magnificavit
dominus ut faceret. Nolite timere ani
malia regionis. quia germinaverunt spe
ciosa deserti: quia lignum attulit fructū
suum. ficus ⁊ vinea dederunt virtu
tem suam. Et filii sion exultate ⁊ leta
mini in domino deo uro. quia dedit vo
bis doctorem iustitie. ⁊ descendere faci
et ad uos imbrem matutinum ⁊ serotinum
in principio. Et implebuntur a
ree frumento: ⁊ redundabunt torcu
laria vino ⁊ oleo. Et reddam uobis anq

quas comedit locusta ⁊ bruchus ⁊ rubigo
⁊ eruca. fortitudo mea magna quā mi
si in uos. ⁊ comedentes vescemini ⁊ satura
bimini. ⁊ laudabitis nomē domini dei
uri. qui fecit uobiscum mirabilia. Et
non confundetur populus meus in sempi
ternum. ⁊ scietis quia in medio isr'l ego
sum. ⁊ ego dominus deus uri. ⁊ non ē am
plius. ⁊ non confundetur populus meus i
eternum. Et erit post hec effundam spiri
tum meum super omnem carnem. ⁊ prophe
tabunt filii uri ⁊ filie ure. Senes uri som
nia somniabunt. ⁊ iuvenes uri visione
videbunt. Sed ⁊ super servos meos ⁊ ancil
las in diebus illis effundam spiritum meum.
⁊ dabo prodigia in celo ⁊ in terra. ⁊ sangui
nem ⁊ ignem ⁊ vaporem fumi. Sol ver
tetur in tenebras ⁊ luna in sanguinē. an
quā veniat dies domini magnus ⁊ horri
bilis. Et omnis qui invocaverit nomē
domini salvus erit. q; in monte sion ⁊ in
jerusalem erit salvatio. sicut dixit dns ⁊ in re
siduis quos dns vocaverit.

Ecce enim in diebus illis ⁊ in
tempore illo. cum convertero captivi
tatem iuda ⁊ jerusalem. congrega
bo omnes gentes. ⁊ deducam
eas in vallem iosaphat. ⁊ disceptabo ibi
cum eis super populo meo. ⁊ hereditate mea
isr'l. quos disperserunt in nationibus. ⁊ ter
ram meam diviserunt. ⁊ super populum
meum miserunt sortem. Et posuerunt
in prostibulo puerum. ⁊ puellam vendi
derunt pro vino ut biberent. Verū quid
vobis ⁊ mihi tyrus ⁊ sydon. ⁊ omnis ter
minus palestinorum? Numquid ultio
nem vos reddetis mihi? Et si ulciscimini
me cito velociter reddam
vindictam vobis super caput vrm.
Argentum enim meum ⁊ aurum tulistis.
⁊ desiderabilia mea ⁊ pulcherrima intulistis
in delubra vra. Et filios iuda ⁊ filios jeru
salem vendidistis filiis grecorum. ut longe face
retis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo
eos de loco in quo venundatis eos. Et
convertam retributionem vram in caput
vrm. Et vendam filios vros ⁊ filias vras
in manibus filiorum iuda. ⁊ venundabūt
eos sabeis genti longinque: quia dns
locutus ē. Clamate hec in gentibus. sanctifi
cate bellum. suscitate robustos. Accedat



ascendant uri bellatores. Conciden
mantia uria in gladios: ⁊ falces uras
lanceas. Infirmus dicat. quia fortis ego
sum. Erumpite ⁊ uenite omnes gentes
de circuitu: ⁊ congregamini. Ibi accumbe
facies dominus robustos tuos. Consur
gant ⁊ ascendant gentes in uallem iosa
phat. quia ibi sedebo ut iudicem omnes
gentes in circuitu. Mittite falces. quo
niam maturauit messis. Venite ⁊ descendite.
quia plenum est torcular. exuberauit tor
cularia: quia multiplicata est malitia eo
rum. Populi populi in uallem ausionis. ⁊
quia iuxta est dies domini in uallem ausio
nis. Sol ⁊ luna obtenebrati sunt. ⁊ stel
le retraxerunt splendorem suum. Et do
minus de syon rugiet. ⁊ de ierusalem dabit uocem suam.
⁊ mouebuntur cęli ⁊ terra. Et dominus spes
populi sui: ⁊ fortitudo filiorum israel. Et
scietis quia ego dominus deus uester habitans
in syon in monte sancto meo. Et erit ierusa
lem sancta: ⁊ alienigene non transibunt per eam amplius.
Et erit in die illa stillabunt montes dul
cedinem. ⁊ colles fluent lacte. ⁊ per cana
les iude ibunt aque. Et fons de domo
domini egredietur: ⁊ irrigabit torrentem
spinarum. Egyptus in desolationem erit.
⁊ idumea in desertum perditionis: propter
quod iniquitatem filiorum iuda. ⁊ effuderunt
sanguinem innocentem in terra sua. Et
iudea in eternum habitabitur: ⁊ ierusalem in gene
rationem ⁊ generationem. Et mundabo san
guinem eorum quem non mundaueram.
⁊ dominus habitabit in syon. Explicit
ioel. Incipit abdyas prophe.

Hec dicit dominus deus de idumea. Auditum
audiuimus a domino. ⁊ legatus in gentibus
missus est. Consurgite. ⁊ consurgamus contra eam
in proelio. Ecce parui dedi te in gentibus. tu
contemptibilis es ualde. Superbia cordis tui extulit te.
habitantem in cauernis petre excelse. in sublimi
posuisti habitaculum tuum. dicens in corde tuo.
quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris
quasi aquila. ⁊ si inter sidera ponas nidum tuum.
inde detrahet te dicit dominus. Si fures introissent
tibi. si latrones nocturni quomodo conticuisti?
nonne furati sunt quod sufficiebat eis? Si uindemia
tores uenissent tibi. nonne reliquissent racemum?
Quomodo scrutati sunt esau. scrutati sunt abscon
dita eius? Usque ad terminum eiecerunt te omnes
uiri fœderis tui. seduxerunt te. ⁊ preualuerunt
aduersum te uiri pacifici tui. Qui comedebant panem
tuum. ponebant insidias subter te. non est prudentia
in eo. Numquid non in die illa dicit dominus. perdam
sapientes de idumea. ⁊ prudentiam de monte esau?
Et contristabuntur fortes tui austri. ut auferatur
uir de monte esau per occisionem. Propter iniquitatem
fratris tui iacob. operient te confusio. ⁊ peribis in
eternum. In die illa stante contra eum. in die qua
captiuauerunt alienigene fortitudinem eius. ⁊ ingressi
sunt portas eius. ⁊ super ierusalem sortiti sunt.
tu quasi unus ex eis. Et non sustinebis in die
illa super fratrem tuum in die peregrinationis eius.
Et non lętaberis super filios iuda in die perditionis
eorum. Et non magnificabis os tuum in die tribu
lationis. Ingressus es portam populi mei in die
ruine eorum. Et tu non sustinebis malum eius in
die ruine eius. Et non extendes in substantiam
eius in die ruine eius. Et non stabis in exitu
eius. Et non tradas reliquias eius in die tribu
lationis. Quia iuxta est dies domini super omnes
gentes. Sicut fecisti. sic fiet tibi. retributionem
tuam conuertet in caput tuum. Quia sicut bibistis
in monte sancto meo. bibent omnes gentes semper.
Et bibent. ⁊ absorbebunt. ⁊ erunt quasi non sint.
Et in monte sion erit saluatio. ⁊ erit sanctus.
Et non possidebit domus iacob eos qui se possederant.
Et erit domus iacob ignis. ⁊ domus ioseph flamma.
⁊ domus esau stipula. ⁊ succendent eos. ⁊ deuorabunt
eos. Et non erit reliquie domui esau. quia dominus
locutus est. Et possidebunt hi qui ad austrum sunt
montem esau. ⁊ qui habitant campestria philistiim.
Et possidebunt agrum ephraim. ⁊ agrum samarie.
Et benjamin possidebit galaad. Et transmigratio
exercitus filiorum israel omnia loca chanaan usque
ad sarepta. Et transmigratio ierusalem que in bos
phoro est possidebit ciuitates austri. Et ascendent
saluatores de monte sion iudicare montem esau.
⁊ erit domino regnum. Explicit abdyas. Incipit
prophetia ionę.

Et factum est uerbum domini ad ionam filium amathi
dicens. Surge. ⁊ uade in niniuen ciuitatem grandem.
⁊ clama super eam. quia ascendit malitia eius
coram me. Et surrexit ionas ut fugeret in tharsis
a facie domini. ⁊ descendit in ioppen. ⁊ inuenit
nauem transeuntem in tharsis. ⁊ dedit nauli eius.
⁊ descendit in eam ut iret cum eis in tharsis a
facie domini. Dominus autem emisit spiritum
magnum in mare. ⁊ facta est tempestas magna in
mari. ⁊ nauis quassabatur. ⁊ periclitabatur ut
frangeretur. Et timuerunt nautę. ⁊ clamauit
unusquisque ad deum suum. ⁊ proiecerunt uasa
que erant in nauibus in mare. ut leuiores fierent
ab eis. Ionas autem descendit in interiora nauis.
⁊ dormiebat sopore grauissimo. Et accessit ad
eum gubernator. ⁊ dixit ei. quid tu dormis?
Surge. ⁊ inuoca deum tuum. ne forte recogitet
deus de nobis. ut non pereamus. Et dixit unus
quisque ad proximum suum. Uenite. ⁊ mittamus
sortes. ut sciamus cuius causa malum hoc sit
nobis. Et miserunt sortes. ⁊ cecidit sors super
ionam. Et dixerunt ad eum. Indica nobis cuius
causa malum hoc sit nobis. Quod opus tuum?
⁊ unde uenis? Quę terra tua? ⁊ de quibus populis
es tu? Et dixit ad eos. Hebreus ego sum. ⁊ deum
celi ego timeo qui fecit mare ⁊ aridam. Et timue
runt uiri timore magno. ⁊ dixerunt ad eum.
Quare fecisti hoc? Cognouerunt enim uiri quia a
facie domini fugiebat. quia retulerat eis. Et dixerunt
ad eum. Quid faciemus tibi. ut quiescat mare a
nobis? Quia mare ingrediebatur ⁊ tempestuabat.
Et ait ad eos. Tollite me. ⁊ mittite in mare. ut
quiescat mare a uobis. Scio enim ego quia propter
me tempestas hec uenit super uos. Et uiri uehe
menter remigabant ut reuerterentur ad aridam.
⁊ non ualebant. quia mare ingrediebatur ⁊ tempestuabat
aduersum eos. Et inuocauerunt ad dominum. ⁊ dixerunt.
Obsecramus domine ne pereamus in anima uiri huius.
⁊ ne des super nos sanguinem innocentem. Tu enim
domine sicut uoluisti. ita fecisti. Et tulerunt
ionam. ⁊ miserunt eum in mare. ⁊ stetit mare a
feruore suo. Et timuerunt uiri timore magno
dominum. ⁊ uouerunt uota domino. Et parauit
dominus piscem grandem ut deglutiret ionam.
Et erat ionas in uentre piscis tribus diebus ⁊ tribus
noctibus. Et orauit ionas ad dominum deum suum
de uentre piscis. Et dixit. Clamaui de tribulatione
mea ad dominum. ⁊ exaudiuit me. De uentre inferi
clamauit oratio mea. ⁊ audisti uocem meam. Et
proiecisti me in profundum in corde maris. ⁊ flumen
circumdedit me. Omnes gurgites tui. ⁊ fluctus tui
super me transierunt. Et ego dixi. Abiectus sum
a facie oculorum tuorum. Uerumtamen rursus
uidebo templum sanctum tuum. Circumdederunt
me aque usque ad animam meam. abyssus uallauit
me. Alge inuolute sunt capiti meo. Ad extremum
montium descendi. terre uectes concluserunt me in
eternum. Et subleuabis de corruptione uitam meam
domine deus meus. Cum anxiaretur in me anima
mea. domini recordatus sum. Et ascendit ad te
oratio mea. ad templum sanctum tuum. Custodientes
uanitates frustra misericordiam suam derelinquunt.
Ego autem in uoce laudis immolabo tibi. quecumque
uouero reddam. Salutare domino. Et dixit dominus
piscis. ⁊ euomuit ionam in aridam. Explicit
prophetia ionę. Incipit prophetia michee.

Uerbum domini quod factum est ad michee morasthi
te in diebus ioathan. ⁊ achaz. ⁊ ezechie regum iuda.
quod uidit super samariam ⁊ ierusalem. Audite
populi omnes. ⁊ attendat terra ⁊ plenitudo eius.
⁊ sit dominus deus testis uobis. dominus de templo
sancto suo. Quia ecce dominus egredietur de loco
suo. ⁊ descendet. ⁊ calcabit super excelsa terre.
Et consumentur montes subter eum. ⁊ ualles scin
dentur. sicut cera a facie ignis. ⁊ sicut aque que
decurrunt in precipitium. Omnia hec propter
scelus iacob. ⁊ propter peccata domus israel.
Quod scelus iacob nonne samaria? Et que excelsa
iuda nonne ierusalem? Et ponam samariam quasi
acerum lapidum agri. quasi plantaria uineę. ⁊ deiciam
in uallem lapides eius. ⁊ fundamenta eius reuelabo.
Et omnia sculptilia eius comminuentur. ⁊ omnia
donaria eius igne succendentur. ⁊ omnia simulacra
eius ponam in desolationem. quia de mercede meretricis
congregauit ea. ⁊ usque ad mercedem meretricis
reuertentur. Super hoc planctum faciam. ⁊ ululatum.
Uadam spoliatus ⁊ nudus. faciam planctum quasi
draconum. ⁊ luctum quasi struthionum. Quia
desperabilis plaga eius. quia uenit usque ad iudam.
tetigit usque ad portam populi mei. usque ad ierusalem.
In gath nolite annuntiare. flentes nolite flere.
In domo pulueris puluere conspergimini. Transite
uobis habitatrix pulchra confusione. Non egressa
est habitatrix bethsafir. Luctus bethazel. auferet
a uobis statum eius. Quia infirmata est que habitat
maroth bona. Quia descendit malum a domino in
portam ierusalem. Domina lachis iunge currum
dromedario. ipsa principium peccati filie sion.
quia in te inuente sunt scelera israel. Propterea
dabis emissiones super hereditatem gath. Domus
mendacii in mendacium regibus israel. Adhuc
heredem adducam tibi habitatrix maresa. Usque
odollam ueniet gloria israel. Decalua ⁊ tondere
super filios delitiarum tuarum. dilata calui
tium tuum quasi aquile. quia captiui ducti sunt
ab te. Ue qui cogitatis iniquitatem. ⁊ operamini
malum in cubilibus suis. In lumine matutino
faciunt. quia contra deum manus eorum. Et
concupierunt agros. ⁊ rapuerunt. ⁊ domos. ⁊ tulerunt.
Et calumniabantur uirum. ⁊ domum eius. ⁊ homi
nem. ⁊ hereditatem eius. Propterea hec dicit
dominus. Ecce ego cogito super familiam hanc
malum. de qua non auferetis colla uestra. ⁊ non
ambulabitis erecti. quia tempus malum est. In die
illa assumet parabolam contra uos. ⁊ cantabit
canticum lamentationis. ⁊ dicet. Uastati sumus
funditus. portionem populi mei commutauit. quomodo
recedet a me? Agros nostros diuisit. Propterea non
erit tibi mittens funiculum sortis in multitudine
in terra domini. Nolite stillare. stillabunt istis.
non apprehendent confusionem. Domus iacob hec
dicta est. Numquid abbreuiatus est spiritus domini?
Hec cogitationes eius? Nonne uerba mea bona sunt
cum eo qui recte graditur? Et e contrario populus
meus in aduersarium surrexit. Desuper pallium
auferentes. fiducialiter transeuntibus. conuersi a
bello. Mulieres populi mei ejecistis de domibus
delitiarum earum. a paruulis earum tulistis honorem
meum in perpetuum. Surgite. ⁊ ite. quia non est
hec requies uestra. propter pollutionem contrahet
uos pollutio pessima. Si ambulans spiritum habens
mendacium loquatur mihi. dicens. Stillabo tibi in
uinum. ⁊ in ebrietate. erit iste predicator populo
huic. Congregatione congregabo iacob uniuersum.
congregans congregabo reliquias israel. Pariter
ponam eum quasi gregem in bosra. quasi pecus in
medio caulium suorum. exultabit a multitudine
hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos.
diuident. ⁊ transibunt portam. ⁊ egredientur per
eam. ⁊ transibit rex eorum coram eis. ⁊ dominus
in capite eorum. Explicit prologus. Incipit
prophetia michee.

Audite principes domus iacob. ⁊ iudices domus
israel. Numquid non uestrum est scire iudicium?
Qui odio habetis bonum. ⁊ diligitis malum. qui
auferentes pellem eorum de super eis. ⁊ carnes
eorum de super ossibus eorum. Qui comederunt
carnes populi mei. ⁊ pellem eorum de super eis
excoriauerunt. ossa quoque eorum confregerunt.
⁊ conciderunt quasi in lebete carnes. ⁊ quasi
carnem in medio ollę. Tunc clamabunt ad dominum.
⁊ non exaudiet eos. ⁊ abscondet faciem suam a
eis in tempore illo. eo quod nequiter egerint in
adinuentionibus suis. Hec dicit dominus super
prophetas qui seducunt populum meum. qui mordent
dentibus suis. ⁊ prędicant pacem. ⁊ si quis non dederit
quippiam in ore eorum. sanctificate super eum
prelium. Propterea nox uobis pro uisione. ⁊ tenebre
uobis pro diuinatione. ⁊ occidet sol super prophetas.
⁊ contenebrabitur super eos dies. Et confundentur
uidentes. ⁊ erubescent diuinantes. ⁊ operient omnes
labia sua. quia non est responsum Dei. Uerumtamen
ego repletus sum fortitudine spiritu domini. iudicio
⁊ uirtute. ut annuntiem iacob scelus suum. ⁊ israel
peccatum suum. Audite hec principes domus iacob.
⁊ iudices domus israel. qui abominamini iudicium.
⁊ omnia recta peruertitis. Qui ędificatis sion in
sanguinibus. ⁊ iherusalem in iniquitate. Principes
eius in muneribus iudicabant. ⁊ sacerdotes eius in
mercede docebant. ⁊ prophete eius in pecunia diuinabant.
⁊ super dominum requiescebant dicentes. Numquid
non dominus in medio nostrum? Non ueniet super
nos malum. Propter hoc causa uestri sion quasi
ager arabitur. ⁊ ierusalem quasi pomorum custodia
erit. ⁊ mons templi quasi excelsa nemorum. Et
erit in nouissimis diebus. preparatus mons domus
domini in uertice montium. ⁊ extolletur super colles.
⁊ fluent ad eum populi. Et properabunt gentes
multe. ⁊ dicent. Uenite. ⁊ ascendamus ad montem
domini. ⁊ ad domum dei iacob. ⁊ docebit nos uias
suas. ⁊ ambulabimus in semitis eius. Quia de sion
exibit lex. ⁊ uerbum domini de ierusalem. Et
iudicabit inter populos multos. ⁊ arguet gentes
fortes usque in longe. Et concident gladios suos
in uomeres. ⁊ lanceas suas in falces. Non leuabit
gens contra gentem gladium. ⁊ non discent ultra
ut prelientur. Et sedebit unusquisque sub uite sua.
⁊ sub ficu sua. ⁊ non erit qui exterreat. Quia os
domini exercituum locutum est. Quia omnes populi
ambulabunt unusquisque in nomine dei sui. Nos
autem ambulabimus in nomine domini dei nostri
in eternum. ⁊ in seculum seculi. In die illa dicit
dominus. congregabo claudicantem. ⁊ eam que
eiecta fuerat congregabo. ⁊ quam afflixi. Et ponam
claudicantem in reliquias. ⁊ eam que longe fuerat
in gentem robustam. ⁊ regnabit dominus super eos
in monte sion. ex hoc nunc ⁊ usque in seculum.
Et tu turris gregis nebulosa filie sion. usque ad te
ueniet. ⁊ ueniet potestas prima. regnum filie ierusalem.
Nunc quare męrore contabescis? Quia rex non est
in te? Aut consiliarius tuus interiit? Quia comprehendit
te dolor quasi parturientem? Dolens parturi. filia
sion quasi mulier. quia nunc egredieris de ciuitate.
⁊ habitabis in regione. ⁊ ueniens usque babylonem.
ibi liberaberis. ibi redimet te dominus de manu
inimicorum tuorum. Nunc congregate aduersum te
gentes multe. que dicunt. Contaminetur. ⁊ uideat
in sion oculus noster. Ipse autem non cognouerunt
cogitationes domini. ⁊ non intellexerunt consilium
eius. quia congregauit eos quasi fęnum aree. Surge
⁊ tritura filia sion. quia cornu tuum ponam ferreum.
⁊ ungulas tuas ponam eneas. ⁊ comminues populos
multos. ⁊ anathematizabis domino rapinas eorum.
⁊ substantiam eorum domino uniuersę terre. Nunc
congregaberis filia latronum. obsidionem posuerunt
super nos. in uirga percutient maxillam iudicis
israel. Et tu bethleem ephrata parua es in milibus
iuda. ex te mihi egredietur qui sit dominator in
israel. ⁊ egressus eius ab initio. a diebus eternitatis.
Propter hoc dabit eos usque ad tempus parientis
parturiet. ⁊ reliquie fratrum eius conuertentur
ad filios israel. Et stabit ⁊ pascet in fortitudine
domini. in sublimitate nominis dei sui. ⁊ conuertentur.
quia nunc magnificabitur usque ad terminos terre.
Et erit iste pax. Assur cum uenerit in terram
nostram. ⁊ cum calcauerit in finibus nostris. Et
suscitabimus super eum septem pastores. ⁊ octo
principes hominum. Et pascent terram assur in
gladio. ⁊ terram nemrod in lancea eius. Et liberabit
de assur cum uenerit in terram nostram. ⁊ cum
calcauerit in finibus nostris. Et erit reliquie iacob
in medio populorum multorum quasi a domino
quasi stille super herbam. que non expectat uirum.
⁊ non exspectat filios hominum. Et erit reliquie
iacob in gentibus in medio populorum multorum
quasi leo inter pecora siluarum. quasi catulus leonis
in gregibus ouium. qui cum transierit. ⁊ conculcauerit.
⁊ ceperit nullus est qui eruat. Exaltabitur manus
tua super hostes tuos. ⁊ omnes inimici tui interibunt.
Et erit in die illa dicit dominus. auferam equos
tuos de medio tui. ⁊ perdam quadrigas tuas. Et
disperdam ciuitates terre tue. ⁊ destruam uniuersa
munimenta tua. Et auferam maleficia de manu tua.
⁊ sortilegi non erunt in te amplius. Et auferam
sculptilia tua. ⁊ statuas tuas de medio tui. ⁊ non
adorabis ultra opera manuum tuarum. Et auferam
lucos tuos de medio tui. ⁊ disperdam ciuitates tuas.
Et faciam in furore ⁊ in indignatione ultionem
in omnes gentes que non audierunt. Explicit
prophetia michee. Incipit prophetia nahum.

Onus niniue. Liber uisionis nahum helcesei. Deus
emulator ⁊ ulciscens dominus. ulciscens dominus
in furore. Uindicans dominus in hostibus suis.
⁊ irascens dominus tribulationibus suis. Dominus
patiens ⁊ magna uirtus. dominus autem non mundans
subuertet in turbine ⁊ tempestate uia eius. ⁊ nubes
puluis pedum eius. Increpans mare ⁊ siccabit illud.
⁊ omnia flumina educet. Infirmatus est basan ⁊
carmelus. ⁊ flos libani infirmatus est. Montes
contremuerunt a facie eius. ⁊ colles commoti sunt.
Et leuata est terra a facie eius. ⁊ orbis ⁊ uniuersi
qui habitant in eo. A facie indignationis eius quis
stabit? ⁊ quis resistet in ira furoris eius? Indignatio
eius sicut ignis. ⁊ petre dissolute sunt ab eo. Bonus
dominus ⁊ fortitudinis. ⁊ sciens sperantes in se.
⁊ in inundatione pertransiens consumptionem faciet
loci eius. Et inimicos eius persequetur tenebre.
Quid cogitatis contra dominum? Consumptionem
ipse faciet. non consurget bis tribulatio. Quia
usque ad spinas quasi inplicati. ⁊ quasi ebrii
ebrietate sua. comedentur quasi stipula arida
plene. Ex te egressus est qui cogitauit contra
dominum consilium malum. consiliarius scelestus.
Hec dicit dominus. Si fuerint pacifici. ⁊ sic plures
tonsi. ⁊ pertransibit. ⁊ humiliabo te. non adiciam
ut humiliem te amplius. Et nunc conteram uirgam
eius de collo tuo. ⁊ uincula tua disrumpam. Et
mandauit super te dominus. ut non seminetur de
nomine tuo amplius. de domo dei tui interficiam
sculptile ⁊ conflatile. ponam sepulchrum tuum.
quia uilis es. Super montes pedes annuntiantis
⁊ predicantis pacem. Celebra iuda festos dies tuos.
⁊ redde uota tua. quia non adiciet ultra ut pertranseat
per te Belial. uniuersus interiit. Explicit prophetia
nahum. Incipit prophetia habacuc.

Onus quod uidit habacuc propheta. Usquequo domine
clamabo. ⁊ non audies? Uociferabor ad te iniuriam
patiens. ⁊ non saluabis? Quare ostendisti mihi
iniquitatem. ⁊ uidere me fecisti laborem? Uastitatem
⁊ iniquitatem contra me factam? Et factus est
contentio. ⁊ iudicium preualuit. Propterea dissipata
est lex. ⁊ non pertransibit usque in finem iudicium.
Quia impius prepedit iustum. propterea egredietur
iudicium peruersum. Uidete gentes. ⁊ intuemini.
⁊ admiramini. ⁊ obstupescite. quia opus factum est
in diebus uestris. quod nullus credet cum narratum
fuerit. Quia ecce ego suscitabo chaldeos gentem
amaram ⁊ festinantem. ambulantem per latitudines
terre. ut possideat tabernacula que non sunt sua.
Horribilis ⁊ terribilis est. de semetipso iudicium
suum ⁊ onus suum egredietur. Super sonipedibus
eius uelociores pardis. ⁊ uelociores lupis uespere.
⁊ diffundentur equites eius. Equites eius de longe
uenient. uolabunt quasi aquila festinans ad uorandum.
Omnes ad rapinam uenient. congregatio facierum
eorum quasi arena. ⁊ ipse de regibus triumphum
faciet. ⁊ principes ludibrium ei erunt. Ipse autem
super omnem munitionem irridebit. ⁊ congregabit
puluerem. ⁊ capiet eam. Tunc mutabitur spiritus
eius. ⁊ transgredietur. ⁊ delinquet. iste fortitudo
sua deo suo. Numquid non tu a seculo domine deus
meus sanctus meus? Et non morieris. domine in
iudicium posuisti eum. ⁊ fortem ad corripiendum
fundasti eum. Purissimorum oculorum es. ne uidere
malum. ⁊ respicere ad iniquitatem non potes. Ut
quid respicis contemnentes? Tacebis cum deuorauerit
impius iustum? Et facies hominum quasi pisces
maris. ⁊ quasi reptile non habens principem? Totum
in hamo attraxit. ⁊ traxit eum in sagena sua. ⁊
congregauit eum in rete suum. Propterea lętabitur
⁊ exultabit. Propterea immolabit sagenę sue. ⁊
adolebit incensum reti suo. Quia in ipsis incrassata
est portio eius. ⁊ cibus eius electus. Propterea
ipse mittet framen suum. ⁊ non parcet semper
occidere gentes. Super custodiam meam stabo. ⁊
figam gradum meum. ⁊ uigilabo ut uideam quid
dicatur mihi. ⁊ quid respondeam obiurganti me.
Respondit autem dominus mihi. ⁊ dixit. Scribe
uisionem. ⁊ explana eam super tabulas. ut percurrat
qui legit eam. Quia adhuc uisio ad tempus. ⁊
respondebit in finem. ⁊ non mentietur. Si moram
fecerit sustine eum. quia ueniens ueniet. ⁊ non
tardabit. Ecce qui incredulus est. non erit recta
anima eius in semetipso. Iustus autem in fide sua
uiuet. Uerumtamen ⁊ diues superbus. ⁊ non
decorabitur. qui dilatauit quasi infernus animam
suam. ⁊ ipse quasi mors. ⁊ non locupletabitur.
Qui congregauit ad se omnes gentes. ⁊ coacernauit
ad se uniuersos populos. Numquid non omnes isti
parabolam accipient contra eum. ⁊ proverbium
⁊ exemplum in enigmatibus eius? Et dicent. Ue
qui multiplicat non sua. usquequo? ⁊ aggrauat
contra se densum aere? Numquid non repente
consurgent qui mordeant te? ⁊ expergiscentur qui
uexent te? ⁊ eris in direptionem eis? Quia tu
spoliasti gentes multas. spoliabunt te omnes reliquie
populorum. propter sanguinem hominis. ⁊ iniquitatem
terre. ciuitatis ⁊ omnium habitantium in ea.
Ue qui auaritiam malam domui suę. ut in excelso
ponat nidum suum. ut liberetur de manu mali.
Consuluisti confusionem domui tuę. conclusisti
populos multos. ⁊ peccauit anima tua. Quia lapis
de pariete clamabit. ⁊ lignum quod inter iuncturas
est respondebit ei. Ue qui ędificat ciuitatem in
sanguinibus. ⁊ parat urbem in iniquitate. Numquid
non hec a domino exercituum? Et deficient populi
in ignem laboris sui. ⁊ gentes frustra laborabunt.
Quia replebitur terra ut cognoscat gloriam domini.
sicut aque maris operientis. Ue qui potum dat amico
suo. mittens fel tuum. ⁊ inebrians ut aspiciat
nuditates eorum. Saturare ignominia pro gloria.
bibe tu quoque. ⁊ consopire. circumdabit te calix
dextere domini. ⁊ uomitus ignominie super gloriam
tuam. Quia iniquitas libani operiet te. ⁊ uastitas
animalium conterrebit te. propter sanguinem hominis.
⁊ iniquitatem terre. ciuitatis ⁊ omnium habitantium
in ea. Quid cogitauit fictor de figmento suo? Cogitauit
ut faceret simulacrum. Ecce ego uidi. dicit dominus.
Quia figmentum mendacii est. ut dicat figmentum
suum. qui fecit illud. ut faciat idola mutum. Ue
qui dicit ligno. Expergiscere. ⁊ lapidi. Surge.
Numquid ipse docebit? Ecce ipse circumdatus est
auro ⁊ argento. ⁊ omnis spiritus non est in uisceribus
eius. Dominus autem in templo sancto suo. Sileat
a facie eius uniuersa terra. Explicit prophetia
habacuc. Incipit prophetia sophonie.

Uerbum domini quod factum est ad sophoniam filium
chusi. filii godolie. filii amarie. filii ezechie. in
diebus iosie filii amon regis iuda. Congregans
congregabo omnia a facie terre. dicit dominus.
Congregans congregabo hominem ⁊ pecus. congregans
congregabo uolatilia celi. ⁊ pisces maris. ⁊ offendicula
cum impiis. ⁊ disperdam homines a facie terre.
dicit dominus. Extendam manum meam super iudam.
⁊ super omnes habitatores ierusalem. ⁊ disperdam
de loco isto reliquias baal. ⁊ nomina ydolorum
cum sacerdotibus. Et eos qui adorant super tecta
militiam celi. ⁊ adorantes ⁊ iurantes in domino.
⁊ iurantes in melchom. Et auertentes se a tergo
domini. ⁊ qui non quesierunt dominum. ⁊ non
inuenerunt eum. Tace a facie domini dei. quia
prope est dies domini. quia parauit dominus hostiam.
sanctificauit uocatos suos. Et erit in die hostie
domini. ⁊ uisitabo super principes. ⁊ super filios
regis. ⁊ super omnes uestitos ueste peregrina.
Et uisitabo in die illa super omnem qui transilit
limen. qui replent domum domini dei sui iniquitate
⁊ dolo. Et erit in die illa. dicit dominus. Uox
clamoris a porta piscium. ⁊ ululatus a secunda.
⁊ contritio magna a collibus. Ululate habitatores
pilę. quia conticuit omnis populus chanaan. disperditi
sunt omnes conflatores argenti. Et erit in tempore
illo scrutabor ierusalem in lucernis. ⁊ uisitabo
super uiros defixos in fecibus suis. qui dicunt in
cordibus suis. Non faciet dominus bene. ⁊ non faciet
male. Et erit fortitudo eorum in direptionem. ⁊
domus eorum in desolationem. ⁊ ędificabunt domos.
⁊ non habitabunt. ⁊ plantabunt uineas. ⁊ non
bibent uinum earum. Prope est dies domini magnus.
prope est ⁊ uelox nimis. Uox amari diei domini.
tribulabitur ibi fortis. Dies ire dies illa. dies
tribulationis ⁊ angustie. dies calamitatis ⁊ miserie.
dies tenebrarum ⁊ caliginis. dies nebule ⁊ turbinis.
dies tube ⁊ clangoris super ciuitates munitas. ⁊
super angulos excelsos. Et tribulabo homines. ⁊
ambulabunt quasi cecis. quia domino peccauerunt.
Et effundetur sanguis eorum quasi humus. ⁊ quasi
stercora medium eorum. Etenim argentum eorum
⁊ aurum eorum non poterit liberare eos in die
indignationis domini. In igne zeli eius deuorabitur
omnis terra. Quia consumptionem ⁊ festinantem
faciet cum omnibus habitatoribus terre. Congregamini
⁊ consolamini gens non amabilis. Antequam pariat
dies quasi uentus transiens. antequam ueniat super
uos ira furoris domini. antequam ueniat super uos
dies furoris domini. Quęrite dominum omnes mansueti
terre. qui iudicium eius operati estis. Quęrite
iustitiam. quęrite mansuetudinem. si quo modo
abscondamini in die furoris domini. Nam gaza
derelicta erit. ⁊ domus in desolationem. Et ędificabunt
domos. ⁊ non habitabunt. ⁊ plantabunt uineas.
⁊ non bibent uinum earum. Ue habitantibus regionem
mare. gens chetthim. Uerbum domini super uos
chanaan terra philistiim. Et perdam te. ut non
sit habitator. ⁊ erit regio pascuis. habitaculis
pastorum. ⁊ caulis ouium. Et erit regio reliquis
domus iuda. ibi pascentur. in domibus ascalonis
requiescent uespere. quia uisitabit dominus deus
eorum super eos. ⁊ auertet captiuitatem eorum.
Audiui opprobrium moab. ⁊ blasphemias filiorum
ammon. in quibus exprobrauerunt populo meo. ⁊
magnificati sunt in finibus eorum. Propterea uiuo
ego. dicit dominus exercituum deus israel. Quia
moab quasi sodoma erit. ⁊ filii ammon quasi gomorra.
possessio urticarum ⁊ fossa salis. ⁊ desolatio usque
in sempiternum. Reliquie populi mei diripient eos.
⁊ residuum gentis mee possidebit illos. Hoc eis
pro superbia sua. quia exprobrauerunt ⁊ magnificati
sunt super populum domini exercituum. Horribilis
dominus super eos. ⁊ tenuabit omnes deos terre.
⁊ adorabunt eum uiri de loco suo. omnes insule
gentium. Uos quoque ethiopes interfecti gladio meo
erunt. Et extendet manum suam super aquilonem.
⁊ perdet assur. ⁊ ponet niniuen in solitudinem.
arida quasi deserta. Et accubabunt in medio eius
greges omnes pecorum. ⁊ onocrotalus ⁊ ericius in
superliminaribus eius morabuntur. Uox cantantium
in fenestra. corax in limine. quia cedrina opera
denudauit. Hec est ciuitas gloriosa que habitabat
confidens. que dicebat in corde suo. Ego sum. ⁊
non est alia præterea. Quomodo facta est in desolationem.
cubile bestiarum omnis transiens per eam sibilabit.
summatione uniqsq uidi. sm anagogen.
in consolationem scorum prophta tecit.
ut quecunqs in mundo uidens. quasi
preterituta 7 caduca extimans. 7 ppa
rent se ad uidendu dicit. ubi ultor aduer
sum nemos assyrios. assumptus e dominus.
Explicit prologus. Incipit argumentum.

Onsola
tor orbis mise
retur. Sacer
dotes
pari calamitate
languorum. i
7 post euersionem ciuitatis loquitur. Ecce
super montes pedes euangelizantis. 7
annuntiantis pacem.

EXPLICIT ARGVMENTVM

INCIPIT
PROPHETA
NAHVM

Liber
Nu
Ve
Le
Ber
Ha
Sio

nis nahum helcheseI. Deus emulator 7
ultiscens dominus. Ultiscens dominus
7 habens furorem. Ultiscens dominus i
hostes suos. 7 irascens inimicis su
is. Dominus patiens. 7 magnus fortitu
dine. 7 mundans non faciet innocentes
Dominus in tempestate 7 turbine uie ei.
7 nebule pulus pedum eius. Increpans
mare 7 exsiccans illud. 7 omnia flumina
ad desertum deducens. Infirmatus est
basan 7 carmelus. 7 flos libani elanguit.
montes commoti sunt ab eo. 7 colles deso
lati sunt. Et exterminata est terra a facie ei
7 orbis 7 omnes habitantes in eo. Ante fa
ciem indignationis eius quis stabit.
Et quis resistet in ira furoris eius. In
dignatio eius effusa e ut ignis. 7 petre
dissolute sunt ab eo. Bonus dominus
7 fortitudo in die tribulationis. 7 sciens
sperantes in se. Et in diluuio preteriens

unte ꝯsumationem faciet loci eius. et
inimicos eius p̃sequentur tenebre.
Quid cogitatis ad dñm? Consum-
mationem ipe faciet. Non ꝯsurget duplex
cogitatio. Quia sicut spine se mutuo
ꝑplectuntur: sic amicorum corum pars
tes: potantium ꝯsumentur. quasi stipu-
la arditate plena. Ex te exibit cogitans
ad dñm malignam. mente pessimas
p̃uaricationem. Hec dicit dominus
deus. Si perfecti fuerint. et ita plures. sic
quoq; attondentur: et pertransibunt. Af-
flixi te. et non affligam te ultra. Et nc
orte iam uirgam eius de dorso tuo. et ium
cula tua dirumpam. Et precipiet sup
te dominus. non seminabitur ex nomi
tuo amplius. De domo dei tui interfi
ciam. Sculptile et conflatile ponam sepul
crum tuum. quia inhonoratus es. Ec
ce super montes pedes euangelizantis.
et annuntiantis pacem. Celebra iudea
festiuitates tuas. et redde uota tua. quia
non adiciet ultra. ut pertranseat in te
belial. Tocius interiit.

Ascendit qui dispergat coram
te: qui custodiat obsidionem
Contemplare uiam. confortа
lombos: robora uirtutem ualde
Quia sicut reddidit dominus superbiam
iacob. sic superbiam isrl. Quia uastatores
dissipauerunt eos. et propagines eorum
corruperunt. Clipeus fortium eius ig
nitus uiri exercitus in coccineis. ignee ba
bene currus. in die preparationis eius.
Et agitatores ꝯsopiti sunt. In uiis
ambulabant sunt. quadrige collise sunt in
plateis. Aspectus eorum quasi lampa
des. quasi fulgura discurrentia. Recor
dabitur fortium suorum. ruent in ambi
bus suis. Velociter ascendent murum eius
et preparabitur umbraculum. Porte flu
uiorum aperte sunt. et templum usq; ad
solum dirutum. Et miles captiuus adductus é. ancille eius mugabũ
tur. gementes ut columbe. murmurã
tes in cordibus suis. Et ninive quasi pi
scina aquarum aque eius. Ipsi uero
fugerunt. State state. et non é qui re
uertatur. Diripite argentum. diripite
aurum. et non finis diuitiarum ex oĩ
bus uasis desiderabilibus. Dissipata est

et scissa. et dilacerata. et cor tabescens. et
dissoluta genicula: et defectio in
omnibus renibus. Et facies omnium sicut nigre
do olle. Vbi é habitaculum leonum. et pa
scua catulorum leonum? Ad quã iuit
leo. ut ingrederetur illuc catulus leonis
et non é qui exterreat. Leo cepit sufficien
ter catulis suis. et necauit leenis su
is. et implenis preda speluncas suas. et
cubile suum rapina. Ecce ego ad te
dicit dominus deus exercituum. et suc
cendam usq; ad fumum quadrigas ei
us. et leunculos tuos comedet gladius
Exterminabo de terra predam tuam.
et non audietur ultra uox nunciorum
eius.

IIII

Ve ciuitas sanguinum uni
uersa mendax. dilacera
tione plena. Non recedet
a te rapina. Vox flagelli et
uox impetus rote. et equi frementes. et qua
drige feruentes. et equites ascendentes. et
micantes gladius. et fulgurantes haste. et
multitudo interfectorum. et grauis ruine. nec
é finis cadaueribus. Et corruent in cor
poribus suis. propter multitudinem for
nicationum meretricis speciose et gratie. et
habentis maleficia. que uendidit gentes in
fornicationibus suis. et familias in maleficiis
suis. Ecce ego ad te dicit dominus
exercituum. et reuelabo uerenda tua in fa
cie tua. et ostendam gentibus nuditatem
tuam. et regnis ignominiam tuam. Et
proiciam super te abhominationes. et
turpitudinis te affligam. et ponam te in exem
plum. Et erit omnis qui uiderit te retro
fugiet aut dicet. Vastata é ninive. Quis
commouebit super te caput? Vnde querã
consolatorem tibi? Numquid melior es
alexandria populosa que habitat in fluui
is aque in circuitu eius. Cuius diuitie
mare. aque murus eius. Ethiopia fortitu
do eius. et egyptus. et non é finis. Affri
ca et libyes fuerunt in auxilio tuo. Sed
tu in transmigrationem ducta é in capti
uitatem. Paruuli eius elisi sunt in capi
te omnium uiarum. et super inclitos eius mi
serunt sortem. et omnes optimates ei
us uincti sunt in compedibus. Et tu ine
briaberis. et eris despecta. et tu quere
auxilium ab inimico. Omnes munitio

nes tuc sicut ficus cum grossis suis. si
xusse fuerint cadent in os comedentis.
Ecce populus tuus mulieres in medio
tui. inimicis tuis ad aperiendū portas
terre tue. Devorabit ignis vectes
tuos. Aquam propter obsidionē hau-
rito. circui munitiones tuas. Intra in lutū
et calca. subigens test̄e latericū. Ibi com
medet te ignis. peribis gladio. devora
bit te ut brucus. Congregare ut brucus.
multiplicare ut locusta. Plures fecisti
negotiationes tuas. quas stelle sunt in
celo. Brucus expansus est. et avolauit.
Custodes tui quasi locuste. et parentes
tui quasi locuste locustarum. que con si
dunt in sepibus die frigoris. Sol ortus
est. et avolauerunt. et non est cognitus lo
cus earum ubi fuerint. Dormitauerunt
pastores tui rex assyr. sepelierunt pri
cipes tui. Lanitant populus tuus in
montibus. et non est qui aggreget. Non est
obsecura contritio tua. pessima est plaga tua.
Omnes qui audierunt auditionem
tuam. applauserunt manuum super te. quia
super quē non transiit malitia tua semper.

Explicit liber nauum prophete. Incipit pro
logus in habacuc prophetā.



Varios pro
phete in ty-
pho
uolumine
nouem.

nec tres in principio lemma. i. ponderis ti
tulum habet. nauum habacuc et malachi
as. Porro zacharias in medio et circa
finem diuersi huiusce modi ponit tituli.
equus onus est onus verbi domini in
terra hadrach. et damasci requiem eius
alter in fine. s. onus verbi domini super
israhel. De nauum oseque tuus. iam li
ber unus editus est. De zacharia et mala
chia. simul comes fuerit disseretur. Nunc habacuc dicamus in manibus. qui
vel ex eo quod amabilis domui est. vocatur
amplexatio. vel quod certamen et luctā
tio interpretari dicam. amplexum cum deo co

gredientis. amplectantis. luctantis sor
tis est nomen. Nullus enim tam audax
et vecors ausus est deum ad disceptationē
iustitie provocare. et dicere ei. cur in rebus
humanis et mundi istius pompa. tanta
rerum diversitas. iniquitas. Vociferabor ad
te iniquitatem patiens. et non saluabis.
Quare ostendis michi iniquitatem et la
borem videre. Lacerata est lex. et non per
venit usque ad finem iudicium. quia impius
prevalet adversus iustum. ideo egredi
tur iudicium perversum. Video quod timendum
sit. et quodammodo blasphemantis in
creatorem suum ad iudicium provocet.
et vas fragile adversus figulum. cur ita
vel tale fecisti sit disputare. Necnon
hec alia adversantium. quasi assumpto ut
pondus. que gravia tam ea dicimus in
prophete visio est. et adversum montanam
regionem pervenisti. Intelligit utique. nec
ut amens loquitur. nec more insanientium
feminarum. dat sine mente sonum.
Unde aptius habet. ut si prophetantibus
aliis aliquid fuerit revelatum. taceant qui
prius loquebantur. Et statim non est
inquit dissentionis locus. si placet. Ex
quo intelligitur. cum quis ex voluntate
tacet. et alii datur locum ad loquendum.
posse et loqui et tacere cum velit. Quando
in extasi. i. mentis loquitur. nec tacere
nec loqui in sua potestate est. Illud quoque
dicet. quia semel ame molestie erigi
tur quasi quosdam gradus et scalas ad
altiora mittens. hystoriam tibi in per
phetam ea vera babilonem. et nabu
chodonosor regem chaldeorum. ut quo
modo prior prophetarum quē habacuc
sequitur. vaticinium huius vera intuitus
et assyrie. qui vastauerant x. tribus que
vocantur israhel. ita habacuc prophetam
fecit adversus babylonem. et nabucho
donosor. a quibus iudas et hierusalem eruptus
quo subuersa sunt. Et ut scias eo tempore
fuisse habacuc. quo iam due tribus que
vocabantur iuda. ducte erant in capti
uitatem. daniel docet te poterit. ad quē
in lacum leonum habacuc cum prandio
mittitur. quamquam apud hebreos hec
ipsa non legatur hystoria. Igitur sive quis
recipit scripturam illam. sive non recipit.
utrumque pro nobis est. Aut enim recipit.

7 posſ: fcām nrm. libr: abacuch recitus; aut ſi non recipit. quaſi prophā ſcribit que uentura cognoſcit. ſm̄z ſecūdm litteram cātus: ad uerſum deum proph̄. cū: nabuchodonoſor: templum dei uaſtaret. 7 urbē. cū: reliq̄s quondā urbe dñi deſtruant. Quare clamet populus 7 nō audiatur. uociferatur ad dñm oppreſſus a chaldeis. 7 non ſaluetur. Quare 7 ipe prophā. uel populus ex cuius perſona loquitur: ad hoc uocetur. 7 hucuſq; perducatus ſit. ut iniquitatem hoſtium. 7 ſuum uideat laborem. cui: muſtica p̄ualet. ad uerſum ſe. Et hec dicat p̄mēs angustia. neſciens animum iniquum eſſe. 7 tres pueros de camino puriores exiſſe q̄s intrauerant. Qs 7 hec grauiter accipere poſſimus. q̄ ex perſona humane impatientie loquatur. ut in querulas uocem. 7 plenam doloribus exumpſit dicens. Quare reſpicis contemptores. 7 tacens conculcante impio uirū ſe: hec autem loquitur neſciens iudicia dei inueſtigabilia. 7 profundum diuitiarum ſapientie. 7 ſcientie eius. q̄ non ita uidet deus ut homo uidet. homo tm̄ preſentia reſpicit. deus futura 7 etern̄ cognoſcit. Et quomodo ſi egrotus ex eſtuans febribꝰ aquam frigidam poſtuler. 7 dicat ad medicum. Vim patior 4 crucior. exanimor. uſq; quo medice 4 clamabo. 7 non exaudies. 7 reſpondeat ei ſapientiſſimus medicus. ſcio quo 4 tempore debeam dare quod poſtulas. ſi miſereor modo. quia mīa iſta crudelitas ē. 7 uoluntas mea ꝓna te petit. ita 7 dominus nr̄ ſciens clementie ſue pōdera atq; menſuras. interdum non exaudit clamantem. ut cum proficere magis prouocet ad orandum. 7 quaſi ignis exercitum uſtorem 7 purificatorem faciat. Quod intelligens apoſtolus 4 to quod miām ē ꝓſecutus a domino. 4 ait. Qs non deficiamus. 7 benedicat dñm in omni tpe. 7 ſcit q̄ qui perſeuerauerit uſq; in finem hic ſaluus erit. 7 gliam: in labore 7 dolore. Et cum uerſutia dicē. Tribulationē 7 miām inuocabo. ut quō modo alius inuocat deum. ſic ſcias me 7 bellator: uincentis. ad exercendū ſe. 7 probandū tribulationem 7 miſeriam inc

nire deſiderat. Explicit prologus ſm̄ incipit argumentū.

Abacuch hicꝰ

tor fortis 7 rigi

dus. ſtat ſuper

cuſtodiam ſuā

7 figit gradus

ſuos ſuper munitionem. ut ꝑ̄m exemplet

in cruce. 7 dicat. Operuit celos gloria

eius. 7 laudis eius plena ē terra. Splē

dor eius ut lux erit. 7 cornua in manibꝰ

eius. ſbi abſcondita ē fortitudo eius. 4

IPOI
ABAH
UCUC
PHRE
T
A

abacuch propheta. uſq; quo domine

clamabo. 7 non exaudies. uociferabor 4

ABACVC PROPHETA

ad te uim patiens. ⁊ non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem ⁊ labores intueri. predam ⁊ iniustitiam ante me. ⁊ Et fuit iudicium ⁊ contradictio potens. Propter hoc tepuit lex. ⁊ non peruenit usq; ad finem iudicium. quia impius preualet aduersus iustum. propter hoc egredietur iudicium peruersum. Aspicite in gentibus ⁊ intuemini. ⁊ admiramini mirabiliter. quia opus operatus sum ego in diebus uestris. quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego suscitabo caldeos. gentem amaram ⁊ uelocem ambulantem super latitudinem terre. ut possideat tabernacula non sua. horribilis ⁊ terribilis. ex semetipsa iudicium ⁊ onus egredietur. Leones pardis equi eius. ⁊ uelociores lupis uespertinis. ⁊ diffundentur equites eius. Equites namq; eius de longe uenient. uolabunt quasi aquila. festinans ad comedendum. Os ad predam uenient. facies eorum uenti urentis. Et congregabit quasi harenam captiuitatem. ⁊ ipse de gregibus triumphabit. ⁊ derisum iudicium eius erunt. Ipse super omnem munitionem ridebit. ⁊ congregabit aggerem ⁊ capiet eam. Tunc mutabit spiritum. ⁊ pertransibit ⁊ corripietur. Hec est fortitudo eius dei sui? Numquid non tu a principio domine deus meus sanctus meus ⁊ non morieris? Domine in iudicium posuisti eum. ⁊ fortem ut corriperes filiasti eum. Mundi sunt oculi tui ne uideas malum. ⁊ respicere ad iniquitatem non potes. Quare non respicis super iniquitatem agentes. ⁊ tacebis deuorante impio iustiorem se. ⁊ facies hominem sicut pisces maris. ⁊ quasi reptile non habens principem? Totum in hamo sublenauit. traxit illud in sagena sua. ⁊ congregauit in rete suum. super hoc letabitur ⁊ exultabit. propterea immolabit. ⁊ sacrificabit reti suo. quia in ipsis incrassata est pars eius. ⁊ cibus eius electus. propter hoc ergo expandit sagenam suam. ⁊ semper interficere gentes non cessat.

III

Super custodiam meam stabo ⁊ figam gradum super munitionem. ⁊ contemplabor ut uideam quid dicatur mihi. ⁊ quid respondeam ad arguentem me. Et respondit mihi dominus. ⁊ dixit. Scribe uisum ⁊ explana eum super tabulas. ut percurrat qui legerit eum. Quia adhuc uisus procul. ⁊ apparebit in finem. ⁊ non mentietur. Si moram fecerit expecta eum. quia ueniens ueniet. ⁊ non tardabit. ⁊ Ecce qui incredulus. non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in fide sua uiuet. Et quomodo unumquemque potatem ⁊ decipit. sic erit superbus uir. ⁊ non decorabitur. Qui dilatauit quasi infernus animam suam. ⁊ ipse quasi mors ⁊ non adimpletur. Et congregabit ad se omnes gentes ⁊ coacernabit ad se omnes populos. Numquid non omnes isti super eum parabolam sument. ⁊ loquelam enigmatis eius? Et dicent. Ue ei qui multiplicat non sua usquequo ⁊ aggrauat contra se densum lutum? Numquid non repente consurgent qui mordeant te. ⁊ suscitabuntur qui lacerantes te. ⁊ eris in rapinam eis? Quia tu expoliasti gentes multas. spoliabunt te omnes qui reliqui fuerunt de populis. propter sanguinem hominis. ⁊ iniquitatem terre ⁊ ciuitatis. ⁊ omnium habitantium in ea. Ue qui congregat auaritiam malam domui suae. ut ponat in excelso nidum suum. ⁊ liberari se putet de manu mali. Cogitasti confusionem domui tuae. Concidisti populos multos. ⁊ peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit. ⁊ lignum quod inter iuncturas edificiorum est respondebit. Ue qui edificat ciuitatem in sanguinibus. ⁊ preparat urbem in iniquitate. Numquid non hec a domino sunt exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne ⁊ gentes in uacuum. ⁊ deficient. Quia replebitur terra ut cognoscant gloriam domini. quasi aque operientes mare. ⁊ Ue qui potum dat amico suo. mittens fel suum ⁊ inebrians. ut aspiciat nuditatem eius. Repletus es ignominia pro gloria. Bibe tu quoque. ⁊ consopire. ⁊ Circumdabit te calix dextere domini. ⁊ uomitus ignominie super gloriam tuam. Quia iniquitas libani operiet te. ⁊ uastitas animalium terrebit eos. de sanguinibus hominum. ⁊ iniquitate terre. ⁊ ciuitatis. ⁊ omnium habitantium in ea. Quid prodest sculptile. quia sculpsit illud fictor suus. conflatile ⁊ imaginem falsam. ⁊ confidit fabricator figmento fictoris sui. ut fa

ABACVC PROPHETA

ceret simulachra multa? Ve qui dicit ligno expergiscere: surge lapidi tacenti. Numquid ipe docere poterit. Ecce ipe coopertus e auro et argento. et omnis spus non e in uisceribus eius. Dominus aut in templo scō suo: sileat a facie eius omnis terra.

Domine audiui auditionē tuam et timui. Domine opus tuum in medio annorum. uiuifica illud. In medio annorum notum facies. cum iratus fueris misericordie recordaberis. Deus ab austro ueniet. et sanctus de monte pharan. Operuit celos gloria eius. et laudis eius plena est terra. Splendor eius ut lux erit. cornua in manibus eius. Ibi abscondita e fortitudo eius. ante faciem eius ibit mors. Et egredient diabolus ante pedes eius. stetit et mensus e terram. Aspexit et dissoluit gentes. et contrita sunt montes seculi. incuruati sunt colles mundi ab itinere eternitatis eius. Pro iniquitate uidi tentoria ethyopie. et uibrabunt pelles terre madian. Numquid in fluminibus iratus es domine. aut in fluuiis furor tuus. uel in mari indignatio tua? Qui ascendes super equos tuos et quadrige tue salutare. Suscitans suscitabis arcum tuum. iurisiurandum tribus que locutus es: Fluuios scindes terra uiderunt te et contremuerunt montes. Egressus aquarum transiit. Dedit abyssus uocem suam. altitudo manus suas leuauit. Sol et luna steterunt in habitaculo suo. in luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis haste tue. In fremitu uulcabis terram. in furore obstupefactes gentes. Egressus es in salutem populi tui. in salutem cum christo tuo. Percussisti caput de domo impiy. denudasti fundamenta eius usq; ad collum. Maledixisti sceptris eius. capita bellatorum eius. uenientes ut turbo ad dispergendum me. Exultatio eorum sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito. Viam fecisti in mari equis tuis. in luto aquarum multarum. Audiui et conturbatus e uenter meus. a uoce contremuerunt labia mea. Ingredietur putredo in ossibus meis. et subtus me scatebit. Ut requiescam in die tribulationis. ut ascendam ad populum accinctum mihi. Ficus enim non florebit. et non erit germen in uineis. Mentietur opus oliue. et arua non afferent cibum. Abscidetur de ouili pecus. et non erit armentum in presepibus. Ego aut in domino gaudebo. et exultabo in deo ihesu meo. Deus dominus fortitudo mea. et ponet pedes meos quasi cernuos. Et super excelsa mea deducet me. victor in psalmis canentem. Explicit abacuc

Incipit plagi sophonie

Hadumbre
brei cuiusciq;
proprie patrie
aut anus po
nanur in titulo.
ipse quoq; fuisse prophas. Unde et amos
unum de xii prophetis. qui dicit non
sum propha. nec filius proprie. s passer
capturum uellicans sicomoros. patri
nomen in titulo non. Dce si uerum est
sophonias prophta quinone ut ita dicam. prophetica et gliosa maior suorum
fuit progenitus e. Huius enim patrem
cusi. amum godoliam. proauum amariam. abiahum ezechiam. et talem quidam. ipe uelut certemus auriga copleuit. Nomen sophonie. aly speculatio
aly archanum dominum transtulerunt.
Siue igitur specula. siue absconditum
domini interpretemur. utrumq; proprie
conuenit. Dicitur enim ad ezechiel. Fili hominis speculatorem te posui domui isrl. Iste ergo propha qui erat in
specula. et in sublimibus stationis. tuo
uerat misteria domini. filius erat chusi qui interpretatur humilitas. Debari
quoq; amum godoliam. qui dicitur magnificio domini. et proauum amarias.
qui et ipe uertitur in simone domini. ar
tiuum ezechiam. qui sonat fortitudo
domini. De fortitudine itaq; domini
natus e simo domini. et de simone domi
nata e magnificio domini. et de magnificione domini nata e humilitas. Vi

SOPHONIAS PROPHETA

cum pueniens aliquis ad pristinum di
cat. quia non sum dignus uocari aplus
Et illud in psalmis. Domine nō é exal
tatum cor meum neq; elati sunt oculi mei.

Incipit argumentum

Sophonias spe
culator. archa
norum domum
cognitor. audi
tor clamorem
a porta piscium. secunda. t
structionem a colle. Indicit quoq; ulu
latum habitatoribus pile. quia conciti sunt
populus chanaan. disperierunt omnes
quoniam immolati sunt argento.

Incipit sophonias propha.

est ad sophoniam filium chusi. filij go

dolie. filij amasie. filij ezechie. in diebus
iosie filij amon regis iude. Congregans
congregabo omnia a facie terre dicit dñs.
Congregans hominem t pecus. congre
volatile celi t pisces maris. Et erunt
ruine impiorum. t disperdam homines
a facie terre. dicit dominus. Et extendas
manum meam sup iudam. t sup omnes ha
bitatores ierusalem. Et disperdam de loco hu
reliquias baal. t nomina edituorum cum
sacerdotibus. t eos qui adorant super tecta
militiam celi. t adorant t iurant in dño
t iurant in melchom. t qui auertuntur a
post tergum domini. t qui non quesierit
dominum. nec inuestigauerunt eum. Si
lete a facie domini dei. quia iuxta é dies
domini. quia preparauit dñs hostiam.
sanctificauit uocatos suos. Et erit in die il
la hostie domini. Visitabo sup principes. t
sup filios regis. t sup omnes qui induti sunt
ueste peregrina. Et uisitabo sup omnē qui
saltat in ingressu. ingredientes sup limen in die illo.
qui replent domum dñi dei sui iniquitate
t dolo. Et erit in die illa dicit dominus
uox clamoris a porta piscium. t ululatus
a secunda. t contritio magna a colle. Ulu
late habitatores pile. Conticuit omnis
populus chanaan. disperierunt omnes
immolati argento. Et erit in tpe illo. t
scrutabor iherusalem in lucernis. t uisitabo sup
uiros defixos in fecibus suis. qui dicunt
in cordibus suis. non faciet bene dominus.
t non faciet male. Et erit fortitudo eo
in direptionem. t domus eorum in des
tructionem. Et edificabunt domos t non habi
tabunt. t plantabunt uineas. t non bibent
uinum earum. Iuxta é dies dñi magni
iuxta é uelox nimis. Vox diei domini
amara. tribulabitur ibi fortis. Dies ire
dies illa. dies tribulationis t angustie.
dies calamitatis t miserie. dies tenebra
rum t caliginis. dies nebule t turbinis.
dies tube t clangoris. sup ciuitates mu
ros. t sup anguleas excelsas. Et tribulabo
homines t ambulabunt ut ceci. quia
domino peccauerunt. Et effundetur
sanguis eorum sicut humus. t corpora
eorum sicut stercora. Sed t argentum eo
rum non poterit liberare eos in
die ire domini. In igne zeli eius deuora
bitur omnis terra. quia consummationem

SOPONIAS

cum festinatione magna: quia ecce ego adducam super uos tempus. III

Congregamini & conuenite gens non amabilis. priusquam pariat ut transeat dies quasi pulueris transeuntem diem. antequam ueniat super uos ira furoris domini. Querite dominum omnes mansueti terre. qui iudicium eius operati. Querite iustum. querite mansuetum si quomodo abscondamini in die furoris domini. Quia gaza derelicta erit. & ascalon in desertum. azotum in meridie eicient. & accaron eradicabitur. Ve qui habitatis funiculum maris. gens cretheorum. Verbum domini super uos. chanaan terra philistinorum. & disperdam te ita ut non sit inhabitator. Et erit funiculus maris requies pastorum & caule pecorum. Et erit funiculus eius qui remanserit domo iuda. Ibi pascentur in domibus ascalonis. ad uesperam requiescent quia uisitabit eos dominus deus eorum. & auertet captiuitatem eorum. Audiui obprobrium moab. & blasphemias filiorum ammon. quæ exprobrauerunt populo meo. & magnificati sunt super terminos eorum. Propterea uiuo ego dicit dñs deus exercituum deus israhel. quia moab ut sodoma erit. & filii ammon quasi gomorra. siccitas spinarum. & cretifodinæ salis. & desertum usque in æternum. Reliquiæ populi mei diripient illos. & residui gentis mee possidebunt eos. & hæc eis euenient pro superbia sua. quia blasphemauerunt & magnificati sunt super populum dñi exercituum. horribilis dominus super eos. & attenuabit omnes deos terræ. Et adorabunt eum uir de loco suo. omnes insulæ gentium. Etiam uos ethiopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet manum suam super aquilonem. & perdet assur. Et ponet speciosam in solitudinem. sicut inuium quasi desertum. Et accubabunt in medio eius greges omnes bestiæ gentium. & onocrotalus. & ericius in limine eius morabuntur. Vox cantantis in fenestra eorum. in superliminari eius. quia attenuabo robur eius. Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia. quæ dicebat in corde suo. Ego sum. & extra me non est alia amplius. Quomodo facta est in desertum cubile bestiæ. Omnis qui transibit per eam. sibilabit. & mouebit manum suam. IIII

Super prouocatricem & redemptam ciuitatem. columbam non audiuit uocem. & non suscepit disciplinam. In domino non confidit. ad deum suum non appropinquauit. Principes eius in medio eius. quasi leones rugientes. iudices eius lupi uespere. non relinquebant mane. Prophetæ eius uecordes. uiri infideles. Sacerdotes eius polluerunt sanctum. iniuste egerunt contra legem. Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem. Mane mane iudicium suum dabit in lucem. & non abscondetur. Nesciuit autem iniquus confusionem. Disperdidi gentes. & dissipati sunt anguli earum. Desertas feci plateas earum. eo quod non esset qui transiret. Desolatæ sunt ciuitates eorum. non remanente uiro. nec ullo habitatore. Dixi. Attamen timebis me. suscipies disciplinam. Et non perdet habitaculum eius. propter omnia in quibus uisitaui eam. Verumtamen diluculo surgentes. corruperunt omnes cogitationes suas. Quapropter expecta me dicit dominus. in die resurrectionis mee in futurum. Quia iudicium meum ut congregem gentes. & colligam regna. & effundam super eos indignationem meam. omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. quia tunc reddam populis labium electum. ut inuocent omnes in nomine domini. & seruiant ei humero uno. Ultra flumina ethyopiæ inde supplices mei. filii dispersorum mei. deferent munus mihi. In die illa non confundaris super cunctis adinuentionibus tuis. quibus prævaricata es in me. quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ. & non addes exaltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in medio tui populum & pauperem & egenum. & sperabunt in nomine domini. Reliquiæ israhel non facient iniquitatem. nec loquentur mendacium. & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa. quia ipsi pascentur. & accubabunt.



PROPHETA

7 non erit qui exterreat. Lauda filia syō
nubila ifl'. letare 7 exulta in omni corde
filia ierlim. Abstulit dominus iudicium
tuum. auertit inimicos tuos. Rex ifl'
dominus in medio tui. non timebis ma
lum ultra. In die illa dicetur ierlim no
li timere. syon non dissoluantur manꝰ
tue. Dominus deus tuus in medio tui
fortis. ipe saluabit. Lętabit sup te
in letitia. silebit in dilectione tua. exul
tabit sup te in laude. Nugas qui ale
ge necesse erant aggregabo. quia ex te erit
ut non ultra leas super eis obprobriū.
Ecce ego interficiam omnes qui affli
xerunt te in tpe illo. 7 saluabo claudi
cantem. 7 eam que electa fuerant aggre
gabo. Et ponam eos in laudem. 7 in
nomen in omni terra confusionis eoꝝ.
in tpe illo quo adducam uos. 7 in tpe
quo aggregabo uos. Dabo enim uos in
nomen 7 in laudē omnib populis terre.
cum conuerto captiuitatem uestram co
ram oculis uris. dicit dns. Explicit so



phonias. ppha
Incipit aggeus p
pheta ob eā
per quem sedē
chie regis i
ury storia li
bri secundi paralipomenon indicat. 7
qui fidem promissam nabuchodono
sor regi chaldeorum non seruauerat. po
pulum ifl' refert cum memorato rege
expugnata ierlim. captiuum in babilo
niam fuisse perductum. Et cum mo
rantis populus. multis tpibus uoluis
mento. etiam effusione sanguinis in
nocentium se grauiter impiissime uoleꝫ
deus gnationem unuersam eiusdem
populi. ob causas memoratas penitꝰ
de perire. Per annorum captiuitatem
eundem populum in regno caldeorum
statuit sustinere. hac ratione ut pleto
numero annorum nouus populus i
munis a memoratis peccatis ad renouā
tionem ierlim perueniret. Sexagesimo
quinto anno regni memorati darii regis p
sarum. aggeus propha a deo missus.
zorobabel qui de tribu iuda erat. qui
potatem regni susceptuus erat. 7 ie
sum filium iosedech sūmum sacerdo
tem admonet. ut credant expleto nūo
annorum tempus restaurationis a
ierlim aduenisse. hoc etiam addito. ne
incredulitatem populi uellent imitari. de quo deus per eum dicit. Populus
hic dicit. Nondum uenit tpus. ut re
dificetur templū dei. Omnia autem
que tempa huius prophie continentur.
conuersionem populi. edificationem
templi. renouationem ciuitatis. ob
seruantiam sacerdotalem. 7 interitum
uniq; secundo anno regno chaldeor
subuersio. cum adhuc xxv annis ad re
gnandum restabat. quod etiam visi
sio tamelis ostendit. cum propter
causam sacrilegii. quod in eadem ui
sione cognouerat fuisse cognitum. darii
qui medis imperabat. ut visi. visio
tamelis ostendit. memoratoꝝ regno
succedit. Cuius primo anno regni.
ury. visio tamelis manifestat. Dari
ei supputatis annis. uidens appropi
quare tpus reuersionis. que per ieremiam fuerat promissa. orans tam
pro se qꝫ pro populo. eandem promis
sionem adeo postulabat impleri. cui
per gabrielem archangelum in eade
uisione uerba preces eiusdem uniuer
se ꝯpleri deus dicit. Iam morientem
superato dario rege medorum. 7 suc
cedente in regno cyro rege persarum
promissione dei ꝯpleta per eundem
regem populumqꝫ ifl'. ierlim reduc
tum. hystoria sti libri paralipomenō.
7 minime esse propter ꝯfirmant. Cū
qꝫ a populo ifl' 7 senioribus templum
dei edificari cepisset. mortuo cyro rege
ac regnante dario rege persarum. qui
memorato cyro successerat. uicine gē
tes ciuitatis ierlim. ut eidem esra refert.
restaurationem templi 7 ciuitatis re
sistendo impedire ceperunt. Quam
tione deterritus populus ifl'. reparā
tionem supradicti templi domini. nec
dum uerba promissionem cessare
esse credebat. Propter quod in secdo
anno regni memorati darii regis p
sarum. aggeus propha a deo missus.
zorobabel qui de tribu iuda erat. qui
potatem regni susceptuus erat. 7 ie
sum filium iosedech sūmum sacerdo
tem admonet. ut credant expleto nūo
annorum tempus restaurationis a
ierlim aduenisse. hoc etiam addito. ne
incredulitatem populi uellent imitari. de quo deus per eum dicit. Populus
hic dicit. Nondum uenit tpus. ut re
dificetur templū dei. Omnia autem
que tempa huius prophie continentur.
conuersionem populi. edificationem
templi. renouationem ciuitatis. ob
seruantiam sacerdotalem. 7 interitum



INCIPIT AGEVS PROPHETA

regnorum. gentium exercituum significans.

incip̄ argumēti.

QVus festiuū
7lenis. qui se
mm.aut mla
crimis. ut in
gaudio metat



destructum templum redificat. dinq;
p:em uidueit loquentem. adhuc unus
modicum q3. 7ego ꝑmouebo celum 7 t̄
ram. mare 7 a:idam. 7 mouebo omnes
gentes. 7 uenient desidera:is ōtis gen
tib⁹. Explic̄ a:gumentum. Incip̄ aggeꝰ ꝓpha:



An
no
Se
Cu
do
da

ii regis. in mense sexto. in die una mēsis
Factum ē uerbum domini in manu aggei
p:ophete ad zoroobabel filium salathiel

ducem iuda. 7 ad iesum filium iosedech.
sacerdotem magnum dicens. Hec dicit
dominus exercituum dicens. populus
iste dicit. Nondum uenit tps domus
domini edificande. Et factum ē uerbum
domini in manu aggei p:ophe. dicens.
Numquid tps uobis est. ut habitetis in
domib⁹ laqueatis. 7 domus ista deserta?
Et nūc hec dicit dominus exercituum.
Ponite corda ura super uias uras. Seia
stis multum 7 intulistis parum. Come
distis 7 non estis saturati: bibistis 7 non
estis inebriati. Operuistis uos 7 n̄ estis
calefacti. Et qui mercedes congregauit. mi
sit eas in saculum pertusum. Hec dicit
dominus exercituum. Ponite corda ura
super uias uras. Ascendite in montem. 7
portate ligna. 7 edificate domum. 7 accep
tabilis michi erit. 7 glificabor dicit dñs.
Respexistis ad amplius: 7 ecce factum est
minus. Et intulistis in domum: 7 exuf
flauit illud. Quam ob causam dic̄ dñs
exercituum. Quia domus mea deserta ē.
7 uos festinatis unusquisq3 in domum
suam. Propt̄ hec super uos prohibita sunt
celi ne darent rorem. 7 t̄a prohibita ē
ne daret germen suum. Et uocaui siccu
tatem super terram. 7 super montes. 7 su
per triticum. 7 super uinum. 7 super oleum.
7 quecumq3 profert humus. 7 super homines
7 super uinea. 7 super omnem laborem
manuum. Et audiuit zorobabel filius
salathiel. 7 iesus filius iosedech sacerdos
magnus. 7 omnes reliquie populi uoci
dei sui. 7 uerba aggei prophe. sicut misit e
um dominus deus eorum ad eos. 7 ti
muit populus a facie dñi. Et dixit aggeꝰ
us nuncius domini. de nunciis domini
populo dicens. Ego uobiscum dicit. d
ominus. Et suscitauit dominus spm
zorobabel filii salathiel ducis iuda. 7
spm iesu filii iosedech sacerdotis mag.
7 spm reliquor̄ de omni populo. 7 igr
si sunt. 7 faciebant opus in domo domi
exercituum dei sui. in die uicesima et
quarta mensis mensis. mense. in anno se
cundo regis.

II

In septimo mense uicesima
prima mensis. factum est
uerbum domini in manu ag
gei prophe dicens. Loque

LIBER·HI EREMIE·

ad zorobabel filium salathiel ducē iudā.
7 ad iesum filium iosedech sacerdotem
magnum. 7 ad reliquos populi dicens.
Quis in uobis ē derelictus. qui uidit
dominum istam in gloria sua prima. et qđ
uidens hanc nunc? Numquid nō
ita ē. quasi non sit in oculis uris? Et
nunc roborare zorobabel dicit dominus.
Et roborare iesu fili iosedech sacerdos
magne. Et confortare omnis populus
terre: dicit dominus exercituum. 7 fa
cite quia ego uobiscum sum dicit dñs
exercituum. Verbum quod pepigi uo
biscum cum egrederemini de terra e
gipti. 7 spūs meus erit in medio uri.
Nolite timere quia hec dicit dominus
exercituum. Adhuc unum modicum ē.
7 ego mouebo celum 7 terram. 7 mare 7 a
ridam. 7 mouebo omnes gentes. 7 ue
nient desiderata cūctis gentib. 7 imple
bo domum istam gloria. dicit dominus
exercituum. Meum ē argentum 7 me
um ē aurum. dicit dominus exercitu
um. Magna erit gloria domus istius no
uissime plusq̄ prime. dicit dñs exerci
tuum. Et in loco isto dabo pacem dicit
dominus exercituum. In xxiiii. 7 quarto
nouo mensis. in anno secundo darij. fūm ē
uerbum domini ad aggeum prophetā
dicens. Hec dicit dñs exercituum. Interroga
sacerdotes legem dicens. Si
tulerit homo carnem sanctificatam in pā
ne uestimenti sui. 7 tetigerit de summitate e
ius panem aut pulmentum. aut uinum
aut oleum. aut omnem cibum. numq̄
sanctificabitur? Respondentes autē sacerdo
tes dixerunt. Non. Et dixit aggeus. Si
tetigerit pollutus in anima ex omnib⁹
his. numquid polluetur? Respon
serunt sacerdotes 7 dixerunt. Polluetur.
Et respondit aggeus. 7 dixit. Sic populus
iste. 7 sic gens ista ante faciem meam. 7
dicit dominus. 7 sic omne opus manu
um eorum. 7 omnia que obtulerunt ibi
polluta erunt. Et nunc ponite cor
da uestra a die hac 7 supra antequā ponere
lapis super lapidem. in templo domi.
cum accederetis ad aceruum. xx. mo
dioꝝ. 7 fierent x. cum ueniretis ad
torcular. ut exprimeretis l. lagenas. 7
fiebant xx. Percussi uos uento uredine
7 grandine in omni opere manuum uestrarum. 7 non fuit in uobis q̄
uertentem ad me dicit dominus. Po
nam corda uestra ex die ista. 7 in futurū.
a die uicesima 7 quarta nouembris.
a die qua fundamenta iacta sunt templi
domini. ponite super cor uestrum. Nūquid iam semen in horreo est. Et a
dhuc uinea 7 ficus 7 malogranatum.
lignum olive non floruit. Ex die i
sta benedicam. Et factum est uerbum
domini secundo ad aggeum in xxiiii. 7 quarto
mensis. dicens. Loquere ad zorobabel
ducem iudā. dicens. Ego mouebo celum 7 terram pariter. 7 subuertā
solium regnorum. 7 conteram fortitudinem regni gentium. 7 subuertā quadrigam 7 ascensorem eius. 7 descendet
equus 7 ascensores eorum. uir i gladio
fratris sui. In die illa dicit dominus
exercituum. Assumam te zorobabel
fili salathiel serue meus dicit dñs.
7 ponam te quasi signaculum. quia e
legi te dicit dominus exercituum. Explicit aggeus. Incipit zacharias.


In mo pphas secundo darij regis medor aggeum 7 za
chariam pro
phetasse lectiones communē declarant
Sz hac de causa. aggeus zacharie mo
dime prophetarum. prelatus ē uidetur
quod cum duobus mensibus ut predicte
lectiones ostendunt. in prophetia pres
sisse inuenitur. 7 ad restaurationē tem
pli precepto dei populum animasse. ut
esra refert dicens. In anno secundo darij re
gis persarum. prophetauerunt aggeus 7
zacharias filius addo prophete. super
iudeos qui erant in iudea 7 in hierusalē in
nomine domini super eos. Tūc
surrexerunt zorobabel filius salathiel
7 iesus filius iosedech. 7 principes eius.
in coeperunt edificare domum dei
que ē in hierusalē. Quibus cum adessent p

phem. exortatione sua adhortantur eos.
Nam populum ihl ab amatione pe-
norum delectorum. per suam ammoni-
nem rem propria cupiens reuocare
uerbis lectione exhibentis ministe ē. Vi-
di nocte. et ecce ait ascendebat sup equu
rubeum et ē. Vnus pro pria unum equo
rubeo scedentem. et stantem in medio
murtea umbrosi. Cuius ministerio be
soluto ē. Vt ascendens equum rubeū
liceat angelus intelligatur. qui quotidie
colens equum ascendere uisus ē. am
dictam sanguine in eam gentem sig
ficat afferendam. que populum ihl
captiuitatem redegerat. Stante ue-
ro in medio murtea umbrantis. quod di
lectam populo affirmam per murtea
significationem uolunt designari. Si
ligni moyses in lenimco cum faceret a
mentionem ait. Accipiens die prima
fructus ligni speciosi ut lectam ppli
per bene olentis ligni. et speciosi umbra
culum demonstrat. Sic per hanc ministe
nem. que liberationē populi iudicta
de aduersarijs affirmam demonstrat.
ob hoc nocti propria se uidisse memo
rat. quia populum ihl in prima libera
tione de terra egipti nocti discessisse
stabat. cuius exempli. quia presens po
pulus aliquam partem in se retinere
metebatur. liberato eundem accreditis
captiuitatis de terra chaldeorum per
noctem prophete ē reuelata. Incip arg.

Zacharias me
morotonum i
sin. multiplex
in prophetia le
sum cum soldi

dis uestibo. et lapidem oculorum. vii.
candelabrum aureum. cum totidē
luceruis quor oculis. duas quoq; oli
uas a sinistris lampadis ceruit. et ait
tris. et post equos rubros. nascos albos. et
dissipatus quadrigas ex effinxit. et
quum de ierlin pauperem regem uati

cinatur. et predicit secretum super pullū
filium asine subiugalis.





anno secundo dari. factum ē uerbum dñi
ad zachariam filium barachie. filium ad
do prophetam dicens. Iratus ē dominus
sup patres uros uehementia. et dices ad eos.
Hec dicit dñs exercituum. Conuertimi
ad me. ait dominus exercituū. et conuer
ar ad uos dicit dñs exercituum. Ne fiat
sicut patres uri. ad quos clamabant prio
phete dicentes. Hec dicit dominus ex
ercituum. Convertimini de uijs uris mal.
et cogitationib uris pessimis. Et nō au
dierunt nec attenderunt ad me. dicit dñs
Patres uri ubi sunt et prophete. Numquid
in sempiternum uiuent. Verumtamen
uerba mea et legitima mea que mandā
ui seruis meis prophetis. nunquid non cō
prehenderunt patres uros. Et reuersi sunt
et dixerunt. Sicut cogitauit dominus
exercituum facere nobis secundum uias uras

LIBER ZACHARIE

ſm ad omnem nationem ſuam: fecit nobis.
in die nouiſſima rq̃uarta mecum miſ-
ſabath. in anno ſo rq̃. frm̃ è uerbū
dominī ad zachariam filium barachi
filium addo prophetam dicens. Vidi p
noctem: & ecce uir aſcendens ſup equū
ruſum. & ipſe ſtabat inter murteta. que
erant in profundo. & poſt eum equi ru
ſi uarii & albi. & dixi. Quid ſunt iſti do
mine mi? Et dixit ad me angelus. q̃
qui loquebatur in me. Ego oſtendam
tibi quid ſint hec. Et reſpondit uir qui
ſtabat inter murteta. & dixit. Iſti ſunt
quos miſit dominus. ut perambula
rent terram. Et reſpexerunt angelo dñi.
qui ſtabant inter murteta. & dixerunt.
perambulauimus terrā. & ecce omnis
terra habitat. & quieſcit. Et reſpondit ang̃e
lus dñi & dixit. Domine exercituum.
uſq; quo tu non miſereberis ieruſalem &
urbium iudę. quibus iratus es. iſte ſa
ſeptuageſimus annus è? Et reſpondit
dominus angelo. qui loquebatur in
me. uerba bona uerba conſolatoria. Et
dixit ad me angelus. qui loquebatur
in me. Clama dicens. Hec dicit dñs
exercituum. Zelatus ſum ieruſalem & ſyō
zelo magno. & ira magna. ego irascor
ſuper gentes opulentas. quia ego iratus
ſum parum. ipſe uero adiuuerunt in
malum. Propterea hec dicit dominus
Reuertar ad ieruſalem in miſericordijs. Do
mus mea edificabitur in ea. ait do
minus exercituum. & perpendiculum
extendetur ſuper ieruſalem. Adhuc clamā
dicens. Hec dicit dominus exercitu
um. Adhuc affluent ciuitates mee bo
nis. & conſolabitur dominus adhuc
ſyon. & eliget adhuc ieruſalem. Et leuaui
oculos meos & uidi. & ecce quatuor cor
nua. Et dixi ad angelum qui loq̃batur
in me. Quid ſunt iſte? Et dixit ad me.
Hec ſunt cornua que uentilauerunt
iudam. & ieruſalem. & iſrl. Et oſtendit mi
hi dominus quatuor fabros. & dixi. Q
Quid iſti uenerunt facere? Qui autē di
cens. Hec ſunt cornua que uentilauerūt
iudam per ſingulos uiros. & nemo cor
leuauit caput ſuum. Et uenerunt iſti
deterrere ea. ut detruncent cornua gen
que eleuauerunt cornu ſuper terram

uias ut diſpergerent eam. III

Et leuaui oculos meos & uidi. & ecce uir. & in manu ei⁹
funiculus menſorum. & dixi. Quo tu uadis? Et dixit
ad me. ut metiar ieruſalem & uideam. quā
ſit latitudo eius. & quanta ſit longitudo
eius. & ecce angelus qui loquebatur
in me. egrediebatur. & alius angelus
egrediebatur in occurſum eius. & dixit
ad eum. Curre & loquere ad puerum
iſtum. dicens. Abſq; muro habitabitur
ieruſalem. pre multitudine hominum & iu
mentorum in medio eius. Et ego ero
ei ait dominus murus ignis in circuitu
& in gloria ero in medio eius. O.
o.o. fugite de terra aquilonis. dicit
dominus. qui in quatuor uentis celi.
diſperſi uos dicit dominus. O ſyon
fuge que habitas apud filiam babyloſ.
quia hec dicit dominus exercituum.
poſt gloriam miſit me ad gentes. que
ſpoliauerunt uos. Qui enim tangit
uos. tangit pupillam oculi mei. Quia
ecce ego leuo manum meam ſuper eos.
& erunt preda his. qui ſeruiebant ſibi
& cognoſcetis quia dominus exercitu
um miſit me. Laudā & letare filia ſy
on. quia ecce ego uenio. & habitabo in me
dio tui. dicit dominus. Et applica
buntur gentes multe ad dñm in die
illa. & erunt mihi in populum. & habi
bo in medio tui. Et ſcies quia dominus
exercituum miſit me ad te. Et poſſide
bit dñs iudam partem ſuam. in terra
ſanctificata. & eliget adhuc ieruſalem. Sileat
omnis caro a facie dñi. quia ſurrexit
de habitaculo ſco ſuo.

Et oſtendit mihi dñs ieſum ſacer
dotem magnum ſtantē co
ram angelo dñi. & ſathan
ſtabat a dextris eius. ut ad
uerſaretur ei. Et dixit dñs ad ſathan.
increpet dñs in te ſathan. & increpet dñs
in te qui elegit ieruſalem. Nunquid nō iſte
torris è erutus de igne? Et ieſus erat
indutus ueſtibus ſordidis. & ſtabat ante
faciem angeli. Qui reſpondit. & ait ad eos.
qui ſtabat coram ſe dicens. Auferte
ueſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad e
um. Ecce abſtuli a te iniquitatē tuā.

LIBER

rundum te mutatorias. Et dicit. Ponite
cydarim mundam. super caput eius. Et
posuerunt cydarim mundam super caput
eius. et induerunt eum uestibus. Et angelus dñi
domini stabat. et testabatur angelus dño
iesum dicens. Hec dicit dominus exercituum. Si in uijs meis ambulaueris. et
custodiam meam custodieris. tu quoque
iudicabis domum meam. et custodies atria mea. et dabo tibi ambulantes de his
qui nunc hic assistunt. Audi iesu sacerdos magne. tu et amici tui. qui habitant
coram te. quia uiri portentantes sunt. Ecce enim ego adducam seruum meum
orientem. quia ecce lapis quem dedi coram iesu. super lapidem unum. vij. oculi
sunt. Ecce ego celabo sculpturam eius.
ait dominus exercituum. et auferam iniquitatem terre illius in die una. In die
illa dicit dominus exercituum. uocabit
unus amicum suum. subter uineam suam.
et subter ficum.

IIII

Et reuersus est angelus qui
loquebatur in me. et suscitauit me. quasi uirum qui suscitatur de somno suo. Et
dixit ad me. Quid tu uides. Et dixi.
Vidi et ecce candelabrum aureum totum
et lampas eius super caput ipsius. et vij lucerne eius super illud. et vij infusoria lucernis. que erant super caput illius. et duo
oliue super caput illud. una a dextris lapidis. et una a sinistris eius. Et respondi et
aio ad angelum qui loquebatur in me
dicens. Quid sunt hec domine mi. Et respondit angelus qui loquebatur in me.
et dixit ad me. Numquid nescis quid
sunt hec. Et dixi non domine mi. Et
respondit. et ait ad me dicens. Hec est uerbum
domini ad zorobabel dicens. Non in
exercitu tuo robore. sed in spiritu meo. dicit
dñs exercituum. Quis tu mons magne coram zorobabel in planum. Et educet lapidem primarium. et exclamabit
gratiam gratie eius. Et factum est uerbum dñi
ad me dicens. Manus zorobabel fundauerunt domum istam. et manus eius
perficient eam. et scietis quia dominus
exercituum misit me ad uos. Quis enim
despexit dies paruos. Et letabuntur et
uidebit lapidem stagneum in manu

zorobabel. Septem sunt isti oculi domini.
qui discurrunt in uniuersam terram. Et
respondi et dixi ad eum. Quid sunt duo
liuee iste ad dexteram candelabri. et ad si
nistram eius. Et respondi secundo et dixi ad eum.
Quid sunt due spice olivarum que sunt
iuxta duo rostra aurea. in quibus sunt
fistule aurea. Et ait ad me dicens.
Numquid nescis quid sunt hec. Et dixi. Non domine mi. Et dixit. Isti sunt
duo filij olei. qui assistunt domino totius
universe terre.

V

Et conuersus sum et leuaui oculos meos. et uidi et ecce uolumen uolans. et dixit ad
me. Quid tu uides. Et dixi. Ego uideo uolumen uolans. Longitudo eius xx cubitorum. et latitudo eius
x. cubitorum. Et dixit ad me. Hec est maledictio que egreditur super faciem omnis
terre. Quia omnis fur. sicut ibi scriptum
est iudicabitur. Et omnis iurans et hec fal
iudicabitur. Educam illud dicit dñus
exercituum. et ueniet ad domum furis. et ad
domum iurantis in nomine meo mendaciter. et commorabitur in medio domus eius.
et consumet eam. et lignum eius et lapides eius.
Et egressus est angelus qui loquebatur in
me. et dixit ad me. Leua oculos meos et
uide. quid est hoc quod egreditur. Et dixi
Quid nam est. Et ait. Hec est amphora egrediens. Et dixit. Hic est oculus eorum in
universa terra. Et ecce talentum plumbi
portabatur. Et ecce mulier una sedens in
medio amphore. et dixit. Hec est impietas.
Et proiecit eam in medio amphore. et misit
massam plumbeam in os eius. Et leuaui oculos meos et uidi. et ecce due mulieres
egredientes. et spiritus in alis earum. Et habebant alas quasi alas milui. et leuauerunt
amphoram inter celum et terram. Et dixi
ad angelum qui loquebatur in me. Quo
iste deferunt amphoram. Et dixit ad
me. Vt edificetur ei domus in terra sennaar. et stabilitus et ponatur ibi super basem
suam.

VI

Et conuersus sum et leuaui oculos meos. et uidi. Et ecce
quatuor quadrige egredientes de medio duorum montium. et montes. montes ærei. In qua

ZACHARIE.

origa prima equi rufi. 7 in quadriga fi
equi nigri. 7 in quadriga tertia equi al
bi. 7 in quadriga quarta. equi uarii 7 fortes.
Et rndi 7 dixi ad angelum qui loq̃batur
in me. Quid sunt hæc. dñe mi? Et
rndit angelus. 7 ait ad me. Ish sunt qui
uenti cæli. qui egrediuntur ut stent co
ram dño terræ. in qua erat
equi nigri. egrediebantur in terrã aquilo
nis. 7 albi egressi sunt post eos. Et
uarii egressi sunt ad terrã austri. Qui
dã erant robustissimi. exierunt. 7 q̃
rebant ire. 7 discurrere per omnẽ terrã.
Et dixit. Ite 7 perambulate terram. Et
perambulauerunt terrã. Et uocauit me.
7 locutus ẽ ad me dicens. Ecce qui
grediuntur terrã aquilonis. requiescere
fecerunt spm meum in terra aquilonis.
Et factum est uerbum dñi ad me dicens.
Sume a transmigratione ab oldai. 7 a tobi
7 abidaia. 7 uenies tu in die illa. 7 intra
bis in domum iosie filij sophonie. qui
uenerunt de babilone. 7 sumes aurum
7 argentum. 7 facies coronas. 7 pones i
capite iesu filij iosedech sacerdotis ma
gni. 7 loqueris ad eum dicens. Hæc dicit
dominus exercituum dicens. Ecce uir
oriens nomen eius. 7 subter eum orie
tur. 7 ædificabit templum dño. Ipse por
tabit gliam. 7 sedebit 7 dñabitur super
solio suo. Et erit sacerdos super solio suo
7 consilium pacis erit inter illos duos. Et
coronæ erunt helem. 7 tobie 7 idaie 7 hen
filio sophonie. memoriale in templo
dñi. Et qui procul sunt. uenient 7 ædi
ficabunt in templo domini. 7 scietis q̃
dominus exercituum misit me ad uos.
Erit autẽ hæc si audiendo audieritis uocem
domini dei uri.

VII

Et factum ẽ in anno quarto
dario regis. factum ẽ uerbum
domini ad zachariam. in
quarta die mensis noni. q
ẽ casleu. Et miserunt ad domum dei sa
rasar 7 regomelech. 7 uiri qui erant eius
et. ad deprecandam faciem domini. ut
dicerent sacerdotibus domus dñi exercituũ.
7 prophetis loquentes. Numquid loquẽ
dum ẽ mihi in mense quinto. uel sanc
tificare me debeo. sicut iam feci multis an
nis? Et factum ẽ uerbum dñi exercituũ
ad me dicens. Loquere ad omnẽ popu
lum terræ. 7 ad sacerdotes. dicens. Cum je
iunaretis 7 plangeretis in quinto 7 sep
timo mense per hos septuaginta annos
numquid ieiunium ieiunastis mihi?
Et cum comederetis 7 bibistis. nunq̃d
non uobis comedistis. 7 uobis metipsis
bibistis? Numquid non sunt uerba. q̃
locutus ẽ dominus in manu prophetarũ
priorum. cum adhuc habitaretur hierusalem. 7
cẽt opulenta. 7 ipsa 7 urbes in circuitu ei.
7 ad austrum 7 in campestribus habitaretur? 7
Et factum ẽ uerbum domini ad zachariam
dicens. Hæc ait dominus exercituum
dicens. Judicium uerum iudicate. 7 misericordias
7 miserationes facite. unusquisq; cum
fratre suo. 7 uiduam 7 pupillum 7 aduenam
7 pauperem nolite calumniari. 7 malum
uir fratri suo non cogitet in corde suo. Et
noluerunt attendere. 7 auertentes scapu
lam recedentem. 7 aures suas aggra
uauerunt ne audirent. 7 cor suum po
suerunt ut adamantem ne audirent le
gem. 7 uerba que posuit dominus exer
cituum in spu suo. per manum prophe
rum priorum. Et facta ẽ indignatio ma
gna a dño exercituũ. Et factum ẽ sicut
locutus ẽ. 7 non audierunt. sic clama
bunt 7 non exaudiam dicit dominus.
exercituum. Et dispersi eos per omnia
regna que nescierunt. 7 terra desolata ẽ
ab eis. eo q̃ non ẽt transiens 7 rediens
tens. Et posuerunt terram desiderabi
lem in desertum

VIII

Et factum ẽ uerbum domi
exercituum. dicens. Hæc
dicit dominus exercituũ.
Zelatus sum sion zelo mo
gno. 7 indignatione magna. zelatus
sum eam. Hæc dicit dominus exercituũ.
Reuertar ad sion. 7 habitabo in me
dio ierlim. 7 uocabitur ierlim ciuitas ue
ritatis. 7 mons domini exercituum. 7
mons sanctificatus. Hæc dicit dñs exercitu
um. Adhuc habitabunt senes 7 anus in
plateis ierlim. 7 uir baculus in manu
eius. pre multitudine dierum. Et pla
tee ciuitatis replebuntur infantibus et
puellis ludentibus in plateis eius. Hæc
dicit dominus exercituũ. Si difficile
uidebitur in oculis reliquiarum popli



LIBER

Nouum opus me facere cogis. ex ueteri ut post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa: quasi quidam arbiter sedeam. et quia inter se uariant que sint illa que sint greca ꝓsentiant ueritati de cernam. Quis labor. ꝙs periculosa ꝓfessio. iudicare de ceteris ipm ab omnibus iudicandum. senex mutare linguam. canescentem tam mundum. ad infantiam retrahere parulorum. Quis enim doctus parum: uel indoctus. cum ta manu uolumen assumpserit. ta salua quam semel imbibit aure discrepare quod legentur. non statim eum parat in uocem me falsarium me clamans cę sacrilegii q' audeam aliquid in ueteribus libris addere. corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me ꝙsolatur. Quod tu qui summus sacerdos es hoc iubes. et uerum non ę quod narratur etiam maledicorum testimonio ꝓbatur. Si enim latinis exemplaribꝫ fides ę adhibenda respondeant. quibꝫ tot sunt ecclesiarum pene quot codices. Sin autem ueritas ę querenda de pluribꝫ: cur non ad grecam originem reuertentes ea q̄ uel a uitiosis interpretibꝫ male edita uel a presumptoribꝫ imperitis emendata perperam sunt. uel a librariis dormitantibꝫ. aut addita sunt. aut mutata corrigimus? Neq; uero ego de ueteri disputo testamento. quod a lxx senioribus in grecam linguam uersum: certo gradu ad nos usq; uenit. Non queo quidem aquila. quid symachus sapiant: quarta exadtorum inter nouos et ueteres. medioceda. Sit illa uetus interpretatio q̄s apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento quod grecum esse non dubium ę: excepto apostolo matheo qui primus in iudea euangelium xpi hebraicis latinis edidit. Hic certe cum in nouo fermone discordat. et dum sensus sensuum tramites ducit. uno de fonte querendus ę. Pretermitto eos codices. quos a luciano et hesichio nuncupatos. paucorum hominum asserit peruersa ꝓtervitas. Quibꝫ utinam nec in ueteri testamento. post lxx interpretes emendare quid licuit. nec in nouo profiteri emendasse. cum multarum gentium linguis scripturę ante translatę doceat falsa ce que addita sunt. Igitur hec presens pręfatiuncula polliceatur: quatuor tantum euangelia. quorum ordo iste ę. Matheus. Marcus. Lucas. Johannes. codicum greco: emendata collatione. Si ueteres quę ne multum a lectionis latinę suetudine discrepent. ita calamo ingenio animus. ut bis tantum que sensum mutabant: mutare correctis. reliqua manere patiemur: ut fuerant. Canones quoq; quos eusebius cesariensis. hesichius alexandrinum secutus ammonuit. per numeros ordinauit. sicut in greco habentur expressimus. Quos si quis de curiosis uoluerit nosse que in euangelistis uel eadem uel uicina. uel sola sint. cognoscat. Magnus sic̄ hinc in nostris codicibꝫ error: molentibus dum q' in eadem re alius euangelista plus dixerit. in alio quia minus posuerunt addiderunt. uel dum eundem sensum alius aliter expressit. ille qui unum ex quatuor primum legerat. ad eius exemplum ceteros quoq; existimauerit emendandos. Unde accidit. ut apud nos mixta sint omnia. ut in marco plura. luce atq; matheo: rursum in matheo iohannis et marci. et in ceteris reliquorum. que in aliis propria sunt inuenientur. Cum itaq; canones legeris. qui subiecti sunt. sectionis errore sublato. et simul omnium scies. et singulis sua queq; restituies.

In canone primo coordinat quatuor. matheus. marcus. lucas. iohannes.

In canone secundo tres. matheus. marcus. lucas

In canone tertio tres. matheus lucas solus.

In canone quarto tres matheus marcus solus.

In canone quinto duo matheus lucas.



In canone vi. duo. matth. marcus
In canone vij. duo. marcus iohes.
In canone viij. duo. lucas marcus.
In canone nono. duo. lucas. iohes.
In canone decimo. propria unusq;
q; que non habent in aliis edidere.
In singulis uero euangelistis ab
initio incipiens. usq; ad finem li
brorum disparnumerus uicissitudine
nigro colore perscriptus. scit se haber
alium ex numero numerum discolores
qui ad x. usq; procedens indicat prio
numerus in quo sit canone requirendo
Cum igitur aperto codice uerbi gratia
illud. siue illud capitulum scire uolueri
cuius canonis sit. statim ex subiecto
numero colligens. Et recurrens ad
principia. in quibus canonum è distinc
tio agnites. eademq; statim canone ex
tractio fronti inuento. illum què quë
bas numerum eiusdem euangeliste. q
ipè ex inscriptione significatur. inuenies
atq; eiusdem ceterorum tramitibus ispecti
quos numeros eiusdem lectionis habeant ordo
bis. Et cum scieris recursis ad uolumi
singulorum. & sine mora reperis nume
ros quos ante figuraueras reperies. & lo
ca in quibus. uel eadem uel uicina dice
runt. Opto ut in ipo ualeas. & memine
ris mei papa beatissime. Incipit alius prologus.

Quinque fuisse qui
euangelia scripse
runt. ut lucas eu
angelista testatur
dicens. Quoniam quidem multi co
nati sunt. ordinare narrationem rerum
que in nobis opletæ sunt. sicut tradide
runt nobis qui ab initio ipi uiderunt
& ministrauerunt sermonem. & persecu
tionis usq; ad presens ipè monumenta
declarant. que a diuersis auctoribus edi
ta. diuersarum hereseon fuere principia
ut è illud quod iuxta egyptios. thomæ
& mathiam. & bartholomeum. xij. quoq;
aplorum. & basilidis amq; appellis. ac
liquorum. quos enumerare longissi
mum è. cum hoc tantum in presentiarum
necesse sit dicere. certasse quosdam q
sine spiritu & gratia dei conati sunt ma
gis ordinare narrationem quam ysto
riæ texere ueritatem. Quibus iure pot
illum prophetam adaptari. De quib
phetant de corde suo. qui ambulant
post spiritum suum. Qui dicunt hec
dicit dominus. & ipis non misit eos. &
De quibus & saluator in euangelio iobis
loquitur. Omnes qui ante me uene
runt fures fuerunt & latrones. Qui
uenerunt dicit non qui missi sunt. ipè
enim ait. Venerunt ego nó mittebam
eos. Inuentus presumptio temeri
tatis. immissis obsequium seruitutis est.
Ecclesia autem que supra petram domi
nice fundata è. quam manifestissime i
cubiculum suum. & ad quam per foramen
descensionis occulte misit manum suam
similis damule humilisq; cernorum. &
quatuor fluminum paradisi instar euc
tuans. quatuor & angulos & annulos hab
per quos quasi archa testamenti. & cu
stos legis dominus. lignis mobilibus ne
bimur. Quorum omnium matheus est
publicanus cognomento leui. qui eu
angelium in iudea hebraico sermone edidi
ob eorum uel maxime causam qui in
iesum credituri erant ex circumcisione. & nequaq;
legis umbra succedente euangelij ueri
tatem fugabant. Secundus marcus i
terpres. apli petri. cui ille euangelium
primus episcopus. qui dum quidem sal
uatorem ipè non audierat. sed ea que magis
audierat predicantem. iuxta fidem a
magis gestorum narrauit quam ordi
nem. Tertius lucas medicus. natione
syrus antiocensis cuius laus in euange
lio. qui & ipè discipulus apostoli pauli i
achaie bythinieq; partibus uolumen edi
dit. quedam aliunde inperitus. sicut ipè in
prohemio profitetur. auditis magis q; ui
sa describens. Quorum iohes apls & eua
gelista. quem ihesus amauit plurimum
qui supra pectus domini recumbens.
purissima doctrinarum fluenta potauit
& qui solus de cruce meruit audire ec
ce mater tua. Is cum esset in asya. & las
tum hereticorum semina pullulantia
decimi ebionis. & ceterorum qui negant
xpm in carne uenisse. quos & ipè epla

sua antecpit uocat. Caplius paulus fir
quenter percutit. coactus ē ab omnib⁹
pene tunc asie epis. Tmultarum eccliar
legationib⁹ de diuinitate saluatoris al
tius scribere. Tad ipm ut ita dicam de
uerbum. non tam audaci. q̄ felici te
meritate prorumpere. ut ecclīastica na
rrat ystoria. cum a fratrib⁹ cogeretur ut
scriberet. ita fertur se respondisse. si i
dicto ieunio in cōe omnes deum ōpor
carentur. Quo expleto. reuelatione i
fantasie in illud prohemium celo de
mens erigetur. In principio erat uerbū
Tuerbum erat apud deum. Tdeus erat
uerbum. Hoc erat apud deum. omnia
per ipm facta sunt. Hoc igitur quattuor e
angelia multo ante predicta. ezechielis
quoq⁹ uolumen probat. in quo prima
uisio ita describitur. Et in medio simili
tudo quattuor animalium. Tunius co
rum. Facies hominis Tfacies leonis.
Tfacies uituli Tfacies aquile. Prima
hominis facies matheum significat.
qui quasi de homine exordium ē scribere
Liber generationis iesu xpi filij dauid.
filij abraam. Secunda marcum. in q̄
uox leonis in heremo rugientis audi
tur. Vox clamantis in deserto parate u
iam domini. rectas facite semitas eius.
Tertia uituli. que euangelistam lucas
a zacharia sacerdote sumpsisse initium
prefigurat. Quarta uero euangelistā
qui assumptis pennis aquile. ad altio
ra festinans. de uerbo dei disputat. Ce
tera que secuntur in eundem sensum i
proficiunt. Erum eorum recta. Tpēna
tes pedes. Tquocumq⁹ spūs ibat. ibant Т
non reuertebantur. Tdorsa eorū plena
oculis. Tscintille ac lampades in medio
discurrentes. Trota in rotam. Tin singli
quattuor facies. Vnde Tapocalipsis io
hannis. post expositionem uiginti quā
tuor seniorum. qui tenentes cytharas T
fialas adorant agnum dei. introducit
fulgura atq⁹ tonitrua. Tseptem spūs
discurrentes. Tmare uitreum. Tquattuor
animalia plena oculis. dicens. Animal
primum simile leoni. Tsecundū simile
uitulo. Tertium simile homini. Tquartū
simile aquile uolanti. Et post paululū
plena inquit erant oculis. Trequie non
habebant. die ac nocte dicentia. Sanctus
sanctus. sanctus. dominus deus omnipotens
qui erat Tqui ē. Tqui uenturus ē. Quo
rtus perspicue ordinat. quattuor habere
tantum euangelia suscipiet omnes a
pocrifcorum uenias. mortuus magis i
hereticis quam ecclīasticis uiuus damen
das. Item alius prologus.

Matheus ex iudea sicut in or
dine primus ponitur. ita eu
angelium in iudea primus
scripsit. cuius uocatio ad
deum ex publicanis acta⁹ fuit. duor
in generatione xpi principia ponentes.
unius cuius prima circumcisio in carne.
alterius cuius secundum cor electio fu
it. ex utrisq⁹ enim patre xpō. Sicq⁹ qua
rtenario numero triformiter posito a
principium a circundi fide. in electionem
tpus porrigens. Et ex electione. usq⁹ i
transmigrationis diem durigens. atq⁹
a transmigrationis die usq⁹ in xpo defi
niens decursam aduentus dominum osten
dit generationem. ut numero sanctificā
cius tempora. Tse quid cēt ostenderet.
Tdei in se opus monstrans. etiā in his
quorum genus posuit xpi operantis
a principio testimonia non negauit. i
Quare omnium rerum tpus. ordo. mōs. i
dispositio. uel ratio. quod fidei necessa
rium ē. deus xpō ē. Qui fōnus ex mulie
re sub lege. natus ex uirgine. passus
in carne. omnia in cruce fecit. ut tri
phans eam se metipo resurgens i cor
pore. Tpatris nomen in patre filio. Tfilij
nomen pii restituens in filios. sine pri
cipio sine fine ostendens unum se cum
patre cē qua unus ē. In quo euangelio
utile ē desiderantibus deum. sic prima ul
media uel perfecta cognoscere. ut uocā
tionem apli. Topus euangelij. Tdilectio
nem dei in carne nascentis per unumquē
legentes intelligant. atq⁹ id in eo in
quo apprehensi sunt. Tapprehendere i
erpetuum recognoscant. Nobis enim hoc
in studio argumenta fuit. Tfidem facere i
ri Tmanere. Toperantes dei intelligendi
diligentes cē expositionem queritibus
non tacere.

INCIPIT
EVANGE
LIVM
SECVND
VM MA
THEVM



Liber
Ge
Ne
Ra
Ti
O
Nis

ihu xpi filij dauid. filij abraam. Abraam autem genuit ysaac. Ysaac autem genuit iacob. Iacob autem genuit iudam. et fres eius. Iudas aut genuit phares et zaram de thamar. Phares aut genuit esrom. Esrom aut genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab aut genuit naason. Naason aut genuit salmon. Salmon aut genuit booz de rahab. Booz aut genuit obeth de ruth. Obed aut genuit iesse. Iesse aut genuit dauid regem. Dauid aut rex genuit salomonem. ex ea que fuit urie. Salomon aut genuit roboam. Roboam aut genuit abiam. Abias aut genuit asa. Asa aut genuit iosaphat. Iosaphat aut genuit ioram. Ioram aut genuit oziam. Ozias autem genuit ioathan. Joathan aut genuit achaz. Achaz aut genuit ezechiam. Ezechias aut genuit manassen. Manasse aut genuit amon. Amon aut genuit iosiam. Josias aut genuit iechoniam 7 fres eius in trāsmigratione babilonis. Et post trāsmigrationem babilonis iechonias genuit salathiel. Salathiel aut genuit zorobabel. Zorobabel aut genuit abiud. Abiud aut genuit eliachim. Eliachim aut genuit azor. Azor aut genuit sadoch. Sadoch aut genuit achim. Achim aut genuit eliud. Eliud aut genuit eleazar. Eleazar aut genuit mathan. Mathan aut genuit iacob. Iacob aut genuit ioseph uirum marie de qua natus e ihesus. qui uocatur xpus. Omnes ergo generationes ab abraam usq; ad dauid generationes quatuordecim. Et a dauid usq; ad transmigrationē babilonis. quatuordecim. Et a trāsmigratione babilonis usq; ad xpm generationes xiiij. Omnes ergo generationes ab abraam usq; ad xpm. gnationes sunt xiij. Xpi aut generatio sic erat. Cum esset desponsata mater eius maria ioseph. antq; ouenirent inuenta est in utero hēns de spu scō. Ioseph aut uir ei cum esset iustus. 7 nollet eam traducere. uoluit occulte dimittere eam. Hec aut eo cogitante. ecce angelus domini i sōnis apparuit ei dicens. Ioseph fili dauid noli timere accipere mariam uxorē tuā. Quod enim in ea natum e. de spu scō e. Pariet aut filium. 7 uocabis nomen eius ihesum. ipe enim saluum faciet populum suum a pcctis eorum. Hoc aut totum factum e. ut adimpleret id quod dictum e a domino per prophām dicentē. Ecce uirgo in utero hēbit 7 pariet filium 7 uocabit nomen eius emanuel. quod e interpretatum nobiscum deus. Exurgēs aut ioseph a somno. fecit sicut precepit ei angelus domini. Et accepit uxorem suam. 7 non cognoscebat eam. donec peperit filium suum primogenitū. 7 uocauit nomen eius ihesum.

Cum ergo natus esset ihesus in bethleem iude. in diebus herodis regis. ecce magi ab oriente uenerunt in ihrosolimam. dicentes. Vbi e qui natus e rex iudeorum. Vidimus enim stellam eius in oriente. 7 uenimus cum muneribus

aud'ens aut' herodes rex turbatus ē: & omnis iero-solima cū illo.
Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi: sciscitabatur ab eis ubi xps nasceretur. At illi dixerunt: In bethleem iude. Sic enim scriptum ē per prophetam. Et tu bethleem terra iuda: nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populum meum isr̄l. Tunc herodes clam vocans magos diligenter didicit ab eis tempus stelle quę apparuit eis. Et mittens illos in bethleem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero. Et cum inveneritis renuntiate mihi: ut & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem: abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos: usq̄ dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes aut stellam magi: gavisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum: invenerunt puerum cum maria matre eius. Et procidentes: adoraverunt eū. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum. thus. & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem: per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Qui cum recessissent: ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph: dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius: & fuge in egiptum: & esto ibi usq̄ dum dicam tibi. Futurum est enim ut herodes quęrat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte: & secessit in egiptum. Et erat ibi usq̄ ad obitum herodis: ut adimpleretur: quod dictum ē a domino per prophetam dicentem. & Ex egipto vocavi filium meum. Tunc herodes videns quoniam illusus ē: & magis: iratus ē valde. Et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleem. & in omnibus finibus eius a bimatu & infra: secundum tempus quod exquisierat a magis. Tunc adimpletum ē quod dictum ē per ieremiam prophetam dicentem. Vox in rama audita ē. ploratus & ululatus multus: rachel plorans filios suos. & noluit consolari quia non sunt. Defuncto aut' herode. ecce angelus domini apparuit in somnis ioseph in egipto. dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius. & vade in terram isr̄l. Defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius. & venit in terram isr̄l. Audiens aut' q' archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo. timuit illuc ire. Et admonitus in somnis secessit in partes galilee. Et veniens habitavit in civitate que vocatur nazareth. ut adimpleretur quod dictum ē per prophetas: quoniam nazareus vocabitur.

In diebus aut' illis venit iohannes baptista predicans in deserto iudee. & dicens. Penitentiam agite. appropinquabit enim regnum celorum. Hic ē enim de quo dictum ē per ysaiam prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto. parate viam domini: rectas facite semitas eius. Ipse aut' iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum. & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locuste & mel silvestre. Tunc exibat ad eum iherosolima. & omnis iudea. & omnis regio circa iordanem. et baptizabantur in iordane ab eo. confitentes peccata sua. Videns aut' multos de pharisęorum. & sadducęorum venientes ad baptismum suum. dixit eis. Progenies viperarum: quis demonstravit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum penitentie. Et ne velitis dicere intra vos. patrem habemus abraam. Dico enim vobis quoniam potens ē deus de lapidibus istis. suscitare filios abrae. Jam enim securis ad radicem posita ē. Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum excidetur. & in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam. qui aut' post me venturus ē. fortior me ē. cuius nō sum dignus calciamenta portare. Ipse baptizabit in spū sco. & igni. Cuius ventilabrum in manu sua. & permundabit aream suam. & congregabit triticum in horreum. paleas aut' comburet igni inextinguibili. Tunc venit iesus a galilea in iordanem ad iohannem. ut baptizaretur ab eo. Johannes aut' prohibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari. & tu

uenis ad me? Respondens aut ihesus dixit ei. Sine modo sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus aut ihesus. statim ascendit de aqua. et ecce aperti sunt ei celi. et uidit spiritum dei descendentem sicut columbam. et uenientem super se. Et ecce uox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.

Tunc ihesus ductus est in desertum a spiritu ut temptaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esuriit. Et accedens temptator dixit ei. Si filius dei es. dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est. Non in solo pane uiuit homo. sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. et statuit eum super pinaculum templi. et dixit ei. Si filius dei es. mitte te deorsum. Scriptum est enim quia angelis suis mandauit de te. et in manibus tollent te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi ihesus rursum. Scriptum est. Non temptabis dominum deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum nimis. et ostendit ei omnia regna mundi et gloriam eorum. et dixit illi. Hec omnia tibi dabo. si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei ihesus. Uade satana. Scriptum est enim. Dominum deum tuum adorabis. et illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus. et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. Cum autem audisset ihesus quod iohannes traditus esset. secessit in galileam. Et relicta ciuitate nazareth. uenit et habitauit in capharnaum maritimam. in finibus zabulon et neptalim. ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam. Terra zabulon et terra neptalim uia maris. trans iordanem galilee gentium. Populus qui sedebat in tenebris. lucem uidit magnam. et sedentibus in regione umbre mortis. lux orta est eis. Exinde cepit ihesus predicare et dicere. Penitentiam agite. appropinquabit enim regnum celorum. Ambulans aut iuxta mare galilee. uidit duos fratres symonem qui uocatus pe

trus. et andream fratrem eius. mittentes rete in mare. erant enim piscatores. et ait illis. Uenite post me et faciam uos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde uidit alios duos fratres iacobum zebedei et iohannem fratrem eius in nauim cum zebedeo patre eorum. reficientes retia sua. et uocauit eos. Illi aut statim relictis retibus et patre secuti sunt eum. Et circuibat ihesus totam galileam. docens in synagogis eorum. et predicans euangelium regni. et sanans omnem languorem. et omnem infirmitatem in populo. et abiit opinio eius in totam syriam. Et obtulerunt ei omnes male habentes uarijs languoribus et tormentis comprehensos. et qui demonia habebant. et lunaticos et paraliticos et curauit eos. et secute sunt eum turbe multe de galilea et de decapoleos et de ierosolimis. et de iudea. et de transiordane.

Uidens aut turbas. ascendit in montem. Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. et aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites. quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam. quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes. quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde. mundo corde. quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici. quoniam filii dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint uobis homines et persecuti uos fuerint. et dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me. gaudete et exultate. quoniam merces uestra copiosa est in celis. sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante uos. Uos estis sal terre. quod si sal euanuerit in quo salietur. Ad nichilum ualet ultra. nisi ut mittatur foras. et conculcetur ab hominibus. Uos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio. sed super candelabrum. ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus. ut uideant

nia bona opera. ꝙ glorificent patrem uestrum qui in celis est. Nolite putare quia uenerim
soluere legem aut prophetas. non uenerim
soluere. sed adimplere. Amen quippe di
co uobis. donec transeat celum et terra
iota unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Qui
ergo soluerit unum de mandatis istis mi
nimis. et docuerit sic homines. mini
mus uocabitur in regno celorum. Qui
autem fecerit et docuerit. hic magnus uocabitur in regno celorum. Dico autem uobis
quia nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et pharisæorum. non intrabitis in regnum celorum. Audistis quia
dictum est antiquis. Non occides. Qui
autem occiderit. reus erit iudicio. Ego
autem dico uobis. quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem di
xerit fratri suo raca. reus erit concilio. Qui
autem dixerit fatue. reus erit gehenne ignis.
Si ergo offeres munus tuum ad altare
et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tuum ante altare. et uade prius reconciliari fratri tuo. et tunc ueniens
offeres munus. Esto consentiens adu
uersario tuo cito. dum es in uia cum eo. ne forte tradat te aduersarius iudici. et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi. non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.
Audistis quia dictum est antiquis. non
mechaberis. Ego autem dico uobis. quia
omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in
corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te. erue eum et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum. quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te. abscide eam et proice abs
te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum. quam totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum est autem
quicumque dimiserit uxorem suam. det illi libellum repudii. Ego autem dico
uobis quia omnis qui dimiserit uxorem suam. excepta causa fornicationis. facit eam mechari. Et qui dimissam duxerit. adulterat. Iterum audistis quia
dictum est antiquis. non periurabis. Reddes autem domino iuramenta tua. Ego
autem dico uobis. non iurare omnino neque per celum. quia thronus dei est. Neque per terram. quia scabellum pedum eius est. Neque per ierosolyma. quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iurabis. quia non potes facere unum capillum album aut nigrum. Sit autem
sermo uester. est. est. non. non. Quod autem his abundantius est. a malo est. Audistis
quia dictum est. Oculum pro oculo. dentem pro dente. Ego autem dico uobis. non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam. præbe illi et alteram. Et ei qui uult tecum in iudicio contendere. et tunicam tuam tollere. dimitte ei et pallium. Et quicunque te angariauerit mille passus. uade cum illo alia duo. Qui
autem petenti te dat. et uolenti mutuari a te. ne auertaris. Audistis quia dictum est. diliges proximum tuum. et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis.
diligite inimicos uestros. benefacite his qui oderunt uos. et orate pro persequentibus et calumniantibus uos. ut sitis filii patris uestri qui in celis est. qui solem suum oriri facit super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt. quam mercedem habebitis? Nonne et publicani hoc faciunt? Et si saluaueritis fratres uestros tantum. quid amplius facietis? Nonne et ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos perfecti. sicut et pater uester celestis perfectus est. Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum. qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam noli
tuba canere ante te. sicut ypocrite faciunt in synagogis et in uicis. ut honorificentur ab hominibus. Amen dico uobis
receperunt mercedem suam. Te autem
faciente elemosinam. nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. ut sit elemosina tua in abscondito. Et pater tuus
qui uidet in abscondito reddet tibi.

CUm oratis non eritis sicut ypocrite. qui amant in
synagogis et in angulis platearum stantes orare. ut

uicantur ab hominib⁹. Amen dico uob
rece|runt mercedem suam. Tu autem
cum oraueris intra in cubiculum tuum:
& clauso hostio tuo ora p̃em tuum in ab
scondito. Et pat̃ tuus qui uidet in ab
scondito: reddet tibi. Orantes aut̃ nolit
te multum loqui: sicut ethnici. Putant
enim q̃ in multiloquio suo exaudiantur:
Nolite ergo assimilari eis. Scit enim p̃
uꝝ quid opus sit: anteqũ petatis eum. ¶
Sic ergo uos orabitis. Pat̃ noster: qui
es in celis sanctificet̃ nomen tuum. Adue
niat regnum tuum. Fiat uoluntas tua: si
cut in celo & in terra. Panem nr̃m super
substantialem da nobis hodie. Et dimitte nob
debita nra: sicut & nos dimittimus debi
toribꝰ nris. Et ne nos inducas in tẽptati
onem: sed libera nos a malo. Si enim di
miseritis hominib⁹ peccata eorum. dimit
tet & p̃ uꝝ celestis delicta ura. Si aut̃ nõ
dimiseritis hominib⁹. nec p̃ uꝝ dimittet
uob⁹ peccata ura. Cum aut̃ ieiunatis nolit
fieri sicut hypocrite tristes. exterminant en
facies suas. ut appareant hominib⁹ ieiunã
tes. Amen dico uob⁹: quia receperunt mer
cedem suam. Tu aut̃ cum ieiunas: ung
caput tuum & faciem tuam laua: ne mani
festus hominib⁹ ieiunans. sed p̃ tuo qui est
in abscondito. Et p̃ tuus qui uidet in ab
scondito: reddet tibi. Nolite thesaurizare
uobis thesauros in terra. ubi erugo & tinea
demolitur: & ubi fures effodiunt & furant̃.
Thesaurizate uobis thesauros in celo. ubi ne
rugo. neq⁹ tinea demolitur: & ubi fures nõ
effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesau
rus tuus. ibi & cor tuum. Lucerna cor
poris tui est oculus tuus. Si fuerit oculus
tuus simplex: totum corpus tuum lucidum
erit. Si aut̃ neqũ fuerit: totum cor
pus tuum tenebrosum erit. Si ergo lu
men quod in te est tenebre sunt. ipse tenebe
quante erunt: Nemo pot̃ duob⁹ dominis
seruire. Aut enim unum odio habebit. & alte
rum diliget. Aut unum sustinebit. & al
terum contemnet. Non potestis deo seruire
& mamone. Ideo dico uob⁹. ne solliciti sitis
anime ure quid manducetis neq⁹ corpori
uro quid induamini. Nonne anima plꝰ
est quã esca. & corpus plusquã uestimentum:
Respicite uolatilia celi: quoniam non seminant
neq⁹ metunt. neq⁹ congregant in horrea. et pr̃
ur̃ celestis pascit illa. Nonne uos ma
gis pluris estis illis: Quis aut̃ uestrum
cogitans pot̃ adicere ad staturam suam
cubitum unum: Et de uestimento quid
solliciti estis: Considerate lilia agri. quo
modo crescunt: non laborant. neq⁹ nent. Dico
aut̃ uobis: quoniam nec salomon in omni
gloria sua. cooperatus est sicut unum ex istis.
Si aut̃ fenum agri quod hodie est. & cras
in clibanum mittitur. deus sic uestit: quã
to magis uos minime fidei: Nolite ergo solliciti esse. dicentes quid man
ducabimus. aut quid bibemus. aut q̃
operiemur: Hec enim omnia gentes in
quirunt. Scit enim pr̃ uꝝ: quia his oib⁹
indigetis. Querite ergo primum regnũ
dei & iustitiam eius. & hec omnia adicie
entur uobis. Nolite ergo solliciti esse in
crastinum. Crastinus enim dies sollici
tus erit sibi ipse. sufficit diei malitia sua.

VIII

Olite iudicare. & non iudicabimini. In qui
enim iudicio iudicaueritis.
iudicabimini. Et in qua
mensura mensi fueritis. remetietur uob⁹.
Quid aut̃ uides festucam in oculo fra
tris tui. & trabem in oculo tuo non uides: ¶
Aut quomodo dicis fri tuo. frater: sine
eiciam festucam de oculo tuo. & ecce tra
bes est in oculo tuo: Hypocrita eice p̃mũ
trabem de oculo tuo: & tunc uidebis eicere
festucam de oculo fratris tui. Nolite dare
scim canib⁹. neq⁹ mittatis margaritas an
te porcos: ne forte conculcent eas pedib⁹ suis
& conuersi dirumpant uos. Petite & dabit̃
uobis. querite & inuenietis. pulsate & a
periet̃ uobis. Omnis enim qui petit
accipit. & qui querit inuenit. & pulsanti
aperiet̃. Aut quis est ex uobis homo. ¶
quem si petierit filius suus panem: nu
quid lapidem porriget ei: Aut si piscem
petierit. nunquid serpentem porriget ei:
Si ergo uos cum sitis mali. nostis bona
data dare filijs uris. quanto magis pat
r̃ ur̃ qui in celis est. dabit bona petentib⁹ se.
Omnia ergo quecunq⁹ uultis ut faciant
uobis homines: & uos facite illis. Hec est
enim lex & prophete. Intrate per angustã
portam. quia lata porta & spatiosa uia est
que ducit ad perditionem: & multi sunt q̃
intrant per eam. Q̃ angusta porta et

arta una è que ducit ad uitam: 7 pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uuas aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. neq; arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum: excidetur 7 in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum. sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorum. Multi dicent mihi in illa die: domine domine nonne in nomine tuo prophetauimus. 7 in nomine tuo demonia eiecimus. 7 in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: quia nunq; noui uos. Discedite a me qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit uerba mea hec 7 facit ea. assimilabitur uiro sapienti qui edificauit domum suam supra petram. 7 descendit pluuia 7 uenerunt flumina 7 flauerunt uenti. 7 irruerunt in domum illam: 7 non cecidit. Fundata enim erat supra petram. 7 omnis qui audit uerba mea hec. 7 non facit ea. similis erit uiro stulto. qui edificauit domum suā supra arenam. 7 descendit pluuia 7 uenerunt flumina 7 flauerunt uenti. 7 irruerunt in domum illam. 7 cecidit. 7 fuit ruina eius magna. Et factum è cum consummasset iesus uerba hec admirabantur turbe super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens. 7 non sicut scribe eorum et pharisei. 4

CAP. VIII

Cum autem descendisset iesus de monte secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus ueniens adorabat eum dicens. Domine si uis potes me mundare. Et extendens manum iesus tetigit eum dicens. Volo. Mundare. Et confestim mundata è lepra eius. Et ait illi iesus. Vide nemini dixeris. sed uade ostende te sacerdoti. 7 offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset capharnaum. accessit ad eum centurio rogans eum 7 dicens. Domine puer meus iacet paralyticus in domo. 7 male torquetur. Et ait illi iesus. Ego ueniam. 7 curabo eum. Et respondens centurio. ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum dic uerbo. 7 sanabitur puer meus. Nam 7 ego homo sum sub potestate constitutus. habens sub me milites. Et dico huic uade. 7 uadit. 7 alio ueni 7 uenit. 7 seruo meo fac hoc 7 facit. Audiens autē iesus admiratus è. 7 sequentibus se dixit. Amen dico uobis. non inueni tantam fidem in isl'. Dico autē uobis. q multi ab oriente 7 occidente uenient. 7 recumbent cum abraam. ysaac. 7 iacob in regno celorum. Filii autē regni eicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus 7 stridor dentium. Et dixit iesus centurioni. Vade 7 sicut credidisti: fiat tibi. Et sanatus è puer in illa hora. Et cum uenisset iesus in domum petri uidit socrum eius iacentem 7 febricitantē. Et tetigit manum eius. 7 dimisit eam febris. Et surrexit 7 ministrabat eis. Vespere autē facto obtulerunt ei multos demonia habentes. Et eiciebat spūs uerbo. 7 omnes male habentes curauit. ut adimpleretur quod dictum è per ysaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nras accepit. 7 egritudines nras portauit. Videns iesus turbas multas circum se. iussit ire trans fretum. Et accedens unus scriba. ait illi. Magister sequar te quocumq; ieris. Dicit ei iesus. Vulpes foueas habent. 7 uolucres celi nidos. filius autē hominis non habet ubi caput suum reclinet. Alius autē de discipulis eius ait illi. Domine permitte me primum ire. 7 sepelire patrem meum. Iesus autē ait illi. Sequere me. 7 dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et ascendente eo in nauiculam. secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus è in mari. ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse uero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius. 7 suscitauerunt eum dicentes. Domine saluos nos fac. perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modicе fidei? Tunc surgens imperauit uentis 7 mari. 7 facta est tranquillitas magna. Porro homines admirati sunt. dicentes. Qualis è hic. qui

uenit 7 mane obediunt ei. Et cum ueiss
transfretasset in regionē gerasenorum ex
ierunt ei duo hītes demonia de mo
numētis exeuntes. seuī nimis. ita ut ne
mo posset transire per uiam illam. Et
ecce clamauerunt dicentes. Quid ei
nobis 7 tibi iesu fili dei. Venisti huc
ante tempus torquere nos. Erat aut
non longe ab illis grex porcorum mul
torum pascens. Demones aut rogā
bant eum dicentes. Si eicis nos. mit
te nos in gregem porcorum. Et ait illis
ite. At illi exeuntes. abierunt in porcos.
Et ecce impetu abiit omis grex per pre
ceps in mare. 7 mortui sunt in aquis. 7
pastores aut fugerunt 7 uenientes in
ciuitatem nuntiauerunt hec omnia.
7 de his que demonia hūerant. Et ec
ce omis ciuitas exiit obuiam iesu. 7 uī
so eo rogabant. ut transiret a finibus eoꝝ.

ascendens VIIII in nauiculam. transfretauit
7 uenit in ciuitatem suam.
Et ecce offerebant ei paralī
ticum iacentem in lecto. Et uidens
iesus fidem illorum. dixit paralitico. Cō
fide fili. remittuntur tibi peccata tua. Et
ecce quidā de scribis dixerunt intra se.
hic blasphemat. Et cum uidisset iesus
cogitationes eorum. dixit. Ut quid cogi
tatis mala in cordibus uris? Quid ē fa
cilius dicere. dimittuntur tibi peccata
tua aut dicere surge 7 ambula. Ut sciā
tis aut qm filius hominis hēt potestatem
in terra dimittendi peccata. tunc ait paral
itico. Surge. tolle lectum tuum. 7 uade
in domum tuam. 7 surrexit 7 abiit in do
mum suam. Uidentes aut turbe timue
runt. 7 glorificauerunt deum. qui dedit
potestatem talem hominibus. Et cum tran
sisset inde iesus. uidit hominē sedentem
in theloneo matheum nomine. 7 ait illi.
Sequere me. Et surgens secutus ē eum.
Et factum ē discumbente eo in domo. 7
ecce multi publicani 7 peccatores uenien
tes discumbebant cum iesu 7 discipulis
ejus. Et uidentes pharisei dicebāt di
scipulis eius. Quare cum publicanis
7 peccatoribus manducat magister uester?
At ille audiens ait. Non ē opus ualentibus
medicus. sed male habentibus. Euntes aut

discite. quid ē miam uolo 7 non sacrifi
cium. Non enim uenit uocare iustos. sed
peccatores ad penitentiā. Tunc accesserunt
ad eum discipuli iohannis. dicentes.
Quare nos 7 pharisei ieiunamus frequē
ter. discipuli aut tui non ieiunant. Et
ait illis iesus. Numquid possunt filii
sponsi lugere. quamdiu cum illis ē sponsus.
Uenient aut dies. cum auferetur ab eis
sponsus. 7 tunc ieiunabunt. Nemo au
tem immittit commissuram panni rudis in
uestimentum ueterē. tollit enim plenitudi
nem eius a uestimento. 7 peior scissura fit.
Neq; mittunt uinum nouum in utres
ueteres. Alioquin rumpuntur utres. et
uinum effunditur. 7 utres pereunt. Sed mit
tunt uinum nouum in utres nouos. 7 utrum
que conseruantur. Hec illo loquente ad
eos. ecce princeps unus accessit. 7 ado
rauit eum dicens. Domine filia mea
modo defuncta ē. sed ueni impone manū
tuam super eam. 7 uiuet. Et surgens
iesus sequebatur eum. 7 discipuli eius.
Et ecce mulier que sanguinis fluxum
patiebatur duodecim annis. accessit
retro 7 tetigit fimbriam uestimenti eius.
Dicebat enim intra se. Si tetigero tan
tum uestimentum eius. salua ero. At iesus cō
uersus. 7 uidens eam dixit. Confide filia.
fides tua saluam te fecit. Et salua fācta ē
mulier ex illa hora. Et cum uenisset iesus
in domum principis. 7 uidisset tibicines 7
turbam tumultuantem. dicebat. Recedi
te. Non ē enim mortua puella. sed dormit.
Et deridebant eum. Et cum ejecta esset
turba. intrauit 7 tenuit manum eius.
et surrexit puella. Et exiit fama hec in
uniuersam terram illam. Et transeunte
inde iesu. secuti sunt eum duo ceci. cla
mantes 7 dicentes. Miserere nri fili
dauid. Cum aut uenisset domum. ac
cesserunt ad eum ceci. 7 ait eis iesus.
Creditis quia hoc possum facere uobis?
Dicunt ei. Utique domine. Tunc tetigit
oculos eorum dicens. Secundum fidem
uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi
eorum. Et comminatus ē eis iesus. di
cens. Uidete ne quis sciat. Illi aut ex
euntes diffamauerunt eum in tota terra illa.
Egressis aut illis. ecce obtulerunt ei
hominē mutum 7 demonium habentem. ex

ecto remenio locum⁹ ē mun⁹ ⁊ ecce ⁊ ⁊
sunt turbe dicentes. ⁊ Iunge ⁊ ⁊
sic in ist⁹ ꝓbauit aut̄ dicebant⁹ ꝓ
cipe demoniorum eicit demonia. ⁊ cir
cuibat ihesus ciuitates omnes ⁊ castella.
docens in synagogis eorum ⁊ ꝓdicans
euangelium regni. ⁊ curans omnem
infirmitatem ⁊ omnē langorem. Videns au
tem turbas misertus est eis. quia erant ve
xati ⁊ iacentes sicut oues non habentes
pastorē. Tunc dicit discipulis suis.
Messis quidem multa: operarii aut̄
pauci. Rogate ergo dominum messis ut
mittat operarios in messem suam.

Et conuocatis duodecim discipulis
suis. dedit illis potestatem
immundos spiritus. ut eicerent
eos. ⁊ curarent omnem langorem
⁊ omnem infirmitatem. Duodecim
aut̄ apostolor nomina sunt hec. Pri⁹
simon. qui dicitur petrus ⁊ andreas fr
eius. Iacobus zebedei. ⁊ Iohannes fr eius
Philippus ⁊ bartholomeus. Thomas ⁊
matheus publicanus. Iacobus alphei
⁊ thadeus. Symon chananeus. ⁊ iudas
scariothes. qui ⁊ tradidit eum. Hos xii
misit ihesus precipiens eis ⁊ dicens. In
uiam gentium ne abieritis ⁊ in ciuitates
samaritanor ne introieritis. Ite potius
ad oues que perierunt domus israel.
Euntes aut̄ predicate dicentes: quia
appropinquabit regnum celorum. In
firmos curate. mortuos suscitate. lepro
sos mundate. demones eicite. Gratis
accepistis: gratis date. Nolite possidere
neque aurum. neque argentum. neque pecuniam in
zonis uestris. non peram in uia. neque duas
tunicas. neque calciamenta neque uirgam. Digⁿ
⁊ operarius cibo suo. In quamcunq; aut̄ ci
uitatem aut castellum intraueritis in
terrogate quis in ea dignus sit. ibi ⁊
manete donec exeatis. Intrantes aut̄
in domum salutate eam dicentes. Pax
huic domui. Et si quidē fuerit
domus digna. ueniat pax uestra super
eam. Quod aut̄ non fuerit digna: pax
uestra ad uos reuertatur. Et quicunq; nō
receperit uos neq; audierit sermones uros
exeuntes foras de domo uel de ciuita
te. excutite pulueremm de pedibus uris.
Amen dico uobis: tolerabilius erit ter
re sodomorum ⁊ gomorreorum in die ⁊
ultionis q̄ illi ciuitati. Ecce ego mitto
uos sicut oues in medio luporum. Es
tote ergo prudentes sicut serpentes. et
simplices sicut columbe. Cauete aut̄
ab hominibus. Tradent enim uos in cō
siliis ⁊ in synagogis suis flagellabunt
uos. Sed et ante presides ⁊ ad reges ducemi
propter me in testimonium illis ⁊ gentib⁹.
Cum aut̄ tradent uos: nolite cogitare
quomodo aut quid loquamini. Non
enim uos estis qui loquimini. sed spūs
patris qui loquitur in uobis. Tradet
aut̄ frater fratrem in mortem ⁊ pr filium.
Et insurgent filii in parentes: ⁊ mōr
tificabunt eos. Et eritis odio omnibus
hominibus propter nomen meum. Qui
aut̄ perseuerauerit usq; in finem: hic
saluus erit. Cum aut̄ persequentur u
os in ciuitate ista: fugite in aliam. Am
en dico uobis: non consummabitis ciuitates
israel donec ueniat filius hominis. Non
est discipulus super magistrum. nec seruus
super dominum suum. Sufficit discipulo
ut sit sicut magister eius: ⁊ seruus sicut
dominus eius. Si patrem familias bee
zebub uocauerunt. quanto magis do
mesticos eius. Ne ergo timueritis eos.
Nichil est opertum q̄ non reuelabit⁹. ⁊ oc
cultum q̄ non sciatur. Quod ego dico
uobis in tenebris. dicite in lumine: ⁊
quod in aure auditis. predicate super
tecta. Et nolite timere eos qui occidūt
corpus. animam aut̄ non possunt oc
cidere. Timete potius eum timete. qui po
test animā ⁊ corpus perdere in gehennam.
Nonne duo passeres asse ueneunt: ⁊ unus
ex illis non cadet super terram
sine patre uestro. Uestri aut̄ capilli capi
tis omnes numerati sunt. Nolite ergo
timere: multis passeribus meliores estis
uos. Omnis ergo qui confitebitur me
coram hominibus confitebor ⁊ ego eum
coram patre meo qui est in celis. Qui
autem negauerit me coram hominibus: nega
bo ⁊ ego eum coram patre meo qui est in
celis. Nolite arbitrari quia uenerim
pacem mittere in terram. Non ueni
pacem mittere: sed gladium. Veni enim
separare hominem aduersus patrem suum.
⁊ filiam aduersus matrem suam. ⁊ nurū

auersus socrum suam. & mam... hoie
domesticꝰ eius. Qui amat patrem aut
matrem plusq̃ me. non ē me dignus.
Et qui amat filium aut filiã
super me. non ē me dignus. Et qui n
accipit crucē suam & sequitur me. non
ē me dignus. Qui inuenit animã su
am. perdet eam. Et qui perdiderit aiaz
suam propt me. inueniet eam. Qui
recipit uos. me recipit. Et qui me recipi
recipit eum qui me misit. Qui recipit
prophām in nomine prophē. mercedē
prophē accipiet. Et qui recipit iustū
in nomine iusti. mercedē iusti accipiet.
Et quicunq̃ potum dederit uni ex mi
nimis istis calicem aque frigide tanti
in nomine discipuli. amen dico uobi
nō perdet mercedem suam.

XI

Factum ē cum consummasset ih̃s
præcipiens xij discipulis suis
transiit inde ut doceret. & p
dicaret in ciuitatibꝰ eorum.
Johannes aut cum audisset in uinculis
opera xpi. mittens duos de discipulis
suis ait illi. Tu es qui uenturus es an
alium expectamus? Et respondens ihesus
ait illis. Euntes renuntiate johanni q
audistis & uidistis. Cęci uident. claudi
ambulant. leprosi mundantur. surdi
audiunt. mortui resurgunt. pauperes
euangelizantur. & beatus ē qui nō fuerit
scandalizatus in me. Illis autē abeuntib⁹
cepit ihesus dicere ad turbas de johanne.
Quid existis in desertum uidere? Arundi
nem uento agitatam? Sed quid existis
uidere? hominē mollibus uestitum? Ecce
qui mollibus uestiuntur. in domibus regum
sunt. Sed quid existis uidere? prophām?
Etiam dico uobis & plusq̃ prophām.
Hic ē enim de quo scriptum ē. Ecce ego
mitto angelum meum ante faciē tuā.
qui preparabit uiam tuam ante te. Ā
men dico uobis. non surrexit inter na
tos mulierum maior johanne baptist.
Qui aut minor ē in regno celorum ma
ior ē illo. A diebus autē johannis bapte
usq̃ nunc regnum celorum uim patit.
& uiolenti rapiunt illud. Omnes enim
prophē & lex usq̃ ad johannem prophauit.
& si uultis recipere. ipse ē helias. qui uen
turus ē. Qui habet aures audiendi audiat

Cui autē similem existimabo generationē
istam? Simile ē pueris sedentib⁹ in
foro. qui clamantes coequalibus dicunt
Cecinimus uobis & non saltastis. lamen
tauimus & non planxistis. Venit autē
johannes nec manducans nec bibens. &
dicunt demonium habet. Venit filius
hominis manducans & bibens. & dicunt
Ecce homo uorax & potator. uini. publi
canorum & peccatorum amicus. & iustificata
est sapientia a filiis suis. Tunc cepit exp
brare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime
uirtutes eius. quia nō egissent penitẽ
tiam. Ue tibi corozaim. ue tibi bethsaida. Qa
si in tyro & sidone facte fuissent uirtutes.
que facte sunt in uobis. olim in cilicio &
cinere penitentiam egissent. Uerumtamen dico
uobis. Tyro & sidoni remissius erit in
die iudicij q̃ uobis. Et tu capharnaum
numq̃ usq̃ in celum exaltaberis. usq̃ in
infernum descendes. Quia si in sodomis
facte fuissent uirtutes. que facte sunt in te
forte mansissent usq̃ in hanc diem. Ue
rumtamen dico uobis. quia terre sodomor
remissius erit in die iudicij q̃ tibi. In
illo tpe. respondens ihesus dixit. Confiteor
tibi pr̃e domine celi & terre. quia abscondisti
hec a sapientibus & prudentibus. & reuelasti
ea parulis. Ita pr̃e quia sic placitum fuit
ante te. Omnia mihi tradita sunt a pre
meo. Et nemo nouit filium nisi pater.
nec patrem quis nouit nisi filius. & cui fi
lius uoluerit reuelare. Uenite ad me oēs
qui laboratis & onerati estis. & ego refi
ciam uos. Tollite iugum meum super
uos & discite a me. quia mitis sum & hu
milis corde. & inuenietis requiem animab⁹
uestris. Iugum enim meum suaue ē & on⁹
meum leue.

XII

In illo tpe. abiit ihesus sab
bato per sata. discipuli autē
eius esurientes. ceperunt
uellere spicas & manducare. Pharisei autem uidentes dixerunt ei
Ecce discipuli tui faciunt quod non
licet eis sabbatis facere. At ille dixit eis.
Non legistis quid fecerit dauid quando e
surit. & qui cum eo erant. quomodo i
trauit in domum dei. & panes propositionis comedit. quos non licebat ei e
dere. nec his qui cum eo erant. nisi so

lis sacerdotib⁹? Aut non legistis in lege. quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant. & sine crimine sunt? Dico aut̄ vobis. quia templo maior ē hic. Si aut̄ scissetis. quidem miām nolo. et non sacrificium. nunq̄ dēmnassetis innocentes. Dominus ē enim filius hois etiam sabbati. Et cum inde transisset. venit in synagogam eorum. & ecce homo manū hēns aridam. & interrogabant eū dicentes. Si licet sabbatis curare. ut accusarent eum. Ipē aut̄ dixit eis. Quis erit ex vobis homo. qui hēt ouē unam. & si ceciderit hec sabbatis in foueam. nōne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior ē homo oue. itaq̄ licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini. Extende manum tuam. Et extendit & restituta ē sanitati sicut altera. Exeuntes autem pharisei consilium faciebant aduersus eū. quomodo eum perderent. Jesus aut̄ sciens recessit inde. & secuti sunt eum multi. & curauit eos omnes. Et precepit eis ne manifestum eum facerent. Ut adiplerētur quod dictum ē per ysaiam pphām dicentem. Ecce puer meus quē elegi. dilectus meus. in quo michi bene complacuit anime mee. ponam spīm meū sup̄ eum. & iudicium gentib⁹ nūciabit. Non contendet nec clamabit. nec audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinē quassatam non confringet. & linum fumigans non extinguet. donec eiciat ad victoriam iudicium. & nomine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus ē ei demonium hēns. cecus & mutus. & curauit eum. ita ut loqueretur & videret. Et stupebant omnes turbe. & dicebāt. Numquid hic ē filius dauid? Pharisei aut̄ audientes dixerunt. Hic nō eicit demones. nisi in beelzebub principe demoniorum. Jesus aut̄ sciens cogitationes eorum. dixit eis. Omne regnum diuisum contra se desolabitur. & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se non stabit. Et si satanas satanam eicit. aduersus se diuisus ē. Quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in beelzebub eicio demones. filij uri in quo eiciunt? Ideo ipi iudices uri erunt. Si ego aut̄ in spū dei eicio demones. igitur peruenit in uos regnum dei. Aut quomodo pōt quisq̄ in domū fortis. & vasa eius diripere. nisi prius alligauerit fortem. & tunc domū eius diripiet? Qui ē mecum nō me ē. & qui non congregat mecum. spargit. Ideo dico uobis omne peccatum & blasphemia remittetur hominib⁹. Spūs aut̄ blasphemie nō remittetur. Et quicūq⁹ dixerit uerbum contra filium hominis. remittetur ei. Qui aut̄ dixerit contra spīm scīm uerbum. nō remittetur ei. nec in hoc seculo. nec in futuro. Aut facite arborem bonam. & fructum eius bonum. Aut facite arborem malam. & fructū eius malum. Siquidē ex fructu arbor cognoscitur. Progenies uiperarum. quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex habundantia enim cordis os loquitur. Bonus hō de bono thesauro profert bona. & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico aut̄ uobis. quōniam omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines. reddent rationem de eo in die iudicij. ex uerbis enim tuis iustificaberis. et ex ubis enim tuis condemnaberis. Tunc respondērunt ei quidam de scribis & phariseis dicentes. Magīr uolumus a te signum uidere. Respondens aut̄ illis. Generatio aut̄ mala & adultera signum querit. & signum non dabit nisi signum ione prophete. sicut enim fuit ionas in uentre ceti. tribus diebus & tribus noctibus. sic erit filius hois in corde terre. tribus diebus & tribus noctibus. Viri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista. & condemnabunt eam. quia penitentiam egerunt in predicatione ione. Et ecce plusq̄ ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista. & condemnabit eam. quia uenit a finibus terre audire sapiam salomonis. Et ecce plusq̄ salomon hic. Cum aut̄ immundus spūs exierit ab homine. ambulat per loca arida querens requiem. & non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam unde exiui. Et uenies inuenit eam uacantem. scopis mundatam & ornatam. Tunc uadit & assumit septem alios spūs nequiores se. & intrantes habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessime. Adhuc eo loquente



te ad turbas. ecce mat̃ eius & frēs ei⁹ stabant foris querentes loqui ei. Dixit ei quidam. Ecce mat̃ tua & frēs tui foris stant querentes te. At ille respondens dicenti sibi ait. Quę est mat̃ mea & qui sunt frēs mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mat̃ mea & frēs mei. Quicumq; enī fecerit uoluntatē patris mei qui in celis est. ipse meus frat̃ soror & mat̃ est.

XIII

Factum è cum consummasset ihesus sermones hos omnes. dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha fiet. & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur cayphas & consilium fecerunt ut ihesum dolo tenerent & occiderent. Dicebant aut. Nõ in die festo. ne forte tumultus fieret in populo. Cum aut esset ihesus in bethania in domo simonis leprosi. accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi. & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes aut discipuli. indignati sunt dicentes. Ut quid perditio hec. Potuit enim unguentum istud uenundari multo. & dari pauperibus. Sciens aut ihesus ait illis. Quid molesti estis huic mulieri. Opus bonum operata è in me. Nam & semper pauperes uobiscum habetis. me aut non semper habetis. Mittens aut hec unguentum hoc in corpus meum. ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis. ubicumq; predicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo. dicetur & quod hec fecit in memoriam eius. Tunc abiit unus de duodecim qui dicebatur iudas scarioth ad principes sacerdotum & ait illis. Quid uultis mihi dare. & ego eum uobis tradam. At illi constituerunt ei xxx. argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem. ut eum traderet. Prima aut azimorum. accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. Ubi uis paremus tibi comedere pascha. At ihesus dixit. Ite in ciuitatem ad quendam. & dicite ei. Magister dicit. tempus meum prope est. apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli. sicut constituit illis ihesus. & parauerunt pascha. Vespere aut facto discumbebat cum xii. discipulis suis. & edentibus illis dixit. Amen dico uobis. quia unus uestrum me traditurus è. Et contristati ualde. cœperunt singuli dicere. Numquid ego sum domine. At ille respondens ait. Qui intingit manum mecum in paropside. hic me tradet.



lius quidem hominis uadit: sicut
scriptum è de illo. Ve autē homini illi
per quem filius hominis tradetur. Bo
num erat ei si natus non fuisset homo
ille. Rndens autē iudas qui tradidit
eum: dixit. Numquid ego sum rabbi.
Ait illi. Tu dixisti. Ceterum ego autē illi.
accepit iesus panem. benedixit. fregit.
deditq; discipulis suis. et ait. Accipite.
et comedite. Hoc è corpus meum. Et
accipiens calicem. gras egit. et dedit
illis dicens. Bibite ex hoc omnes. hic
è sanguis meus noui testamēti. qui
pro multis effundetur in remissionē
peccatorum. Dico autē uobis. nō bibā
amodo de hoc genimine uitis usq; in
diem illum. cum illud bibam uobis
nouum in regno patris mei. Et hymno
dicto exierunt in montem oliueti. Tūc
dicit illis iesus. Omnes uos scandali
lum patiemini in me in ista nocte. Sc
Scriptum enim. Percutiam pastorē
et dispergentur oues gregis. Postq̄
autē surrexero. precedam uos in gali
leam. Respōdens autē petrus. ait illi. Et
si omnes scandalizati fuerint in te ego
non scandalizabor. Ait illi iesus. Amē
dico tibi. quia in hac nocte antequā gal
lus cantet. ter me negabis. Ait illi pe
trus. Etiam si oportuerit me mori te
cum. non te negabo. Similiter et omnes
discipuli dixerunt. Tunc uenit iesus
cum illis in villam que dicitur gethse
mani. et dixit discipulis suis. Sedete
hic donec uadam illuc et orem. Et as
sumpto petro et duobus filiis zebedei.
cepit contristari et mestus esse. Tunc ait
illis. Tristis è anima mea usq; ad mor
tem. Sustinete hic et uigilate mecum.
Et progressus pusillum. procidit in fa
ciem suam orans et dicens. Mi pater
si possibile è transeat a me calix iste. Ve
rumtamen non sicut ego uolo. sed sicut tu.
Et uenit ad discipulos suos et inuenit
eos dormientes. et dixit petro. Sic. non
potuistis una hora uigilare mecū.
Uigilate et orate. ut non intretis in te
tationem. Spūs quidem promptus est
caro autē infirma. Iterum secundo abiit
et orauit dicens. Pater mi si non potest
calix iste transire nisi bibam illum.
fiat uoluntas tua. Et uenit iterum.
et inuenit eos dormientes. Erant enim
oculi eorum grauati. Et relictis illis
illis iterum abiit. et orauit tertio eun
dem sermonem dicens. Tunc uenit
ad discipulos suos. et dixit illis. Dor
mite iam et requiescite. Ecce appropi
quabit hora. et filius hominis tradet
in manus peccatorum. Surgite eamus.
Ecce appropinquauit qui me tradet.
Adhuc eo loquente. ecce iudas unus
de xii. uenit. et cum eo turba multa cū
gladijs et fustibus. missi a principibus sa
cerdotum. et senioribus populi. Qui aut
tradidit eum. dedit illis signū dicēs.
Quemcumq; osculatus fuero. ipse è
tenete eum. Et confestim accedens ad
iesum. dixit. Aue rabbi. Et osculatus
è eum. Dixitq; illi iesus. Amice ad
quod uenisti. Tunc accesserunt et ma
nus iniecerunt in iesum et tenuerunt
eum. Et ecce unus qui erat cum iesu
extendens manum exemit gladium.
et percussit seruum principis sacerdotū
amputauitq; auriculam eius dextram.
Tunc ait illi iesus. Conuerte gladi
um tuum in locum suum. Omnes enim
qui acceperint gladium. gladio peri
bunt. An putas quia non possum ro
gare patrem meum. et exhibebit mihi
modo plusq̄ duodecim legiones an
gelorum. Quomodo ergo implebūtur
scripture. Quia sic oportet fieri.
In illa hora dixit iesus turbis. Tanq̄
ad latronem existis cum gladijs et
fustibus comprehendere me. Cotidie
apud uos sedebam docens in templo
et non tenuistis me. Hoc autē totum fa
ctum est ut adimplerentur scripture prophe
tarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fu
gerunt. At illi tenentes iesum. du
xerunt ad caypham principem sacer
dotum. ubi scribe et seniores congre
gati sunt. Petrus autē sequebatur eum a
longe. usq; in atrium principis sacer
dotum. Et ingressus intro sedebat
cum ministris ut uideret finem. Prin
cipes autē sacerdotū et omne concilium
quærebant falsum testimonium de iesu
ut eum morti tradirent. Et non inue
nerunt. cum multi falsi testes access

fissent. ℣ Nouissime aũt uenerunt duo falsi testes. & dixerunt. Hic dixit. Possũ destruere templum dei. & post triduum reedificare illud. Et surgens princeps sacerdotum. ait illi. ℣ Nichil respondes ad ea que tibi aduersus te testificantur? Ihesus aũt tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per deum uiuum. ut dicas nobis si tu es xp̃us filius dei uiui. Dicit illi ihesus. Tu dixisti. Verumtamen dico uobis. amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis dei. & uenientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua. dicens. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius. & colaphis eum ceciderunt. Alii aũt palmas in faciem ei dederunt. dicentes. Prophetiza nobis xp̃e. quis est qui te percussit. Petrus uero sedebat foris in atrio. & accessit ad eum una ancilla dicens. Et tu cum ihesu galileo eras. At ille negauit coram omnibus dicens. Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam. uidit eum alia ancilla. et ait his qui erant ibi. Et hic erat cum ihesu nazareno. Et iterum negauit cum iuramento. quia non nouit hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant. & dixerunt petro. Vere & tu ex illis es. nam & loquella tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari & iurare. quia non nouisset hominem. Et statim gallus cantauit. Et recordatus est petrus uerbi ihesu quod dixerat. priusquã gallus cantet. ter me negabis. Et egressus foras. fleuit amare.

XXVIII

Mane aũt facto. consilium inierunt omnes principes sacerdotum. & seniores populi aduersus ihesum. ut eum morti tradere rent. & uinctum eum adduxerunt. & tradiderunt eum ponto pilato presidi. ℣ Tunc uidens iudas qui eum tradidit. q̃ damnatus esset penitentia ductus retulit xxx. argenteos principibus sacerdotum. & senioribus populi dicens. Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos. Tu uideris. Et proiectis in templo argenteis recessit. et abiens laqueo se suspendit. Principes uero aũt sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet mittere eos in corbonam. quia pretium sanguinis est. Consilio aũt inito. emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc uocatus est ager ille aceldemach. hoc est ager sanguinis. usq; in hodiernum diem. Et tunc impletum est quod dictum est per ieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pretium appreciati. quem appretiauerunt a filiis isr̃l. & dederunt eos in agrum figuli. sicut constituit michi dominus. Ihesus aũt stetit ante presidem. & interrogauit eum presses dicens. Tu es rex iudeorum? Dicit ei ihesus. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus. nichil respondit. Tunc dicit illi pilatus. Non audis quanta aduersus te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad ullum uerbum. ita ut mirarentur presses uehementer. Per diem aũt solemnem. consuerat presses dimittere unum uinctum quem uoluissent. habebant aũt unum uinctum insignem. qui dicebatur barabas. Congregatis ergo illis. dixit pilatus. Quem uultis dimittam uobis. barabam an ihesum qui dicitur xp̃s? Sciebat enim q̃ per inuidiam tradidissent eum. Sedente aũt illo pro tribunali. misit ad eum uxor eius dicens. Nichil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per uisum. propter eum. Principes enim sacerdotum. & seniores persuaserunt populis ut peterent barabam. ihesum uero perderent. Respondens aũt presses. ait illis. Quem uultis de duobus uobis dimitti? At illi dixerunt. Barabam. Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de ihesu qui dicitur xp̃s? Dicunt omnes. Crucifigatur. At illis presses. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur. Videns aũt pilatus quia nichil proficeret. sed magis tumultus fieret. accepta aqua lauit manus coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti huius. uos uidetis. Et respondens uniuersus populus dicens. Sanguis eius super nos. & super filios nostros. Tunc



dimisit illis barabam. Jesum autē fla
gellatum tradidit eis ut crucifigeret.
Tunc milites p̄sidis suscipientes ꝝ
in p̄torio. congregauerunt ad eum u
niuersam cohortem. Et exuentes eum.
clamidem coccineam circumdederunt illi.
Et plectentes coronam de spinis ipo
suerunt super caput eius. arundinem
in dextera eius. Et genu flexo ante eū
illudebant dicentes. Aue rex iudeorum.
Et expuentes in eum. acceperunt arū
dinem & p̄cutiebant caput eius. Et
postq̄ illuserunt ei. exuerunt eum cla
mide. & induerunt eum uestimentis
eius. & duxerunt eum ut crucifigerent.
Exeuntes autē inuenerunt hominem
cyrenеum nomine symonē. hunc an
gariauerunt ut tolleret crucem eius. &
Et uenerunt in locum qui dicitur gol
gotha quod dicitur caluarie locus. & de
derunt ei unum bibere cum felle mixtū
Et cum gustasset noluit bibere. postq̄
autē crucifixerunt eum. diuiserunt uesti
menta eius. mittentes sortem. Ut imple
retur quod dictum ē p̄ p̄opham dicētē
Diuiserunt sibi uestimenta mea. & sup
uestem meam miserunt sortem. Et se
dentes seruabant eum. Et imposuerunt
super caput eius cām ipius scriptam. &
Hic ē iesus rex iudeorum. Tunc cruci
fixi sunt duo latrones. unus a dextris &
unus a sinistris. P̄cteuntes autē blasphe
mabant eum mouentes capita sua. & di
centes. Vah qui destruit templum dei.
& in triduo illud reedificat. Salua temet
ipm. Si filius dei es descende de cruce. &
Similiter & p̄incipes sacerdotū illuden
tes cum scribis & senioribus dicebant. Alios
saluos fecit. seipm non pōt saluum
facere. Si rex isr̄l ē. descendat nunc de
cruce. & credimus ei. Confidit in deo. li
beret eum nunc si uult. Dixit enim q̄
filius dei sum. Idipm autē & latrones q̄
crucifixi erant cum eo. improperabant
ei. A sexta autē hora. tenebre fuē super uni
uersam terram usq; ad horam nonam. &
Circa uero horam nonā. clamauit iesus
uoce magna dicens. Heli heli lamazа
bathani. hoc ē deus meus deus meus ut
quid derelinquisti me. Quidam autem
illic stantes & audientes. dicebant. Heli

am uocat iste. Et p̄tinuo cucurrens un⁹
ex eis. acceptam spongiam implenit
aceto. & posuit arundini. & dabat ei bibē
Ceteri uero dicebant. Sine uideamus
an ueniat helias liberans eum. Iesus au
tem iterum clamans uoce magna emisit
spm. Et ecce uelum templi scissum ē
in duas partes. a summo usq; deorsum. &
Et terra mota ē. & petre scisse sunt. & mo
numenta aperta sunt. & multa corpora
sanctorum qui dormierant resurrexerunt.
Et exeuntes de monumentis post resur
rectionem eius. uenerunt in sanctam ciui
tatem. & apparuerunt multis. Centurio
autē & qui cum eo erant custodientes ie
sum. uiso terremotu & his que fiebant
timuerunt ualde dicentes. Vere filius
dei erat iste. Erant autē ibi multe mulie
res a longe. que secute erant iesum a
galilea ministrantes ei. Inter quas erat
maria magdalena. & maria iacobi & io
seph mater. & mater filiorum zebedei. &
Cum sero autē factum esset. uenit quidā
homo diues ab arimathia nomine ioseph
qui & ipe discipulus erat iesu. hic accessit
ad pilatum & petiit corpus iesu. Tunc
pilatus iussit reddi corpus. Et accepto
corpore ioseph. inuoluit illud in sindo
ne munda. & posuit illud in monumento
suo nouo. quod excauerat in petra. & ad
uoluit saxum magnum ad ostium mo
numenti. & abiit. Erat autē ibi maria mag
dalena & altera maria sedentes contra se
pulcrum. Altera autē die que ē post pa
rasceue. conuenerunt principes sacerdo
tum & pharisei ad pilatum. dicentes. &
Domine recordati sumus q̄ seductor
ille dixit adhuc uiuens. post tres dies
resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrum
usq; in diem tertium. ne forte ueniant
discipuli eius. & furentur eum. & dicant
plebi. surrexit a mortuis. & erit nouissi
mus error peior p̄iore. Ait illis pilatus. Ha
betis custodiam. ite custodite sicut scitis.
Illi autē abeuntes munierunt sepulcrum
signantes lapidem cum custodibus.

XXVIII

Sperate autē sabbati. que lucescit in pmā
sabbati. uenit maria magda
lene & altera maria uidere
sepulcrum. Et ecce terremotus factus ē

magnus. Angelus enim domini descendit de celo: et accedens revolvit lapidem et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur: et vestimenta eius sicut nix. Prae timore autem eius exterriti sunt custodes: et facti sunt velut mortui. Respondens autem mulier dixit. Nolite timere vos. Scio enim quod Jesum qui crucifixus est quaeritis. Non est hic. Surrexit enim sicut dixit. Venite et videte locum ubi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit et ecce praecedet vos in galileam. ibi eum videbitis. ecce praedixi vobis. Et exeuntes cito de monumento cum timore et magno gaudio currentes nuntiare discipulis eius. Et ecce Jesus occurrit illis dicens. Avete. Ille autem accesserunt et tenuerunt pedes eius. et adoraverunt eum. Tunc ait illis Jesus. Nolite timere. Ite nuntiate fratribus meis ut eant in galileam. Ibi me videbunt. Quae cum abissent. ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem. et nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quae facta fuerant. Et congregati cum senioribus consilio accepto. pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte venerunt. et furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a praeside. nos suadebimus ei. et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerunt sicut edocti sunt. Et divulgatum est verbum istud apud iudaeos: usque in hodiernum diem. Undecim discipuli abierunt in galileam. in montem ubi constituerat illis Jesus. Et videntes eum adoraverunt. Quidam autem dubitaverunt. Et accedens Jesus locutus est eis dicens. Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes. baptizantes eos. in nomine patris et filii et spiritus sancti. docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Explicit euangelium secundum matheum

Incipit prologus in euangelium secundum marcum.

Initium euangelii ihesu christi. dicemus de ipso et primo in baptismate filium dei nominato filium

dei monumento discipulus. sacerdotum missi angelus. sum carnem levita. resurrectionis auctorem xpi. euangelii in vitulo scripsit. ostendens in eo quod et genus suo declaret et regio. Iam initium principium huius prophetice exclamationis. manifestos ordinem levitice lectionis ostendit. Ut predicans praedestinatum solem filium zacharie in voce angeli annuntiantis emissum. non solum verbum carnis sum. sed et corpus totum in omnia privilegium divine vocis animatum mittit evangelice predicationis ordinet. ut qui hoc legens sciret eum inicio carnis dominum et ihesu adventientis viaticulum cito deberet agnoscere. atque in se verbum vocis. quod in desonantibus perdiderat invenirent. Denique cum per totum evangelium opus intrans. et a baptismo dominum predicare ceperit. non laborauit in nativitate carnis que in proximo narrat dicere. sed totus cepimus exprimere de sacrificiorum figurativa temptationem diaboli. egregiam nec bestiarum. cum sterium prodidit angelos. ut infirmis nos ad intelligentiam singula libremus. necessitatem fidei re meritis perficiendi operis plenitudinem non negaret. Denique ante pueros se sibi post fidem pollicem dicit. ut sacerdotio reprobus haberetur. Ex hoc sententia fidei predestinata potuit electio. ut ne sine opere verbi periret quod prius meruerat ingenii. Iam alie carnis epus fuit. cuius per singula fruitio sciret. et evangelii in se dicta disponeret. et disciplinam in se legis agnoscere. et dominum in carne omnium intelligere naturam. que in nos primum oportet requiri. Denique inquisita nolumus agnosci. habentes mercedem eternam nois

qñ qui plantat ⁊qui rigat unū sunt.
qui aūt mercedem accipiat. dat. deus est.

INCIPIT EVANGELIVM·SECVM·MARCVM



Initium evangelii ihu xpi filii dei. sicut scriptum est in ysaia propheta. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto. parate viam domini. rectas facite semitas eius. Fuit iohannes in deserto baptizans. ⁊predicans baptismū penitentie in remissionē peccatorū. Et egrediebatur ad eum omnis iudee regio. ⁊hierosolimite universi. ⁊baptizabantur ab illo in iordane flumine confitentes peccata sua. Et erat iohannes vestitus pilis cameli. ⁊zona pellicea circa lumbos eius. ⁊locustas ⁊mel silvestre edebat. ⁊predicabat dicens. Venit fortior me post me. cuius non sum dignus procumbens solvere corrigiam calciamentorū eius. Ego baptizavi vos aqua. ille vero baptizabit vos spū sco. Et factum ē in diebus illis. venit ihs a nazareth galilee. ⁊baptizatus ē a iohanne in iordane. Et statim ascendens de aqua. vidit apertos celos. ⁊spm tanq̃ columbam descendentem ⁊manentem in eo. Et vox facta ē de celis. Tu es filius meus dilectus. in te mihi complacui. Et statim spūs expulit eum in desertum. ⁊erat in deserto xl. diebus. ⁊xl. noctibus. ⁊tentabatur a sathana. ⁊erat cum bestiis. Et angeli ministrabant illi. Postq̃ aūt traditus ē iohannes venit ihs in galileam predicans evangelium regni dei. ⁊dicens. Quoniam impletum ē tempus. ⁊appropinquavit regnum dei. penitemini ⁊credite evangelio. Et preciens secus mare galilee vidit symonem ⁊andream fratrem eius. mittentes retia in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis ihs. Venite post me. ⁊faciam vos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum. vidit iacobum zebedei ⁊iohannem fratrem eius. ⁊ipsos in navi componentes retia. ⁊statim vocavit illos. Et relicto patre suo zebedeo in navi cum mercenariis secuti sunt eum. Et ingrediuntur capharnaum. Et statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos. ⁊stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos. quasi potestatem habens. ⁊non sicut scribe. Et erat in synagoga eorum homo in spū immundo. ⁊exclamavit dicens. Quid nobis ⁊tibi ihu nazarene. Venisti perdere nos. scio qui sis sanctus dei. Et comminatus ē ei ihs dicens. Obmutesce. ⁊exi de homine. Et discerpens eum spūs immundus. exclamans voce magna exivit ab eo. Et mirati sunt omnes. ita ut quererent inter se dicentes. Quid nam ē hoc. Quae doctrina haec nova. quia in potestate imperat ⁊spiritibus immundis imperat. ⁊obediunt ei. Et processit fama eius statim in omnem regionem galilee. Et protinus egredientes de synagoga. venerunt in domum symonis ⁊andree. cū iacobo

ɼ iohanne. Et accumbebat aut̃ sacrus symonis. febricitans. Et statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius. Et statim dimisit eam febris. ɼ ministrabat eis. Vespere aut̃ facto cum occidisset sol. afferebat ad eum male hntes. ɼ demonia hntes. Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuã Et curauit multos qui uexabant̃ uariis langoribꝫ. ɼ demonia multa eiciebat. ɼ non sinebat loqui ea. quia sciebant eum. Et diluculo ualde surgens egressus abiit in desertum locum. ibiq; orabat Et prosecutus est eum symon. ɼ qui cum illo erant. Et cum inuenissent eum. ɼ dixerunt ei. quia omnes quærunt te. Et ait illis. Eamus in proximas uicꝰ ɼ ciuitates. ut ibi predicem. Ad hoc enim ueni. Et erat predicans in synagogis eorum. ɼ in omni galilea. ɼ demonia eiciens. Et uenit ad eum leprosus deprecans eum. ɼ genu flexo dixit. Si uis potes me mundare. Jesus aut̃ misertus eius. extendit manum suam. ɼ tangens eum ait illi. Volo mundare. Et cum dixisset. statim discessit ab eo lepra. et mundatus est. Et comminatus est ei. ɼ statim eiecit illum. ɼ dicit ei. Vide nemini dixeris. sed uade ostende te principi sacerdotũ ɼ offer pro emundatione tua. quæ præcepit moyses in testimoniũ illis. At ille egressus cepit predicare. ɼ diffamare sermonem. ita ut iam manifeste in ciuitatem intrare. sed foris in desertis locis esset. Et ueniebant ad eum undiqꝫ. ɼ

Et iterum intrauit capharnaum post dies. ɼ audita est. q̃ in domo esset. et conuenerunt multi. ita ut non caperent ne ad ianuam. ɼ loquebatur eis uerbum. Et ueniunt ferentes ad eum paralyticum. qui a quatuor portabatur. Et cum non possent offerre eum illi præ turba. nudauerunt tectum ubi erat. ɼ patefacientes. submiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cum uidisset iesus fidem illorum. ait paralytico. Fili dimittuntur tibi peccata tua. Erant aut̃ illic quidam de scribis sedentes. ɼ cogitantes in cordibus suis. Quid hic sic loquitur. Blasphemat. Quis potest dimittere peccata nisi solus deus. Et statim cognito iesus spũ suo. quia sic cogitarent intra se. dicit illis. Quid ista cogitatis in cordibus uꝛris. Quid est facilius dicere paralytico. dimittuntur tibi peccata tua. aut dicere surge ɼ tolle grabatum tuum ɼ ambula. Vt aut̃ sciatis. ɼ quia potestatem hꝫ filius hominis in terra dimittendi peccata. ait paralytico. Tibi dico surge. Tolle grabatum tuum. et uade in domum tuam. Et statim ille surrexit. Et sublato grabato abiit coram omnibus. ita ut admirarentur omnes. ɼ honorificarent deum dicentes. Quia nunq̃ sic uidimus. Et egressus est iterum ad mare. omnisq; turba ueniebat ad eum. ɼ docebat eos. Et cum preteriret uidit leui alphei sedentem ad theloneum. ɼ ait illi. Sequere me. Et surgens. secutus est eum. Et factum est cum accumberet in domo illius. multa publicani ɼ peccatores simul discumbebant cum iesu ɼ discipulis suis. Erant enim multi qui sequebantur eum. Et scribe ɼ pharisei uidentes quia manducabat cum publicanis et peccatoribꝫ dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis ɼ peccatoribꝫ manducat magist uꝛr. Et audiens iesus. ait illis. Non necesse hnt sani medico. sed qui male hnt. Non enim uenit uocare iustos. sed peccatores. Et erant discipuli iohannis ɼ pharisei ieiunantes. ɼ ueniunt ɼ dicunt illi. Quare discipuli iohannis ɼ pharisæi ieiunant. tui aut̃ discipuli non ieiunant. Et ait illis iesus. Numquid possunt filij nuptiarum q̃diu sponsus cum eis est ieiunare. Quamdiu hnt sponsum secum non possunt ieiunare. Venient aut̃ dies. cum auferetur ab eis sponsus. ɼ tunc ieiunabunt in illis diebꝰ. Nemo assumentum panni rudis assuit ueteri. alioquin auferet suppletum nouum ueteri. ɼ maior scissura fiet. Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres. Alioquin rumpet uinum utres. ɼ uinum effundetur. ɼ utres perdentur. Sed uinum nouum in utres nouas mittendum est. Et factum est iterum cum dominus sabbatis ambularet per sata. ɼ discipuli eius ceperunt pregredi. ɼ uellere spicas. Pharisei aut̃ dicebant ei. Ecce quid fa

cuunt discipuli ei sabbis q̄ non licet. ⁊
Et ait illis. Nunq̄ⁿ legistis quid fecit
dauid. q̄n necessitatem habuit. ⁊ esuriit ipe
⁊ qui cum eo erant. quomodo intrauit in
domum dei. sub abiathar principe sacer
dotum. ⁊ panes propositionis manduca
uit. quos non licebat edere nisi solis sa
cerdotibꝫ. ⁊ dedit eis qui cum eo erant?
Et dicebat eis. Sabbatum propt̄ hoīem
factum ē. ⁊ non homo propt̄ sabbatū. Ita
q̄ dominus ē filius hominis etiā sabbati.

Et iterum introiuit ihc in synagogam. ⁊ erat ibi hō
mo habens manum aridam. Et
obseruabant eum si sabbatis
curaret ut accusarent illum. Et ait hoī
bui manum aridam. Surge in medium.
Et dicit eis. Licet sabbatis bñ facere an
male? Animam saluam facere an perdē?
At illi tacebant. Et circumspiciens eos
cum ira contristatus super cecitate cordis
eorum. Dicit homini. Extende manū
tuam. Extendit. ⁊ restituta ē manꝰ illi.
Exeuntes aut̄ statim pharisei cum hēo
dianis consilium faciebant aduersus eum
quomodo eum perderent. Et ihesus cum
discipulis suis secessit ad mare. Et mul
ta turba a galilea ⁊ iudea secuta est eum.
⁊ a ierosolimis. ⁊ ab idumea. ⁊ trans Ior
danem. ⁊ qui circa tyrum ⁊ sydonem mul
titudo magna audientes quę faciebat.
uenerunt ad eum. Et dixit discipulis
suis. ut nauicula sibi deseruiret. propt̄ tur
bam ne opprimerent eum. Multos
enim sanabat ita ut irruerent in eum.
ut illum tangerent. Quotquot habebant
plagas. ⁊ spūs immundi cum illum uidebāt
prosternebat ei. ⁊ clamabant dicentes. Tu
es filius dei. Et increpans comminabatur
eis. ne manifestarent illum. Et ascen
dens in montem. uocauit ad se quos uo
luit ipe. Et uenerunt ad eum. Et fecit
ut essent cum eo. Et ut mitteret eos pre
dicare euangelium. Et dedit illis potā
tem curandi infirmitates. ⁊ eiciendi de
monia. Et imposuit symoni nomē pe
trum. Et iacobum zebedei. ⁊ iohem fra
tri iacobi. ⁊ imposuit eis nomina boaner
ges. quod est filii tonitrui. ⁊ andream ⁊ phi
lippum. ⁊ bartholomeum. ⁊ matheum. et
thomam. ⁊ iacobum alphei. ⁊ thadeum
⁊ symonem chananeum. ⁊ iudā scarioth
qui ⁊ tradidit illum. Et ueniunt ad do
mum. ⁊ conuenit iterum turba. ita ut non
possent ne panem manducare. Et cum
audissent sui. exierunt tenere eum. Di
cebant enim. q̄m in furore uersus est.
Et scribe qui ab ierosolimis descenderāt
dicebant q̄m beelzebub hēt. ⁊ quia in pri
cipe demoniorum eicit demonia. Et cō
uocatis eis in parabolis dicebat illis. Q̄
modo pōt satanas satanam eicere? ⁊
Et si regnum in se diuidatur. non potest
stare regnum illud. Et si domus super
se ipsam dispertiatur. non poterit domus
illa stare. Et si satanas exurrexit in se
metipm dispertitus ē. non potest stare.
sed finem hēt. Nemo pōt uasa fortis ingres
sus domum diripere. nisi prius fortem
alligauerit. ⁊ tunc domum eius diripiet. Am
dico uobis q̄m omnia dimittentur filii
hominū peccata ⁊ blasphemie. quibꝫ
blasphemauerint. Qui aut̄ blasphema
uerit in spūm sanctum. non hēt remissionē
in eternum. sed reus erit eterni delicti.
Quoniam dicebant immundum spūm
hēt. Et uenerunt mater eius ⁊ fratres. ⁊ fo
ris stantes miserunt ad eum. uocantes eū.
⁊ sedebat circa eum turba. ⁊ dicunt ei. ⁊
Ecce mater tua ⁊ fratres tui. foris querunt
te. Et respondens eis ait. Quę est mater mea
⁊ fratres mei? Et circumspiciens eos qui in
circuitu eius sedebant. ait. Ecce mater
mea ⁊ fratres mei. Qui enim fecerit uolun
tatem dei. hic frater meus ⁊ soror mea
⁊ mater est.

Et iterum cepit docere ad
mare. ⁊ congregata est ad eum
turba multa. ita ut nauim
ascendens sederet in mari.
omnis turba circa mare super terram
erat. Et docebat eos in parabolis multa
⁊ dicebat illis in doctrina sua. Audite.
Ecce exiit seminans ad seminandum.
Et dum seminat. aliud cecidit circa
mam. ⁊ uenerunt uolucres ⁊ comederūt
illud. Aliud uero cecidit super petrosa.
ubi non habuit terram multā. Et statim
exortum est. q̄n non habebat altitudinem
terre. Et q̄n exortum est sol estuauit. ⁊
eo q̄ non habebat radicem exaruit. Et
aliud cecidit in spinas. ⁊ ascenderunt

spine. & suffocauerunt illud. & fructus non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam fructum ascendentē & crescētē. Et afferebat unum xxx. & unum lx. & unum centum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Et cum esset singularis interrogauerunt eum hi q cum eo erant xij parabolam. Et dicebat eis. Vobis datum est scire misterium regni dei. Illis aut qui foris sunt in parabolis omnia fiunt. ut uidentes uideant & non uideant. & audientes audiant & non intelligant. ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata. Et ait illis. Nescitis parabolam hanc. Et quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat uerbum seminat. Hi aut qui sunt circa uiam. ubi seminatur uerbum. Et cum audierint. confestim uenit satanas. & tollit uerbum quod seminatum est in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur. qui cum audierint uerbum statim cum gaudio accipiunt illud. & non habent radices in se sed temporales sunt. Deinde orta tribulatione & persecutione propter uerbum. confestim scandalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminantur. hi sunt qui uerbum audiunt. & erumnę seculi. & deceptio diuitiarum. & circa alia concupiscentię introeuntes suffocant uerbum. & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt. qui audiunt uerbum & suscipiunt. & fructificant unus xxx. & unum lx. & unum centum. Et dicebat illis. Numquid lucerna uenit ut sub modio ponatur. aut sub lecto? Nonne ut super candelabrum ponatur? Non est enim occultum. quod non manifestetur. nec factum est occultum sed ut in palam ueniat. Si quis habet aures audiendi audiat. Et dicebat illis. Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis remetietur uobis. & adicietur uobis. Qui enim habet dabitur illi. Et qui non habet. etiam quod auferetur ab eo. Et dicebat. Sic est regnum dei. quemadmodum si iactet homo semen in terra. & dormiat. & exurgat nocte ac die. & semen germinet & crescat. dum

nescit ille. Ultro enim fructificat terra primum herbam. deinde spicam. deinde plenum frumentum in spica. Et cum autem se produxerit fructus. statim mittit falcem. quia adest messis. Et dicebat. Cui assimilabimus regnum dei. aut cui parabolę comparabimus illud? Sicut granum sinapis. quod cum seminatur in terra. minus est omnibus seminibus que sunt in terra. Et cum natum fuerit. ascendit. & fit maius omnibus holeribus. & facit ramos magnos. ita ut possint sub umbra eius aues celi habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum prout poterant audire. Sine parabola autem loquebatur eis. Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. Et ait illis in illa die. cum serum factum esset. Transeamus trans. Et dimittentes turbam. assumunt eum sicut erat in navi. & alie naues erant cum illo. Et facta est procella magna uenti & fluctus mittebat in navem. ita ut impleretur navis. Et erat ipse in puppi super cervical dormiens. Et excitant eum & dicunt ei. Magister non ad te pertinet quia perimus. Et exurgens comminatus est uento. & dixit. Tace obmutesce. Et cessauit uentus. & facta est tranquillitas magna. Et ait illis. Quid timidi estis? Nondum habetis fidem. Et timuerunt timore magno. & dicebant ad alterutrum. Quis putas est iste. quia uentus & mare obediunt ei?

Et uenerunt trans fretum maris in regionem gerasenorum. & cum exisset de navi. continuo in spiritu immundo qui domicilium habebat in monumentis. Et nec catenis iam quisquam eum poterat ligare. quia sepe pedibus & catenis uinctus distractis catenis & pedum compedibus contritis. nemo poterat eum domare. Et semper nocte ac die in monumentis & in montibus erat clamans & concidens se lapidibus. Videns autem iesum longe cucurrit & adorauit eum. & clamans uoce magna dixit. Quid mihi & tibi est. fili dei summi? Adiuro te per deum. ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi spiritus im-

de ab homine. Et interrogabat eum. Quid tibi nomen est. Et dicit ei. Legio nomen mihi est. quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum. ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens. Et deprecabantur eum spiritus dicentes. Mitte nos in porcos. ut in eos introeamus. Et statim concessit eis iesus. Et exeuntes spiritus immundi. introierunt in porcos. Et magno impetu grex precipitatus est in mare. ad duo milia. et suffocata sunt in mari. Qui autem pascebant eos fugerunt. et nuntiauerunt in ciuitatem. et in agros. Et exierunt uidere quid esset factum. Et ueniunt ad iesum. et uident illum qui a demonio uexabatur. sedentem. uestitum. et sane mentis. et timuerunt. Et narrauerunt illis. qui uiderant. qualiter factum esset illi qui demonium habuerat. et de porcis. Et rogare eum ceperunt. ut discederet de finibus eorum. Cum ascendisset nauim. coepit deprecari illum. qui a demonio uexatus fuerat. ut esset cum illo. Et non admisit eum. sed ait illi. Vade in domum tuam. ad tuos. et annuntia illis quanta tibi dominus fecerit. et misertus est tui. Et abiit. et coepit predicare in decapoli. quanta fecisset sibi iesus. Et omnes mirabantur. Et cum transfretasset iesus in naui. iterum transfretauit eum illo. et facta est turba multa ad eum. et erat circa mare. Et uenit quidam de archisynagogis nomine iairus. et uidens eum procidit ad pedes eius. et deprecabatur eum multum. dicens. quia filia mea in extremis est. ueni. impone manum tuam super eam. ut salua sit. et uiuat. Et abiit cum illo. et sequebatur eum turba multa. et premebant illum. Et mulier que erat in profluuio sanguinis. xii. annis. et fuerat a multis passa a plurimis medicis. et erogauerat omnia sua. nec quicquam profecerat. sed magis deterius habebat. cum audisset de iesu. uenit in turba. retro. et tetigit uestimentum eius. Dicebat enim. quia si uel uestimentum eius tetigero. salua ero. Et protinus siccatus est fons sanguinis eius. Et sensit corpore quia sanata esset a plaga. Et statim iesus cognoscens in semetipso uirtutem que exierat de eo. conuersus ad turbam aiebat. Quis tetigit uestimenta mea. Et dicebant discipuli eius. Videres turbam comprimentem te. et dicis quis me tetigit. Et circumspiciebat uidere eam. que hoc fecerat. Mulier autem timens et tremens sciens quid factum esset in se. uenit et procidit ante eum. et dixit ei omnem ueritatem. Iesus autem dixit ei. Filia. fides tua te saluam fecit. Vade in pace. et esto sana a plaga tua. Adhuc eo loquente uenerunt ad archisynagogum dicentes. quia filia tua mortua est. Quid ultra uexas magistrum. Iesus autem audito uerbo quod dicebatur. ait archisynagogo. Noli timere. tantummodo crede. Et non admisit quemquam sequi se. nisi petrum. iacobum et iohannem fratrem iacobi. Et uenerunt in domum archisynagogi. et uidit tumultum. et flentes et ululantes multos. et ingressus ait illis. Quid turbamini et ploratis. puella non est mortua. sed dormit. Et irridebant eum. Ipse uero eiectis omnibus. assumit patrem et matrem puelle. et qui secum erant. Et ingreditur ubi erat puella iacens. Et tenens manum puelle. ait illi. Tabitha cumi. Quod est interpretatum. puella tibi dico surge. Et protinus surrexit puella. et ambulabat. Erat autem annorum xii. Et obstupuerunt stupore magno. Et precepit illis uehementer. ut nemo hoc sciret. Et iussit dari illi manducare.

Et egressus inde abiit in patriam suam. et sequebantur illum discipuli sui. VI

Et facto sabbato. coepit in synagoga docere. Et multi audientes admirabantur in doctrina eius dicentes. Unde huic omnia hec. et que est sapientia que data est illi. et uirtutes tales que per manus eius efficiuntur. Nonne iste est faber. filius marie. frater iacobi et ioseph et iude et symonis. Nonne et sorores eius hic nobiscum sunt. Et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis iesus. Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua. et in cognatione sua et in domo sua. Et non poterat ibi uirtutem ullam facere. nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum. Et cir-



cubat castella in circuitu docens. Et
vocauit xij. cepit eos mittere binos:
trabat illis potestatem spiritum immundor
Et precepit eis ne quid tollerent in via
nisi virgam tantum. Non peram non
panem neq; in zona es. sed calceatos
sandalijs. Ne induerentur duabus tuni
cis. Et dicebat eis. Quocumq; intro
ieritis in domum illic manete. donec e
reatis inde. Et quicumq; non receper
int nec audierint vos. exeuntes inde.
excutite pulueremde pedibus vris in te
stimonium illis. Et exeuntes predica
bant ut penitentiam agerent. demonia ej
multa eiciebant. vngebant oleo mul
tos egros. sanabantur. Et audiuit he
rodes rex. manifestum enim factum é no
men eius. dicebat. quia iohannes ba
ptista resurrexit a mortuis. propterea
operantur virtutes in illo. Alij autem di
cebant. quia helias é. Alij uero dicebat
quia prophta é. quasi unus ex prophis.
Quo audito herodes ait. Quem ego
decollaui iohannem. hic a mortuis resur
rexit. Ipe enim herodes misit ac tenuit
iohannem. vinxit eum in carcere.
propter herodiadem uxorem philippi fris
sui. quia duxerat eam. Dicebat enim io
hannes herodi. Non licet tibi habere uxo
rem fratris tui. Herodias autem insidiabat
illi. & volebat eum occidere. nec pote
rat. Herodes enim metuebat iohannem scies
eum uirum iustum. & sanctum. & custodie
bat eum. Et audito eo multa faciebat.
& libenter eum audiebat. Et cum dies
opportunus accedisset. herodes in natali
suo cenam fecit principibus tribunis
& primis galilee. Cumq; intrasset filia
ipius herodiadis. & saltasset & placuisset
herodi. simulq; discumbentibus. rex ait
puelle. pete a me quod vis. & dabo tibi.
Et iurauit illi. quia quicquid petieris
dabo tibi. licet dimidium regni mei.
Que cum exisset dixit matri sue. Quid
petam? At illa dixit. Caput iohannis
baptiste. Cumq; introisset statim cum
festinatione ad regem. petiuit dicens.
Volo ut protinus des mihi in disco ca
put iohannis baptiste. Et contristatus
est rex. propter iusiurandum. & propter simul
discumbentes. noluit eam contristare. &
misso speculatore precepit afferri caput
eius in disco. Et decollauit eum in car
cere. & attulit caput eius in disco. Et
dedit illud puelle. & puella dedit matri
sue. Quo audito discipuli eius uenerut.
& tulerunt corpus eius. & posuerunt illud
in monumento. Et congregantes apli ad
iesum. renuntiauerunt illi omnia que
gesserant & docuerant. Et ait illis. Venite
seorsum in desertum locum. & requiesci
te pusillum. Erant enim qui ueniebat
& redibant multi. & nec spatium manducandi habebant. Et ascendentes in naui.
abierunt in desertum locum seorsum. & vi
derunt eos abeuntes. & cognouerunt mul
ti. & pedestres de omnibus ciuitatibus cur
rerunt illuc & precesserunt eos. Et exies
iesus uidit turbam multam. & misertus
est super eos. quia erant sicut oues non
habentes pastorem. Et cepit docere illos
multa. Et cum iam hora multa fieret.
accesserunt discipuli eius dicentes. Di
Desertus é locus hic. & iam hora preterijt.
Dimitte illos ut euntes in proximas vil
las & uicos emant sibi cibos quos manducent. Et respondens ait illis. Date illis uos
manducare. Et dixerunt ei. Euntes e
mamus denarijs ducentis panes. & da
bimus illis manducare. Et dicit eis.
Quot panes habetis? Ite & videte. Et ci
cognouissent. dicunt v. & duos pisces
Et precepit illis ut accumbere faceret
omnes secundum contubernia super uiride fenum
Et discubuerunt in partes. per centos
& quinquagenos. Et acceptis v. panibus
& duobus piscibus. intuens in celum. bene
dixit & fregit panes. & dedit discipulis
suis ut ponerent ante eos. & duos pisces
diuisit omnibus. Et manducauerunt
omnes & saturati sunt. Et sustulerunt
reliquias fragmentorum. xij cophinos
plenos. & de piscibus. Erant autem qui ma
ducauerant v. milia uirorum. Et sta
tim coegit discipulos suos ascendere na
uim. ut precederent eum trans fretum.
ad bethsaidam. dum ipe dimitteret po
pulum. Et cum dimisisset eos. abiit in
montem orare. Et cum sero factum esset.
erat nauis in medio mari. & ipe solus in
terra. Et uidens eos laborantes in remi
gando. erat enim uentus contrarius eis.

Et circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos ambulans supra mare: et uolebat preterire eos. At illi ut uiderunt eum ambulantē supra mare, putauerūt fantasma esse: et exclamauerunt. Omnes enim eum uiderunt: et turbati sunt. Et statim locutus est cum eis: et dicit illis. Confidite: ego sum nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: et cessauit uentus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorum obcecatum. Et cum transfretassent: uenerunt in terram genasareth: et applicuerunt. Cūq egressi essent de nauī: statim cognouerunt eum. Et percurrentes uniuersam regionem illam: ceperunt in grabatis eos qui se male habebant circumferre: ubi audiebant eum esse. Et quocumq; introibat in uicos: uel in uillas aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos: et deprecabantur eum: ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum: salui fiebant.

VII

Et conueniunt ad eum pharisei: et quidam de scribis uenientes ab hierosolymis. Et cum uidissent quosdam de discipulis eius communibus manibus: id est non lotis manducare panes: uituperauerunt. Pharisei enim et omnes iudei nisi crebro lauerint manus non manducant: tenentes traditiones seniorum. Et a foro nisi baptizentur: non comedunt. Et alia multa sunt que tradita sunt illis seruare: baptismata calicum et urceorum: et eramentorum: et lectorum. Et interrogabant eum pharisei et scribe. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum: sed communibus manibus manducant panem? At ille respondens ait illis. Bene prophetauit ysaias de uobis ypocritis: sicut scriptum est. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem me colunt: docentes doctrinas et precepta hominum. Relinquentes enim mandatum dei: tenetis traditionem hominum: baptismata urceorum et calicum: et alia similia his facitis multa. Et dicebat illis. Bene irritum facitis preceptum dei: ut traditionem uestram seruetis. Moyses enim dixit. Honora patrem tuum et matrem tuam. Et qui maledixerit patri uel matri: morte moriatur. Vos autem dicitis. Si dixerit pater aut mater: corban quod est donum quodcumq; ex me tibi prodierit. Et ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri: irritantes uerbum dei per traditionem uestram quam tradidistis. Et similia huiusmodi facitis multa. Et conuocans turbam iterum dicebat illis. Audite me omnes et intelligite. Nichil est extra hominem introiens in eum: quod possit eum communicare. Sed que de homine procedunt illa sunt communicantia hominem. Si quis habet aures audiendi audiat. Et cum introisset in domum a turba: interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis. Sic et uos imprudentes estis. Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem non potest eum communicare: quia non intrat in cor eius: sed in uentrem et in secessum exit: purgans omnes escas. Dicebat autem: quia de homine exeunt: illa communicant hominem. Ab intus enim de corde hominum cogitationes male procedunt: adulteria fornicationes: homicidia: furta: auaritie: nequitie: dolus: impudicitia: oculus malus: blasphemie: superbia: stultitia. Omnia hec mala ab intus procedunt: et communicant hominem. Et inde surgens abiit in fines tyri et sydonis. Et ingressus domum neminem uoluit scire: et non potuit latere. Audiens enim mulier de qua habuit filia eius spiritum immundum introiit: et procidit ad pedes eius. Erat autem mulier gentilis: syrophenissa genere. Et rogabat eum ut demonium eiceret de filia eius. Qui dixit illi. Sine prius saturari filios. Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. At illa respondit et dixit ei. Etiam domine. Nam catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi. Propter hunc sermonem uade: exiit demonium de filia tua. Et cum abisset domum suam: inuenit puellam iacentem super lectum: et demonium exisse. Et iterum exiens de finibus tyri: uenit per sydonem ad mare galilee: inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei sur-

dum ⁊ mutum: ⁊ deprecabantur eum
ut imponat illi manum. Et apprehen-
dens illum de turba seorsum. misit di
gitos suos in auriculas eius. ⁊ expuc̃s
tetigit linguam eius. Et suspiciens
in celum ingemuit ⁊ ait. Effeta quod
é. ad aperire. Et statim aperte sunt au
res eius. ⁊ soluitum é unciculum ligue
eius ⁊ loquebatur recte. Et precepit
illis ne cui dicerent. Quanto autem
eis precipiebat. tanto magis plus p
dicabant. Et eo amplius admirabā
tur dicentes. Bene omnia fecit. ⁊ sur
dos fecit audire. ⁊ mutos loq.

VIII

In illis diebꝫ iterum cum
turba multa ēt cum ihesu.
nec hērent quod manducarent. conuocans discipul
os ait illis. Misereor super turbam. quia ec
ce iam triduo sustinent me. nec hūt
quod manducent. Et si dimisero eos
ieiunos in domum suam. deficient i
via. Quidam enim ex eis de longe ue
nerunt. Et responderunt ei discipuli
sui. Unde istos poterit quis saturare hic
panibꝫ in solitudine? Et interrogabat e
os. Quot panes hūt? Qui dixerunt.
Septem. Et precepit turbe discūbere
super terram. Et accipiens vii panes
gratias agens fregit ⁊ dabat discipulis
suis ut apponerent. Et apposuerunt
turbe. Et hābant pisciculos paucos. ⁊
ipos benedixit ⁊ iussit apponi. Et manducauerunt ⁊ saturati sunt. Et sustu
lerunt quod superauerat de fragmēs
vii sportas. Erant autē qui manduca
uerant quasi quatuor milia. ⁊ dimisit
eos. Et statim ascendens nauim cum
discipulis suis. uenit in partes dalma
nutha. Et exierunt pharisei. ⁊ cepe
runt conquirere cum eo. querentes ab illo si
gnum de celo: temptantes eum. Et i
gemiscens spū ait. Quid generatio ista
signum querit? Amen dico uobis. si
gnum querit. Amen dico uobis si da
bitur generationi isti signum. Et di
mittens eos ascendit iterum in nauē
⁊ abiit trans fretum. Et obliti fuerāt su
mere panes. ⁊ nisi unum panem nō
hābant secum in naui. Et precepit
eis dicens. Videte ⁊ cauete a fermēto
pharisęorum. ⁊ a fermēto herodis. Et co
gitabant ad alterutrum. dicentes. quia
panes non hūmus. Quo cognito ihesus
ait illis. Quid cogitatis quia panes
non hūtis. Nondum cognoscitis neq; intel
ligitis? Adhuc cecatum hūtis cor uestrū.
Oculos hūtes non uidetis. ⁊ aures hūtes non auditis. nec recordamini. qū
quinq; panes fregi in v. milia. Quot
cophinos fragmētorum plenos sustu
listis. Dicunt ei. xii. Quinq; panes i
quatuor milia. quot sportas fragmē
torum sustulistis? Dicunt ei. vii. Et dice
bat eis. Quomodo nondū intelligitis?
Et uenerunt bethsaidā. ⁊ adducunt ei
cecum. ⁊ rogabant eum ut illū tangēt.
Et apprehensa manu cęci eduxit eum
extra uicum. Et exspuens in oculos ei
⁊ imposito manibꝫ suis. interrogauit eum
si aliquid uideret. Et aspiciens ait. Vi
deo homines uelut arbores ambulan
tes. Deinde iterum imposuit manus
super oculos eius. ⁊ cepit uidere. Et
restitutus erat ut uideret clare omnia.
Et misit illum in domum suā dicens.
Vade in domum tuam. Et si in uicum
intraueris. nemini dixeris. Et egressus
ē ihesus. ⁊ discipuli eius in castella cesa
ree philippi. ⁊ in uia interrogabat discē
pulos suos. dicens eis. Quem me di
cunt ee homines? Qui responderunt illi.
dicentes. Alii iohannem baptistam.
alii heliam. alii unum ex
prophetis. Tunc dicit illis. Vos uero
quem me ee dicitis? Respondens petrus
ait illi. Tu es xpūs. Et comminatus
ē eis. ne cui dicerent de illo. Et cepit
docere eos. quia oportet filium hominis
multa pati. ⁊ reprobari a summis sacer
dotibus ⁊ scribis ⁊ senioribus ⁊ occidi. et
post tres dies resurgere. Et palam uer
bum loquebatur. Et apprehendens eum
petrus. cepit increpare eum. At ille con
uersus ⁊ videns discipulos suos. comi
natus ē petro. Vade retro me satana.
quia non sapis ea que dei sunt. sed que
hominum sunt. Et conuocata turba cum
discipulis suis. dixit eis. Qui uult
me sequi. deneget semetipm. ⁊ tollat
crucem suam ⁊ sequatur me. Qui enim
uoluerit animā suam saluam facere.



prīcet eam. Qui aut̄ perdiderit aiam
suam propt̄ me 7 euangelium. saluam
faciet eam. Quid enim prodest hómi.
lucrari mundum totum. 7 detrimen
animæ suæ faciat? Aut quam dabit hó
mutationem pro anima sua? Qui enim
me & meos fuerit. 7 uerba mea in gñā
one ista adultera. 7 peccatrice. filius
hominis & illius erit. cum. cum uenerit
in gl̄ia p̄tis sui cum angelis sanctis. Et
dicebat illis. Amen dico uobis quia
sunt quidam de hic stantib⁹. qui non
gustabunt mortem. donec uideant re
gnum dei uenies in uirtute. VIIII

Et post dies. vi. assumit̄
petrum 7 iacobum 7 iohēm.
7 ducit illos in montem ex
celsum seorsum solos. 7 trāsfi
figurat̄ est coram ipis. Et uestimenta
eius fca sunt splendentia. candida ni
mis uelut nix. qualia fullo super ter
ram non pōt candida facere. Et apparuit
illis helyas cum moyse. 7 erant lo
quentes cum iesu. Et respondens petrus
ait iesu. Rabi bonum est nos hic esse.
Faciamus hic tria tabernacula. tibi u
num. moysi unum 7 helye unum. Nō
enim sciebat quid diceret. Erant enim
timore exterriti. Et fca est nubes obum
brians eos. 7 uenit uox de nube dicens.
Hic est filius meus carissimus. audite il
lum. Et statim circumspicientes. ne
minem amplius uiderunt. nisi tantum
iesum secum. Et descendentib⁹ illis de
monte. precepit ne cui quæ uiderant
narrarent. nisi cum filius hominis a mor
tuis resurrexerit. Et uerbum tenuerūt
apud se. quærentes quid est hoc cum
a mortuis resurrexerit. Et interrogabāt
eum dicentes. Quid ergo dicunt pha
risei & scribe. quia helyam oportet p̄mi
nere. Qui respondens ait illis. helyas
cum uenerit primo restituet omnia. 7
Et quomodo scriptum est in filiū hominis
ut multa patiatur. 7 reprobetur. Sed dico
uobis. quia helyas uenit. 7 fecerunt illi
quæcumq; uoluerunt. sicut scriptum
est de eo. Et ueniens ad discipulos suos
uidit turbam magnam circa eos. 7 scri
bas quærentes cum illis. Et protinus
omnis populus uidens iesum. stupe
factus est. 7 expauerunt. Et accurrentes
salutabant eum. Et interrogauit eos. quid
inter uos quæritis. Et respondens unus
de turba. dixit. Magister attuli filium meum
ad te. habentem spm mutum. qui ubicū
q; eum apprehenderit allidit eum. et
spumat. 7 stridet dentibus. 7 uestit. Et
dixi discipulis tuis ut ēicerent illum.
7 non potuerunt. Qui respondens ei dixit.
O generatio incredula. quousq; ad uos
ero. quousq; uos patiar? Afferte illum
ad me. Et attulerunt eum. Et cum
uidisset illum. statim spūs conturbauit
eum. Et elisus in terram uolutabatur
spumans. Et interrogauit patrem eius
quantum tp̄is est ex quo ei hoc accidit.
At ille ait. Ab infantia. Et frequenter
eum 7 in ignem 7 in aquas misit. ut
eum perderet. Sed si quid potes adiuua
nos. misertus nri. Iesus autem ait illi. Si
potes credere. omnia possibilia sunt
credenti. Et protinus exclamans pa
ter pueri cum lacrimis aiebat. Credo
domine. adiuua incredulitatē meam.
Et cum uidisset iesus concurrentē tur
bam. comminatus est spūi immundo. dicēs
illi. Surde 7 mute spūs. ego tibi præci
pio exi ab eo. 7 amplius ne introeas in
eum. Et exclamans 7 multum discer
pens eum. exiit ab eo. Et factus est sicut
mortuus. ita ut multi dicerent quia
mortuus est. Iesus autem tenens manum
eius. eleuauit eum. 7 surrexit. Et cum
introisset in domum. discipuli eius se
creto interrogabant eum. Quare nos
non potuimus ēicere eum. Et dixit
illis. Hoc genus in nullo potest exire.
nisi in oratione 7 ieiunio. Et inde proficis
centes pergrediebantur galileam. nec uole
bat quemq; scire. Docebat autem discī
pulos suos. 7 dicebat illis. Quia filius
hominis traditur in manus hominū.
7 occident eum. Et occisus tertia die
resurget. At illi ignorabant uerbum.
7 timebant interrogare eum. Et uene
runt capharnaum. Et cum domi
esset. interrogabat eos. Quid in uia tra
ctabatis? At illi tacebant. Siquidem inter
se in uia disputauerant. quis eorum
esset maior. Et residens uocauit duo
decim. 7 ait illis. Si quis uult primus esse. erit

omnium nouissimus. ⁊ omnium minist.
Et accipiens puerum statuit eum in
medio eorum. Quem cum complexus es-
set ait illis. Quisquis unum exhuiusmo-
di pueris receperit in nomine meo. me
recipit. Et quicumq; me susceperit. no
me suscipit. sed eum qui me
misit. Respondit illi Iohannes dicens.
Magister uidimus quendam in nomi-
ne tuo eicientem demonia. qui nō sequi-
tur nos. ⁊ prohibuimus eum. Iesus autē
ait. Nolite prohibere eum. Nemo est
enim qui faciat uirtutem in nomine
meo. ⁊ possit cito male loqui de me. Qui
enim non est aduersus nos. pro nobis est.
Quisquis enim potum dederit uobis
calicem aque in nomine meo.
quia xpi estis. amen dico uobis non
perdet mercedem suam. Et quisquis
scandalizauerit unum de his pusillis
credentibus in me. bonum est ei magis si
circumdaretur mola asinaria collo eius.
⁊ in mare mitteretur. Et si scandalisa-
uerit te manus tua. abscide illam. Bo-
num est tibi debilem intrare in uitam.
q̄s duas manus habentem ire gehennam.
in ignem inextinguibilem. ubi uermis
eorum non moritur. ⁊ ignis non extin-
guitur. Et si pes tuus scandalizat te. a-
mputa illum. Bonum est tibi claudū
intrare in uitam eternam. q̄s duos pe-
des habentem mitti in gehennam ignis
inextinguibilis. ubi uermis eorum nō
moritur. ⁊ ignis non extinguitur. Q̄-
si oculus tuus scandalizat te. eice eum.
Bonum est tibi luscum intrare in regn̄
dei. q̄s duos oculos habentem mitti in ge-
hennam ignis. ubi uermis eorum nō
moritur. ⁊ ignis non extinguitur. Oīs
enim igne salietur. ⁊ omnis uictima sa-
le salietur. Bonum est sal. Q̄ si sal insul
sum fuerit. in quo illud condietis. Habe-
te in uobis sal. ⁊ pacem habete inter uos.

Et inde exurgens. uenit in
fines iudee. ultra iordanem.
Et conuenunt iterum turbe
ad eum. ⁊ sicut consueuerat
iterum docebat eos. Et accedentes pha-
risei interrogabant eum. si licet uiro uxo-
rem dimittere temptantes eum. At il-
le respondens ait. Quid uobis precepit

moyses? Qui dixerunt. Moyses per-
misit libellum repudii scribere. ⁊ dimittere.
Quibus respondens iesus ait. Ad duritiam cor-
dis uri. scripsit uobis precepta illud
ab initio autē creature masculi ⁊ fe-
mellam fecit eos deus. Et dixit. Propter hoc relin-
quet homo patrem ⁊ matrem. ⁊ adherebit
ad uxorem suam. ⁊ erunt duo in carne
una. Itaq; iam non sunt duo. sed una
caro. Quod ergo deus coniunxit homo
non separet. Et in domo iterum discipuli
eius de eadem re interrogauerunt eum.
Et ait illis. Quicumq; dimiserit uxo-
rem suam ⁊ aliam duxerit. adulterium
committit super eam. Et si uxor dimiserit
uirum suum. ⁊ alii nupserit. mechabitur.
Et offerebant illi paruulos ut tangeret
illos. Discipuli autē comminabantur offe-
rentibus. Quos cum uidisset iesus. indi-
gne tulit. ⁊ ait illis. Sinite paruulos
uenire ad me. ⁊ ne prohibueritis eos.
Talium est enim regnum dei. Amen di-
co uobis quicumq; non receperit regnum dei sicut
paruulus. non intrabit in illud. Et cō-
plexans eos. ⁊ imponens manus super
illos. benedicebat eos. Et cum egressus
esset in uiam. procurrens quidā genu-
flexo ante eum rogabat eum dicens.
Magister bone quid faciam ut uitam eter-
nam percipiam? Iesus autē dixit ei. Quid
me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus
deus. Precepta nosti. Ne adulteres. ne
occidas. ne furtum facias. ne falsum testimo-
nium dixeris. ne fraudem feceris. honora
patrem tuum ⁊ matrem. At ille respon-
dens ait illi. Magister omnia hec custodiui a iuuen-
tute mea. Iesus autē intuitus eum. dile-
xit eum. ⁊ dixit ei. Unum tibi deest. Va-
de quecumq; habes uende. ⁊ da pauperi-
bus ⁊ habebis thesaurum in celo. ⁊ ueni sequere
me. Qui contristatus in uerbo. abiit me-
rens. Erat enim habens possessiones mul-
tas. Et circumspiciens iesus. ait discipu-
lis suis. Quam difficile qui pecunias habent
in regnum dei introibunt. Discipuli autē
obstupescebant in uerbis eius. At iesus
rursum respondens. ait illis. Filioli quam dif-
ficile est confidentes in pecuniis. in regnum
dei introire. Facilius est camelum per fo-
ramen acus transire. quam diuitem intro-
ire in regnum dei. Qui magis admirabā-



~ nū dicentes ~

nu: dicentes ad semetipos. Et quis pot
saluus fieri? Et intuens illos ihesus ait
illis. Apud homines impossibile é. sed non
apud deum. Omnia enim possibilia sunt
apud deum. Et post hec cepit ei dicere.
Ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus
te. Respondens ihesus ait. Amen dico uobis
nemo é qui reliquerit domum. aut fres
aut sorores. aut patrem aut matrem. aut
filios aut agros propter me. et propter euan
gelium. qui non accipiat centies tantum
nunc in tpore hoc. domos fres sorores et
matres et filios et agros. cum persecutionib
et in seculo futuro uitam eternam. Multi
aut erunt primi nouissimi. et nouissimi
primi. Erant aut in uia ascendentes in
ierosolimam. et precedebat illos ihesus. et
stupebant et sequentes timebant. Et as
sumens iterum xii. cepit illis dicere q.
ent ei uentura. Quia ecce ascendimus
ierosolimam. et filius hominis tradetur
principibus sacerdotum et scribis et senio
ribus. et damnabunt eum morte. Et tra
dent eum gentibus. et illudent ei et conspuent
eum. et flagellabunt eum et interficient
eum. et tertia die resurget. Et accedunt
ad eum iacobus et iohannes filii zebe
dei. dicentes. Magister uolumus ut quod
q3 petierimus facias nobis. At ille dixit
eis. Quid uultis ut faciam uobis? Et
dixerunt. Da nobis ut unus ad dexteram
tuam alius ad sinistram tuam sedeamus in
gloria tua. Ihesus aut dixit eis. Nescitis
quid petatis. Potestis bibere calicem
quem ego bibo. aut baptismo quo ego
baptizor baptizari? At illi dixerunt ei. Pos
sumus. Ihesus aut ait illis. Calicem
quidem quem ego bibo bibetis. et baptis
mo quo ego baptizor baptizabimini. Se
dere aut ad dexteram meam uel ad si
nistram non est meum dare uobis. sed q̄b
paratum est. Et audientes decem cepe
runt indignari de iacobo et iohanne. Ihesus aut
uocans eos. ait illis. Scitis quia hi qui
uidentur principari gentibus dominantur
eis. et principes eorum potestatem habent
eorum. Non ita est aut in uobis. Sed q̄
q3 uoluerit maior fieri. erit uester minister
Et quicumq3 uoluerit in uob primus
esse. erit omnium seruus. Nam et filius hois
non uenit ut ministretur ei. sed ut mi
nistraret. et daret animam suam redemp
tionem pro multis. Et uenerunt iericho.
Et proficiscente eo de iericho et discipu
lis eius. et plurima multitudine. Filius
thimei bartimeus cecus sedebat iux
ta uiam mendicans. Qui cum audisset
quia ihesus nazarenus é. cepit clama
re et dicere. Fili dauid ihesu miserere mei
Et increpabant eum multi ut taceret. Ipse
at ille multo magis clamabat. fili dauid
miserere mei. Et stans ihesus. precepit
illum uocari. Et uocant cecum dicen
tes ei. Animequior esto. surge uocat
te. Qui proiecto uestimento exiliens uenit
ad eum. Et respondens ihesus dixit illi.
Quid uis faciam tibi? Cecus aut dixit
ei. Rabboni. ut uideam. Ihesus autem
ait illi. Uade. fides tua te saluum fecit.
Et confestim uidit. et sequebatur eum
in uia.

XII

Et cum appropinquarent
ierosolimis et bethanie ad
montem oliueti. mittit
duos ex discipulis suis. et
ait illis. Ite in castellum quod contra uos
est. et statim introeuntes illuc. inuenietis
pullum ligatum super quem nemo ad
huc hominum sedit. soluite illum. et
adducite. Et si quis uobis dixerit quid
facitis. dicite quia domino necessarius é
et continuo illum dimittet huc. Et abeun
tes inuenerunt pullum ligatum ante
portam foris in biuio. et soluunt eum.
Et quidam de circumstantibus dicebant
illis. Quid facitis soluentes pullum.
Qui dixerunt sicut preceperat illis ihs.
Et dimiserunt eos. Et duxerunt pullum
ad ihesum. et imposuerunt illi uestimen
ta sua. et sedit super eum. Multi autem
strauerunt uestimenta sua in uia. alii au
tem ramos cedebant de arboribus et ster
nebant in uia. Et qui precedebant et qui se
quebantur clamabant dicentes. Osanna
benedictus qui uenit in nomine
domini. benedictum q̄ uenit regnum
patris nri dauid. osanna in excelsis. Et
introiuit ihesus hierosolimam in templum.
Et circumspectis omnibus cum iam ue
spera esset hora. exiit in bethaniam cum
xii. Et alia die cum exirent a bethania
esurijt. Cumq3 uidisset a longe ficu

bitem folia ueniet si quid forte inueniret in ea. Et cum uenisset ad eam. nichil inuenit preter folia. Non enim erat tempus ficorum. Et respondens dixit ei. Iam non amplius in eternum. fructum ex te quisq; manducet. Et audiebant discipuli eius. Et uenerunt iterum ierosolymam. Et cum introisset in templum. cepit eicere uendentes et ementes in templo. et mensas numulariorum. et cathedras uendentium columbas euertit. Et non sinebat ut quisq; per templum uas transferret. Et docebat eos dicens. Nonne scriptum est. quia domus mea domus orationis uocabitur cunctis gentibus. uos autem fecistis eam speluncam latronum. Quo audito principes sacerdotum et scribe. quærebant quomodo eum perderent. Timebant enim eum. quia uniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et cum uespera esset facta. egrediebatur de ciuitate. Et cum mane transirent. uiderunt ficum aridam factam a radicibus. et obstupuerunt. Et recordatus petrus. dicit ei. Rabi ecce ficus cui maledixisti aruit. Et respondens iesus ait illis. Habete fidem dei. Amen dico uobis. quia quicumq; dixerit monti huic tollere et mittere in mare. et non hesitauerit in corde suo. sed crediderit quod dicit fiat. fiet ei. Propterea dico uobis omnia quecumq; orantes petitis. credite quia accipietis et ueniet uobis. Et cum stabitis ad orandum. dimittite si quid habetis aduersus aliquem. ut et pater uester qui in celis est dimittat uobis peccata uestra. Quod si uos non dimiseritis. nec pater uester qui in celis est dimittet uobis peccata uestra. Et ueniunt iterum ierosolymam. Et cum ambularet in templo. accedunt ad eum summi sacerdotes. et scribe et seniores et dicunt illi. In qua potestate hec facis. aut quis dedit tibi hanc potestatem. ut ea facias. Iesus autem respondens ait illis. Interrogabo uos et ego unum uerbum. et respondete mihi et dicam uobis in qua potestate hec faciam. Baptismus iohannis de celo erat an ex hominibus. respondete mihi. Illi cogitabant secum dicentes.

Si dixerimus de celo. dicet. Quare ergo non credidistis ei. Si dixerimus ex hominibus timemus turbam. Omnes enim habebant iohannem. quia uere propheta erat. Et respondentes dicunt iesu. Nescimus. Respondens iesus ait illis. Nec ego dico uobis in qua potestate hec faciam.

INCIPIT CAPITULUM XII

Et cepit illis in parabolis loqui. Uineam plantauit homo. et sepem circumdedit ei. et fodit lacum. et edificauit turrim. et locauit eam agricolis. et peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore fructum. ut ab agricolis accipiret de fructu uinee. Qui apprehensum eum ceciderunt. et dimiserunt inanem. Et iterum misit ad illos alium seruum. et illum in capite uulnerauerunt. et contumelis affecerunt. Et rursus alium misit. et illum occiderunt. Et alios quidem plures cedentes. alios uero occidentes. Adhuc ergo habens unum filium carissimum. et illum misit ad eos nouissimum. dicens. quia uerebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt ad inuicem. hic est heres. Uenite occidamus eum. et nostra erit hereditas. Et apprehendentes eum occiderunt. et eiecerunt extra uineam. Quid ergo faciet dominus uinee. Ueniet et perdet colonos. et dabit uineam aliis. Nec scripturam hanc legistis. Lapidem quem reprobauerunt edificantes. hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud. et est mirabile in oculis nostris. Et quærebant eum tenere. et timuerunt turbam. Cognouerunt enim quia ad eos parabolam hanc dixerit. et relicto eo abierunt. Et mittunt ad eum quosdam ex pharisæis et herodianis ut eum caperent in uerbo. Qui uenientes dicunt ei. Magister. scimus quia uerax es. et non curas quemquam. non enim respicis in faciem hominum. sed in ueritate uiam dei docens. Licet tributum dare cesari an non dabimus. Dabimus. an non dabimus. Qui sciens uestram hypocrisim dixit illis. Quid me temptatis. Afferte mihi denarium. ut uideam. Illi obtulerunt ei. Et ait illis. Cuius est imago hec et superscriptio. Dicunt ei. Cesaris. Respondens autem iesus. dixit illis. Reddite ea que sunt cesaris cesari. et que sunt dei

teo. Et mirabantur super eo. Et uenerunt ad eum saduccei. qui dicunt nō
rrectionem non ēe. et interrogabant eum
dicentes. Magr moyses scripsit nob
ur si cuius frater mortuus fuerit. et di
miserit uxorem et filios non reliquerit. e
accipiat frater eius uxorem ipius. et
resuscitet semen fratri suo. Septem
ergo fres fuerunt. et primus accepit
uxorem. et mortuus ē non relicto scie.
Et ps accepit eam et mortuus ē. et nec
iste reliquit semen. Et tertius similit
Et acceperunt eam similit et vij. et non
reliquerunt semen. Nouissima oium
mortua ē et mulier. In rsurrectione ergo
cum rsurrexerint. cuius de his erit
uxor? Septem enim habuerunt eam. Et
respondens ihesus ait illis. Nonne ideo errat
non scientes scripturas ns uirtutē dei?
Cum enim a mortuis surrexerint. nec nubent
ne nubentur. sed sunt sicut angeli i celis.
De mortuis aut q non resurgant non
legistis in libro moysi. super rubum. q
modo dixerit illi deus. dicens. Ego
sum deus abraam deus ysaac. et deus
iacob? Non ē deus mortuor sed uiuoru.
Vos ergo multum erratis. Et accessit un
de scribis qui audierat illos quirentes
et uidens illis qm bene respondit. interrogauit
eum. q ēet omniū primū mandatum?
Ihesus aut respondit ei. quia primū mandā
tum omniū ē. Audi isr. dns deus tuus
deus unus ē. Et diliges dnm deum
tuum ex toto corde tuo. et ex tota ani
et ex tota mente tua. et ex tota uirtute tua
hoc ē primū mandatum. Sm aut est
simile illi. Diliges proximum tuū tanq
te ipm. Maius horum aliud mandatum
non ē. Et ait illi scriba. Bene magr
in ueritate dixisti. quia unus ē deus. et
non ē alius preter eum. Et ut diligat
ex toto corde. et ex toto intellectu. et ex to
ta anima. et ex tota fortitudine. Et dili
gere proximū sicut te ipm. maius est
omnibus holocaustomatibus et sacrificijs
Ihesus aut uidens q sapienter respondisset
dixit illi. Non es longe a regno dei. Et
nemo iam audebat eum interrogare. Et
respondens ihesus dicebat docens in templo.
Quomodo dicunt scribe. xpm filium
ēe dauid. Et ipe enim dauid. dicit in
spū scō. Dixit dominus dño meo sede
a dextris meis. donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum. Ipe
ergo dauid dicit eum dominum. et un
ē filius eius? Et multa turba libenter
eum audiebat. Et dicebat eis in doctri
na sua. Cauete a scribis qui uolunt i
stolis ambulare et salutari in foro. et pri
me cathedras sedere in synagogis. et pri
mas discubitus in cenis. Qui deuo
rant domos uiduarum. sub obtentu
prolixe oronis. hi accipient prolixi
us iudicium. Et sedens ihesus contra gaza
philacium aspiciebat quomodo turba
iactaret es in gazophilacium. Et multi
diuites iactabant multa. Cum uenisset
aut una uidua paupr. misit duo mi
nuta. quod ē quadrans. Et conuocans
discipulos suos ait illis. Amen dico uo
bis. quia uidua hec paupr plus omnib
misit. qui miserunt in gazophilacium.
Omnes enim ex eo quod abundabat
illis. miserunt. hec uero de penuria sua oia
que habuit misit totum uictum suum.

XIII

Et cum egre
deretur de templo. ait illi un
de discipulis suis. Magr
aspice quales lapides et qles
structure. Et respondens ihesus ait illi.
Vides has omnes magnas edificationes?
Non relinquetur lapis super lapidem
qui non destruatur. Et cum sederet in
monte oliuarum contra templum. interro
gabant eum separatim. petrus et iacob
et iohannes et andreas. Dic nobis qñ hec
fient. et quod signum erit. qñ hec omnia
incipient consummari. Et respondens ihesus
cepit dicere illis. Videte ne quis uos se
ducat. Multi enim uenient in nomine
meo dicentes. quia ego sum. et multos
seducent. Cum aut audieritis bella et
opiniones bellorum. ne timueritis. Opor
tet enim fieri. sed nondum finis. Exsurget aut gens super gentem. et re
gnum super regnum. et terremotus erunt
per loca. et fames. initium dolorum. Vide
te aut uos metipos. Tradent enim uos
in cilijs et in synagogis. uapulabitis et in
uidebimini. et ante reges et presides stabitis propter me in te
stimonium illis. Et in omnes gentes
primum oportet predicari euangelium.

Et cum durecint uos tribentes. nolite
precogitare quid loquami. si quid dami
fuerit nobis in illa hora id loquami. Nō
enim estis uos loquentes. sed spūs scūs.
Tradet enim fr̄ frātrem in mortem. et pr̄
filium. Et insurgent filij in parentes. et
morte eos afficient. Et eritis odio oib⁹
propt̄ nom̄ meum. Qui aut̄ sustinue
rit in fine. hic saluus erit. Cum aut⁊
uideritis abhominationē desolationis
stantem ubi non debet qui legit intelli
gat. Tunc qui in iudea sunt fugiant
ad montes. et qui super tectum non de
scendant in domū. nec introeat ut tol
lat quid de domo sua. Et qui in agro
suo erit. nō reuertatur retro tollere ue
stimentum suum. Ve aut̄ pregnantib⁹
in illis diebus. Orate uero ut hyeme nō
fiant. Erunt enim dies illi tribulatio
nes tales. quales nō fuerunt ab initio
creaturē quā condidit deus usq; nunc. et
nō fient. Et nisi abreuiasset dīs dies. nō
fuisset salua omnis caro. Sed propt̄ elec
tos quos elegit breuiauit dies. Et tūc
si quis uobis dixerit. ecce hic xp̄s. ecce
illic. ne credideritis. Surgent enim
pseudo x̄pi. et pseudo prophē. et dabunt si
gna et portenta. ad seducendos si potest
fieri etiam electos. Ecce ego uidete. ec
ce ego predixi uobis omnia. Sed in illi
diebus post tribulationē illam. sol tene
brabitur. et luna non dabit splendorem
suum. et stelle cadent de celo. et
uirtutes que sunt in celis mouebūtur.
Et uidebunt filium hominis uenientē
in nubibus cum uirtute magna et gloria.
Et mittet angelos suos. et congregabit ele
ctos suos a quatuor uentis. a summo terre
usq; ad summum celi. A ficu aut̄ discite
parabolam. Cum iam ramus eius te
ner fuerit. et nata fuerint folia. cognos
cetis in proximo esse estas. Sic et uos
cum uideritis hec fieri. scitote q̄ in pro
ximo sit in hostijs. Amen dico uobis.
q̄ non transiet generatio hec. donec oīa
ista fiāt. Celum et terra transibūt. uba
aut̄ mea non transient. De die autem
illa et hora nemo scit. neq; angeli in ce
lo. nisi filius nisi pater. Videte uigilate
et orate. nescitis enim quando tempus
sit. Sicut homo qui peregre profectus e

reliquit domum suam. et dedit seruis
suis potestatem cuiuscumq; operis. ei
mitto pr̄cepit ut uigilet. Vigilate ergo
nescitis enim q̄n dominus domus ueni
at sero an media nocte. an gallicantu an
mane. ne cum uenerit repente inueniat
uos dormientes. Quod aut̄ uobis dico
omnibus dico uigilate.

XIIII

Erat aut̄ pasca et azima post
biduum. Et querebant sum
mi sacerdotes et scribe. q̄mo
do eum dolo tenerent et occi
derent. Dicebant enim. Non in die festo.
ne forte tumultus fieret populi. Et cū
esset bethanie in domo symonis leprosi.
et recumberet. uenit mulier hēns alaba
strum unguenti nardi spicati pretiosi.
Et fracto alabastro. effudit super capūt
eius. Erant aut̄ quidam indigne ferē
tes. intra se metipsos et dicentes. Ut quid
perditio ista unguenti facta est? Poterat
enim unguentum istud uenundari plꝰ
q̄ trecentis denarijs. et dari pauperibus.
Et fremebant in eam. Jesus aut̄ dixit.
Sinite eam. Quid illi molesti estis?
Bonum opus operata est in me. Semper
enim pauperes hābetis uobiscum. et cū
uolueritis potestis illis benefacere. Me aut̄
non semper hābetis. Quod habuit hec fe
cit. preuenit ungere corpus meum in
sepulturam. Amen dico uobis ubiq;
predicatum fuerit euangelium istud in
uniuerso mundo. et quod hec fecit nar
retur in memoriā eius. Et iudas scari
oth unus de xij. abiit ad summos sacer
dotes ut proderet eum illis. Qui audi
entes gauisi sunt. et promiserunt ei pecu
niam se daturos. Et querebat q̄modo
illum opportune traderet. Et primo di
e azimorum q̄ pasca immolabant. dicunt
ei discipuli. Quo uis eamus et parem⁹
tibi ut manduces pascha? Et mittit. duos
ex discipulis suis. et dicit illis. Ite in ciuitatem et occurret uobis homo
lagenam aque bajulans. sequimini eum
Et quocumq; introierit. dicite dño do
mus. quia magr̄ dicit. Ubi est refectio
mea. ubi pascha cum discipulis meis
manducem? Et ipse uobis demonstra
bit cenaculum grande stratum. et illic
parate nobis. Et abierunt discipuli

eus. ꝛ uenerunt in ciuitatem. ꝛ inue
nerunt sicut dixerat illis. ꝛ parauerunt
pascha. Vespere aut̄ fc̄o. uenit cum xii.
Et discumbentibꝰ eis ꝛ manducantibꝰ.
ait ihesus. Amen dico uobis. quia unꝰ
ex uobis me traditꝰ est qui manducat me
cum. Ipsi autem ceperunt contristari ꝛ dicere
ei singillatim. Numquid ego? Et ait illi
Vnus ex xii. qui intingit manum mecum
in catino. Et filius hominis quidem uadit sicut scri
ptum est de illo. Ve autem homini illi per
quem filius hominis tradetur. Bonum
erat ei si non natus homo ille. Et
manducantibus illis accepit ihesus panem.
ꝛ benedicens fregit ꝛ dedit eis. ꝛ ait. Su
mite. hoc est corpus meum. Et accepto
calice. gratias agens dedit eis. Et biberunt
ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis
meus noui testamenti. qui pro multis effun
detur. Amen dico uobis. quia non bi
bam de genimine uitis. usq; in diem
illum. cum illud bibam nouum in regno
dei. Et hymno dicto. exierunt in mon
tem oliuarum. ꝛ ait illis ihesus. Omnes
uos scandalizabimini in me in nocte ista
quia scriptum est. Percutiam pastorem
ꝛ dispergentur oues gregis. Sed postea
quam resurrexero. precedam uos in galilee
Petrus autem ait ei. Et si omnes scanda
lizati fuerint. sed non ego. Et ait illi ihs.
Amen dico tibi. quia tu hodie in hac no
cte. priusquam bis gallus uocem dederit. ter
me es negaturus. Ipse autem amplius loque
batur. Et si oportuerit me simul commo
ri tibi. non te negabo. Similiter autem et
omnes dicebant. Et uenerunt in prediu
m cui nomen gethsemani. ꝛ ait discipu
lis suis. Sedete hic donec orem. Et
assumit petrum ꝛ iacobum ꝛ iohannem
secum. Et cepit pauere ꝛ tedere. ꝛ ait illis.
Tristis est anima mea usq; ad mortem.
Sustinete hic ꝛ uigilate. Et cum processis
sꝫ paululum. procidit super terram et
orabat. Ꝛ si fieri possit. transiret ab eo
hora. ꝛ dicebat. Abba pr̄. omnia tibi possi
bilia sunt. transfer calicem hunc a me.
Sed non quod ego uolo. sed sicut tu. Et
uenit. ꝛ inuenit eos dormientes. ꝛ ait pe
tro. Symon dormis? Non potuisti una
hora mecum? Vigilate ꝛ orate ut non in
tretis in tentationem. Spiritus quidem prompt⁹

est. caro autem infirma. Et iterum abiens
oravit. eundem sermonem dicens. Et
reuersus denuo. ꝛ inuenit eos dormien
tes. Erant enim oculi eorum grauati.
Et ignorabant quid responderent ei. Et
uenit tertio. ꝛ ait illis. Dormite iam ꝛ
requiescite. Sufficit. Venit hora. ecce
filius traditur in manus peccatorum. Su
rgite eamus. Ecce qui me tradet
prope est. Et adhuc eo loquente. uenit
iudas scariothes unus ex xii. ꝛ cum eo
turba multa. cum gladiis ꝛ lignis ad
uersus principes sacerdotes ꝛ scribas. ꝛ a senioribus.
Dederat autem traditor eius signum eis
dicens. Quemcumq; osculatus fuero
ipse est tenete eum. ꝛ ducite eum caute.
Et cum uenisset statim accedens ad e
um. ait. Rabbi. Et osculatus est eum.
At illi manus iniecerunt in eum ꝛ te
nuerunt eum. Vnus autem quidam stan
tibus educes gladium percussit seruum
principis sacerdotis. ꝛ amputauit illi auricu
lam. Et respondens ihesus ait illis. Tanq;
ad latronem existis cum gladiis ꝛ lignis
apprehendere me? Cotidie apud uos
eram in templo docens. ꝛ non me tenu
istis? Sed ut adimpleantur scripture.
Tunc discipuli eius relinquentes eum
omnes fugerunt. Adolescens autem quo
dam sequebatur eum amictus sindone
super nudo. ꝛ tenuerunt eum. At ille re
licta sindone. nudus profugit ab eis.
Et adduxerunt ihesum ad summum sacer
dotem. ꝛ conuenerunt in unum omnes
sacerdotes scribe ꝛ seniores. Petrus au
tem longe secutus est eum. usq; intro in
atrium principis sacerdotis. Et sedebat cum
ministris. ꝛ calefaciebat se ad ignem.
Summi uero sacerdotes ꝛ omne concilium
quaerebant aduersus ihesum testimo
nium. ut eum morti traderent. ꝛ non
inuenichant. Multa enim testimonia
falsum dicebant aduersus eum. ꝛ con
uenientia testimonia non erant. Et
quidam surgentes. falsum testimoniu
ferebant aduersus eum. dicentes. quo
nos audiuimus eum dicentem. Ego
dissoluam templum hoc manufactum
ꝛ per triduum aliud non manufactum
edificabo. Et non erat conueniens testi
monium illorum. Et exurgens sum



sacerdos in medium. 7 interrogauit ihesum
dicens. Non respondes quicq̃ ad ea que
tibi obiciunt ab his. Ille aut tace
bat. 7 nichil respondit. Rursus summus
sacerdos interrogabat eum. 7 dicit ei. Tu
es xp̃us filius dei benedicti. Jesus aut
dixit illi. Ego sum. Et videbitis fi
lium hominis a dextris sedentem
tem. 7 venientem in nubibus celi. Sum
mus aut sacerdos scindens uestimẽta
sua. ait. Quid adhuc desideramus te
stes? Audistis blasphemiam? Quid
uobis uidetur? Qui omnes dempna
uerunt eum esse reum mortis. Et cepe
runt quidã despuere eum. 7 velare fa
ciem eius. 7 colaphis eum cedere. 7 di
cere ei. Prophetiza. Et ministri alapis
eum cedebant. Et cum esset petrus in
atrio deorsum. venit una ex ancillis
summi sacerdotis. 7 cum uidisset petrum
calefacientẽ se. aspiciens illum ait. Et
tu cum ihesu nazareno eras. At ille ne
gauit dicens. Neq̃ scio. nec noui quid
dicas. Et exiuit foras ante atrium. et
gallus cantauit. Rursus aut cum ui
disset illum ancilla. cepit dicere circũ
stantibus. quia hic ex illis est. At ille iter
um negauit. Et post pusillum rursus
qui astabant dicebant petro. Vere ex il
lis es. nam 7 galileus es. Ille autem
cepit anathematizare 7 iurare. quia ne
scio hominem istum quem dicitis. Et
statim gallus iterum cantauit. Et re
cordatus est petrus uerbi quod dixerat
ei ihesus. priusq̃ gallus bis cantet ter
me negabis. Et cepit flere. XV

Et confestim mane consilium
facientes. summi sacerdotes
cum senioribus et scribis. 7 tum
uniuerso concilio uinctes ie
sum duxerunt 7 tradiderunt pilato. Et
interrogauit eum pilatus. Tu es
rex iudeorum? At ille respondens ait illi.
Tu dicis. Et accusabant eum summi
sacerdotes in multis. Pilatus autem
rursus interrogauit eum dicens. Non
respondes quicq̃? Vide in quantis te ac
cusant. Jesus aut nichil amplius re
spondit. ita ut mirarentur pilatus. Per diem
aut festum. dimittere solebat illis ex
uinctis quemcunq̃ petissent. Erat au

qui dicebatur barabas. qui cum seditio
sis erat uinctus. qui in seditione fece
rat homicidium. Et cum ascendisset tur
ba. cepit rogare sicut semper faciebat
illis. Pilatus aut respondit eis. 7 dixit.
Vultis dimittam uobis regem iudeorum?
Sciebat enim q̃ per inuidiam tradidis
sent eum summi sacerdotes. Pontifices
aut incitauerunt turbam. ut magis ba
rabam dimitteret eis. Pilatus iterum
respondens ait illis. Quid ergo uultis fa
ciam regi iudeorum? At illi iterum clam
auerunt. Crucifige eum. Pilatus aut
dicebat eis. Quid enim malifecit? At
illi magis clamabant. Crucifige eum.
Pilatus aut uolens populo satisfacẽ
dimisit illis barabam. 7 tradidit illis
ihesum flagellis cesum. ut crucifigerẽ.
Milites aut duxerunt eum intro in a
trium pretorii. 7 conuocant totã cohortẽ.
Et induunt eum purpura. 7 imponit
ei plectentes spineam coronam. 7 ce
perunt salutare eum. Aue rex iudeorum.
Et percutiebant caput eius arundine.
7 despuebant eum. 7 ponentes genua
adorabant eum. Et postq̃ illuserunt
ei. exuerunt illum purpura. 7 indue
runt illum uestimentis suis. 7 educunt
illum ut crucifigerent eum. Et ange
nauerunt praetereuntẽ quempiam sy
monem cyreneum uenientẽ de uilla.
patrem alexandri 7 rufi. ut tolleret cru
cem eius. 7 perducunt illum in golgo
tha locum. quod est interpretatum calua rie
locus. Et dabant ei bibere mirratum
vinum. 7 non accepit. Et crucifigẽ
tes eum diuiserunt uestimenta eius.
mittentes sortem super eis. quis quid
tolleret. Erat aut hora tertia. 7 cruci
fixerunt eum. Et erat titulus cause ip
sius inscriptus. rex iudeorum. Et cum
eo crucifigunt duos latrones. unum
a dextris. 7 unum a sinistris. Et adim
pleta est scriptura que dicit. Et cum ini
quis deputatus est. Et pretereuntes
blasphemabant eum. mouentes capi
ta sua 7 dicentes. Vah qui destruis tẽ
plum dei. 7 in tribus diebus reedificas. sal
uum fac temetipsum. descendens de cru
ce. Similiter 7 summi sacerdotes illudẽ
tes ad alterutrum cum scribis dicebant.

Alios saluos fecit. seipm non pot̄ sal
uum facere. Xp̄s ire ifil' descendat nc̄
de cruce t credamus. credamus. Et q
cum eo erant crucifixi. conuiciabantur
ei. Et facta hora sexta tenebre fc̄e sunt
super totam usq; in horam nonam. Et
hora nona exclamauit ihesus uoce ma
gna dicens. Heloy heloy lamazabathā
ni. quod ē interpretatum. Deus meus
deus meus. ut quid derelinquisti me.
Et quidam de circumstantibus audi
tes dicebant. Ecce helyam uocat. Cur
rens aut unus. t implens spongiam
aceto. circumponensq; calamo. potu
dabat ei dicens. Sinite uideamus si ue
niat helyas ad deponendum eum.
Ihesus aut emissa uoce magna expirauit.
Et uelum templi scissum ē in duo a sū
mo usq; deorsum. Dicens aut centurio
qui ex aduerso stabat. quia sic clamas
expirasset. ait. Vere hic homo filius dei
erat. Erant aut ibi mulieres de longe
aspicientes. inter quas erat maria ma
gdalene. t maria iacobi minoris. t io
seph mater. t salome. Et cum ēet in gal
lilea. sequebantur eum. t ministrabant
ei. t alie multe que simul cum eo ascē
derant ierosolymam. Et cum iam sēo
ēet factum. quia erat parasceue. quod
ē ante sabbatum. uenit ioseph abarimathia. nobilis decurio. qui t ipe erat exp̄s
tans regnum dei. Et audacter introi
uit ad pilatum. t petijt corpus ihesu. Pi
latus aut mirabatur si iam obisset. Et
accersito centurione. interrogauit eum
si iam mortuus ēet. Et cum cognouis
set a centurione. donauit corpus ioseph
Joseph aut mercatus sindonem. t de
nens eum. involuit sindone. t posuit
eum in monumentum quod erat excis
sum in petra. Et advolui lapidē ad
ostium monumenti.

XVI

Maria aut magdalene t ma
ria ioseph. aspiciebant ub̄
ponerent. Et transacto sa
bbato. maria magdalene
t maria iacobi t salome. emerunt aro
mata ut uenientes ungerent eum. Et
valde mane una sabbatorum. ueniunt
ad monumentum. orto iam sole. Et di
cebant ad invicem. Quis revolvet
nobis lapidem ab ostio monumenti.
Et respicientes uiderunt revolutum
lapidem. Erat quippe magnus valde.
Et introeuntes in monumentum. uide
runt iuuenem sedentem in dextris co
opertum stolla candida. t obstupuerūt.
Qui dicit illis. Nolite expauescere. t
Jesum nazarenum quer̄itis crucifixum.
Surrexit. non ē hic. Ecce locus ubi po
suerunt eum. Sed ite dicite discipulis
eius t petro. quia precedet uos in gali
leam. ibi eum uidebitis. sicut dixit
uobis. At ille exeuntes de monumento
fugerunt. inuaserat enī eas tremor
pauor. t nemini quicq; dixerunt. Ti
mebant enim. Surgens aut ihesus
mane prima sabbati. apparuit primo
marie magdalene. de qua ejecerat vii
demonia. Illa uadens nuntiauit his
qui cum eo erant lugentibus t flentibus.
Et illi audientes quia uiueret t visa
ēet ab ea. non crediderunt. Post hec
duobus ex eis ambulantibus. ostensus
ē in alia effigie. euntibus in villam. Et
illi euntes nuntiauerunt ceteris. nec il
lis crediderunt. Novissime aut recu
bentibus illis xi. apparuit t exprobauit
incredulitatem illorum. t duritiam cor
dis. quia his qui uiderant eum resur
rexisse non crediderant. Et dixit eis.
Euntes in mundum uniuersum. pre
dicate euangelium omni creature. Qui
Qui crediderit t baptizatus fuerit sal
uus erit. Qui uero non crediderit. con
demnabitur. Signa aut eos qui credi
derint. hec sequentur. In nomine meo
demonia eicient. linguis loquentur. t
nouis serpentes tollent. Et si mortife
rum quid biberint. non eis nocebit.
Super egros manus imponent. t bene
habebunt. Et dominus quidē ihesus.
postq; locutus est eis. assumptus ē
in celum. et sedet ad dexteram dei. Illi
autem profecti predicauerunt ubiq;
domino cooperante et sermone con
firmante sequentibus signis. Explicit euangelium sm marcum. Incipit pro
logus scī ieronimi in euangelium secm
lucam.



INCIPIT EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM

Vcas syrus
nationemis
arte medicus.
discipulus a
postolorum
postea paulli
secutus usq; ad ꝓfessionem eius: seru
ens domino fuit sine crimine. Nam
neq; uxorem unq; hns. neq; filios. ter
quatuor annorum. obijt in bithunia
plenus spu sco. qui cum iam scripta
essent euangelia. per matheum quidē
in iudea. per marcum aut in ytalia. sco
inspirante spu. in achaie partibus hoc sc̄
psit euangelium. significant etiam ip
m principio ante alia cē descripta. Cui
certa ea que ordo euangelice dispositio
nis exposcit. Ea maxime necessitas la
boris fuit. ut primum grecis fidelibus
omni prophatione uentum. in carnem
dei ihū manifesta humanitas. ne uanis
fabulis attenti. in solo legis tenore
no tenerentur. uel ne hereticis fabulis
stultas solicitationibus seducti exciderent
a ueritate elaboraret. De hinc in
principio euangelij iohannis natiuitatē
te presumpta. cui euangelium scribēt.
in quo electis scribere iudicante
testante in se ꝓpleta cē. que cēt ab a
lijs inchoata. Cui uero post baptismū
filij dei a perfectione gñationis in ꝑsō
implete inperitie. a principio natiuitatis
humane. potius permissa cē. ut requi
rentibus demonstrarent. in quo appetebat
deus erat per nathan filium inuidie
recurrentis in deum gñationis admis
so indispensabilis dei. ut predicans in
hominibus ihm suum perfecti opus ho
minis redire in se per filium faceret. q̄
per dauid prem uementibus uerbis prebebat
in ꝑsō. Cui luce non immerito. etiā sen
tentiarum apicorum actuum potius
in ministerio datur. ut deo in deum a
pleno et filio perditionis exitio. eiecē
ab ipis aplis sua sorte dñice electionis
numerus ꝓpleretur. sicq; paulus ꝓfu
mationem aplicis agentibus daret. quē diu
ante stimulum recalcitrantē dns elegisset
Quod legentibus accipientibus deum
si per singula expedit a nobis unde fiat
scriptum q̄ operantem agricolam de fru
ctibus suis oportet primum edere. tutam
mus publicam curiositatem ne nō tam
demonstrasse uolentibus deum uoluisse
q̄s fastidientibus prodesse prodidisse.

Quoniā quidem
multi conati sunt
ordinare narra
tionem. que in
nobis ꝓplete
sunt rerum. sicut tradiderunt nobis q̄
ab initio ipi uiderunt. et ministri fuerunt
sermonis. uisum est et mihi assecuto api
cio omnia diligenter ex ordine tibi
scribere optime theophile. ut cognoscas
eorum uerborum de quibus eruditus es
ueritatē.



Vit in diebus
herodis regis
uidē sacerdos
quidam nomi
ne zacharias. de

uice abia. 7 uxor illi de filiabꝫ aaron: et
nomen eius elisabeth. Erant aut iusti
ambo ante deum. incedentes in omib⁹
mandatis 7 iustificationib⁹ dñi sine q̄
rella. Et non erat illis filius. eo q̄ esset
elisabeth sterilis. 7 ambo p̄cessissent in
diebꝫ suis. Factum é aut cum sacerdo no-
fungeretur ordine uicis sue
ante deum. secundum: consuetudinē sacer
dotij sortē exijt. ut incensum poneret. i
gressus in templum dñi. Et omis mul
titudo erat populi orans foris. hora incē
si. Apparuit aut illi angelus. stans ad dex
tris altaris incensi. Et zacharias turba
tus é uidens. timor irruit sup̄ eum. i
dit aut ad eum angelus. Ne timeas za
charia. q̄m exaudita é deprecatio tua. 7
uxor tua elisabeth pariet tibi filium. et
uocabis nomen eius iohannē. Et erit
gaudium tibi 7 exultatio. 7 multi in na
tiuitate eius gaudebunt. Erit enim ma
gnus coram domino. 7 uinū 7 sicerā
non bibet. 7 spū scō replebit: adhuc
ex utero matris sue. Et multos filioꝝ
isl' conuertet ad dñm deum ipsorum. Et
ipē p̄cedet ante illum in spū 7 uirtute
helie: ut conuertat corda patrum in filios. 7
incredulos ad prudentiam iustorum pa
rare domino plebem perfectam. Et dixit
zacharias ad angelum. Unde hoc sciam:
Ego enim sum senex. 7 uxor mea p̄cess
sit in diebꝫ suis. Et respondens angelus 7
dixit ei. Ego sum gabriel qui asto ante
deum. 7 missus sum loqui ad te. 7 hec t
euangelizare. Et ecce eris tacens. 7 nō
poteris loqui usq; in diem quo hec fiant
pro eo q̄ non credidisti uerbis meis. q̄
implebuntur in tp̄e suo. Et erat plebs
expectans zachariam. 7 mirabantur q̄
tardaret ip̄e in templo. Egressus aut
non poterat loqui ad illos. Et cognouc
runt q̄ uisionem uidisset in templo. Et
ip̄e erat innuens illis. 7 permansit mut.
Et factum é ut impleti sunt dies officij
eius. abijt in domū suam. Post hos aut
dies cepit elisabeth uxor eius. 7 occul
tabat se mensibꝫ v. dicens. quia sic fecit
michi dominus. in diebꝫ quibꝫ respexit
auferre obprobrium meum inter homi.
In mense aut sexto. missus é angelus 7
gabriel a deo in ciuitatem galilee. cui 7

nomen nazareth. ad uirginem desponsatā
uiro cui nomen erat ioseph. de domo dā.
7 nomen uirginis maria. Et ingressus
angelus ad eam dixit. Ave gra plena 7
dominus tecum. benedicta tu in mulie
ribꝫ. Que cum audisset turbata é in ser
mone eius. 7 cogitabat qualis eet ista
salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas
maria. inuenisti enim gratiam apud deū.
Ecce concipies in utero 7 paries filium. 7
uocabis nomen eius ihesum. Hic erit
magnus. 7 filius altissimi uocabitur. Et
dabit illi dominus deus sedem dauid
pris eius. 7 regnabit in domo iacob in ē
num. 7 regni eius non erit finis. Dixit aut
maria ad angelum. Quomodo fiet istud
quoniam uirum non cognosco: Et respondens
angelus dixit ei. Spūs scūs superueniet
in te. 7 filius altissimi obumbrabit tibi.
Propterea 7 quod nascetur ex te sanctum: uoca
bitur filius dei. Et ecce elisabeth cogna
ta tua. 7 ipa concepit filium in senectute
sua. Et hic mensis é sextus illi que uo
cabatur sterilis. quia non erit impossibile
apud deum omne uerbum. Dixit aut
maria. Ecce ancilla dñi. fiat michi se
cundum uerbum tuum. Et discessit ab illa angls.
Exurgens aut maria in diebꝫ illis. abi
it in montana cum festinatione in ciui
tatem iuda. Et intrauit in domum zacha
rie. 7 salutauit elisabeth. Et factum é ut
audiuit salutationē marie elisabeth. ex
ultauit infans in utero eius. Et repleta
é spū scō elisabeth. 7 exclamauit uo
ce magna 7 dixit. Benedicta tu inter
mulieres. 7 benedictus fructus uentris
tui. Et unde hoc michi. ut ueniat mater
domini mei ad me: Ecce enim ut facta
est uox salutationis tue in auribꝫ meis.
exultauit in gaudio infans in utero meo.
Et beata que credidisti. q̄m perficientur
ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait
maria. Magnificat anima mea dñm.
Et exultauit spūs meus: in deo salutari
meo. Quia respexit humilitatē ancil
le sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes. Quia fecit michi
magna qui potens é. 7 scūm nomē ei⁹.
Et mia eius a progenie in progenies:
timentibꝫ eum. Fecit potentiam in bra
chio suo. dispersit superbos mente cordis

sm. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes implenit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nros abraam: et semini eius in secula. Mansit autem maria cum illa quasi menses tres: et reuersa est in domum suam. Elisabeth autem impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et audierunt cognati et uicini eius: quia magnificauit dominus miam suam cum illa: et congratulabantur ei. Et factum est die octauo uenerunt circumcidere puerum: et uocabant eum nomine patris sui zachariam. Et respondens mater eius: dixit: Nequaquam: sed uocabitur iohannes. Et dixerunt ad illam. Quia non est in cognatione tua: qui uocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius. quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarem scripsit: dicens. Johannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Apertum est autem illico os eius: et lingua eius: et loquebatur benedicens deum. Et factus est timor super omnes uicinos eorum. et super omnia montana iudee diuulgabantur omnia uerba hec. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo: dicentes. Quis putas puer iste erit? Et enim manus domini erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spiritu sancto: et prophetauit dicens. Benedictus dominus deus israel: quia uisitauit et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis. in domo dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nris: et de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miam cum patribus nris: et memorari testamenti sui sci. Iusiurandum quod iurauit ad abraam patrem nrm: datum se nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruamus illi. In sanctitate et iustitia coram ipso: omnibus diebus nris. Et tu puer propheta altissimi uocaberis: preibis enim ante faciem domini parare uias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius. in remissionem peccatorum eorum. per uiscera miie dei nri: in quibus uisitauit nos oriens

ens ex alto. illuminare his qui in tenebris et umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nros in uiam pacis. Puer autem crescebat et confortabatur spiritu. et erat in desertis usque in diem ostensionis sue ad israel.

Factum est autem in diebus illis. Exiit edictum a cesare augusto ut describeretur uniuersus orbis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que uocatur bethleem. eo quod esset de domo et familia dauid ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante. Cum essent autem ibi. impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum. Et pannis eum inuoluit. et reclinauit eum in presepio. quia non erat eis locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem. uigilantes et custodientes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos: et claritas dei circumfulsit illos: et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum. quod erit omni populo. quia natus est uobis hodie saluator: qui est christus dominus in ciuitate dauid. Et hoc uobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum: et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis. laudantium deum et dicentium. Gloria in altissimis deo. et in terra pax hominibus bone uoluntatis. Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in celum. pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus usque bethleem. et uideamus hoc uerbum quod factum est. quod fecit dominus et ostendit nobis. Et uenerunt festinantes. et inuenerunt mariam et ioseph. et infantem positum in presepio. Uidentes autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. et omnes qui audierunt mirati sunt. et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia uerba hec conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores

gificantes z laudantes deum in oib⁹
que audierant z viderant. sicut dictū
est ad illos. Et postq̄ octauus dies ip̄leti
sunt vt circūcideret puer: vocatū
est nomen eius ihesus. Quod vocatū est
ab angelo: priusq̄ in utero concipe-
retur. Et postq̄ impleti sunt dies pur-
gationis eius. sm legem moysi. tulerunt
illum in ierlm. ut sisterent eum dño
sicut scriptum est in lege dñi. Quia oē
masculinum adapies nullā sēm
aperiens vocabitur sc̄o dño. Et ut darent hos-
tiam. sm q̄dictum est in lege dñi. Cpar
turtures aut duos pullos columba-
rum. Et ecce homo erat in ierlm. cui
nomen symeon. z homo iste iust⁹
z timoratus. exp̄ctans consolationem
isrl. z sp̄s scs erat in eo. Et responsum
acceperat a sp̄u scō non visurū se mor-
tem. nisi prius videret xp̄m dñi. Et ve-
nit in sp̄u in templum. Et cum
inducerent puerum ihesum parentes
eius. ut facerent sm consuetudinem le-
gis pro eo. Et ip̄e accepit eum in ul-
nas suas. z benedixit deum. z dixit.
Nunc dimittis seruum tuum dñe. sm
verbum tuum in pace. Quia vi-
derunt oculi mei salutare tuū. Quod
parasti ante faciem omniū populo-
rum. lumen ad revelationē gentium. z glo-
riam plebis tue isrl. Et erant p̄r eius
z mat⁹ mirantes sup̄ his que dice-
bantur de illo. Et benedixit illis symeō
z dixit ad mariam matrem eius. Ecce
positus est hic in ruinam. z resurrectionē
multorum in isrl. z in signum cui con-
dicetur. Et tuam ipius animā pertran-
sibit gladius. ut revelentur ex multis
cordibus cogitationes. Et erat anna
prophetissa filia phanuel de tribu aser. hec
p̄cedebat in diebus multis. z vixerat
cum viro suo annis vii. a virginitate
sua. Et hec vidua usq; ad annos octo-
ginta quatuor que non discedebat de templo. ieiuniis
z obsecrationibus seruiens die ac nocte. Et hec ipsa hora supervenies con-
fitebatur d̄no. z loquebatur de illo oib⁹
qui exp̄ctabant redemptionē isrl. Et
ut perfecerunt oia sm legē dñi. re-
uerti sunt in galileam ciuitatē suā
nazareth. puer aut crescebat z confor-
tabatur plenus sapia. z gra dei erat in illo.
Et ibant parentes eius p annos
in ierlm. in die solemni pasce. Et cum
factus est annorum xii. ascendentibus
illis in ierlm secundū consuetudinem
diei festi. consumatisq; diebus cum redi-
rent. remansit puer ihesus in ierlm. z
non cognoverunt parentes eius. Exi-
stimantes aut illum esse in comitatu
venerunt iter diei. z requirebant eum
inter cognatos z notos. Et non inue-
nientes regressi sunt in ierlm. requirē-
tes eum. Et factum est post triduum inue-
nerunt illum in templo. sedentem in medio
doctorum: audientem illos z interrogā-
tem. Stupebant aut omnes qui eum au-
diebant. super prudentia z responsis eius.
Et videntes mirati sunt. Et dixit mat⁹
eius ad illum. Fili quid fecisti nobis
sic? Ecce pater tuus z ego dolentes: q̄re-
bamus te. Et ait ad illos. Quid est
q̄ me querebatis? Nesciebatis quia in
his que p̄tis mei sunt oportet me esse?
Et ipi non intellexerunt verbum q̄d
locutus est ad illos. Et descendit cū eis.
z venit nazareth. z erat subditus illis.
Et mat⁹ eius conservabat omnia verba
hec in corde suo. Et ihesus proficiebat
sapia z etate z gra apd deum z hominēs.

Anno aut xv
imperij tyberij cesaris. pro-
curante pontio pilato iudee
am. tetrarcha aut galilee
herode. philippo aut fre eius. ituree et
trachonitidis regionis. chisania abilini
tetrarcha sub principibus sacerdotum
anna z caypha. factum est verbum dñi
sup̄ iohannem zacharie filium in des-
erto. Et venit in omnē regionē iordanis.
predicans baptismū penitentie in remis-
sionem peccatorum: sicut scriptum est i
libro sermonum ysaie prophete. Vox cla-
mantis in deserto. parate viam dñi. re-
ctas facite semitas eius. Omis val-
lis implebitur: z omnis mons z collis
humiliabitur. z erunt prava in directa
z aspera in vias planas. Et videbit o
omnis caro salutare dei. Dicebat ergo
ad turbas que exibat ut baptizarent
ab ipo. Genimina viperarum. quis ost
dit vobis fugere a ventura ira? Facite

ergo fructus dignos penitentie. Et nec
pr̃ns dicere: p̃rem hẽmus abr̃am. Di
co enim uobis. quia pot̃ deus de lapidi
bus istis suscitare filios abr̃e. Jam enim
securis ad radicem arboris posita ē. Oīs
ergo non faciens fructum bonum. ex
cidet̃: & in ignem mittet̃. Et int̃ro
gabant eum turbe dicentes. Quid ergo
faciemus? Respondens aut̃ dicebat illis.
Qui hꝫ duas tunicas det non hẽnti.
Et qui hꝫ escas. similit̃ faciat. Vene
runt aut̃ & publicani ut baptizarentur
& dixerunt ad illum. Magr̃ quid facie
mus? At ille dixit ad eos. Nichil ap̃plꝰ
q̃s quod p̃statutum ē uobis faciens. In
terrogabant aut̃ eum & milites dicẽtes.
Quid faciemus & nos? Et ait illis. Ne
minem concutiatis. nꝫ calumpniam faci
atis. & estote p̃tentis uris. Ex
istimante aut̃ populo. & cogitantibꝰ oĩbꝰ
in cordibꝰ suis de iohanne. ne forte ipse
ēt xp̃us. respondit iohannes dicens oĩbꝰ.
Ego quidem aqua baptizo uos. uenient
aut̃ fortior me. cuius non sum dignꝰ
soluere corrigiam calciamenti eius
ipse baptizabit uos in sp̃u sco & igni. Cu
ius ventilabrum in manu eius. & pur
gabit aream suam. Et congregabit triticũ
in horreum suum. paleas aut̃ comburet i
gni inextinguibili. Multa quidem &
alia exhortans euangelizabat populo. I
herodes aut̃ tetrarcha cum corriperet̃
ab illo. de herodiade uxore fratris sui. & de
omnibꝰ malis que fecit herodes. adiecit
& hec super omnia. & inclusit iohannem
in carcerem. Factum ē aut̃ cum baptiza
retur omnis populus. & iesu baptizato
& orante apertum ē celum. & descendit
spūs scūs corporali spẽe sicut columba
in ipm. Et uox de celo facta ē. Tu es filius
meus dilectus. in te complacui mihi. I
Et ipse iesus erat incipiens quasi annorꝝ
xxx. ut putabatur filius ioseph.

Qui fuit heli. qui fuit matthath. qui
fuit leui. Qui fuit melchi. qui fuit ian
ne. qui fuit ioseph. Qui fuit mathathi
qui fuit amos. qui fuit naũ. Qui fuit
hesly. qui fuit naggę. qui fuit maath. I
Qui fuit mathathie. qui fuit semei. q
fuit ioseph. Qui fuit iuda. qui fuit io
anna. qui fuit resa. Qui fuit zorobabel
qui fuit salathiel. qui fuit neri. Qui fuit
melchi. qui fuit addi. qui fuit cosan. Qui
fuit helmadam. qui fuit her. qui fuit ie
su. Qui fuit heliezer. qui fuit ioram. q
fuit mathat. Qui fuit leui. qui fuit sy
meon. qui fuit iuda. Qui fuit ioseph.
qui fuit iona. qui fuit eliachim. Qui
fuit melcha. qui fuit menna. qui fuit
mathatha. Qui fuit nathan. qui fuit dd.
qui fuit iesse. Qui fuit obeth. qui fuit
boos. qui fuit salmon. Qui fuit naason
qui fuit aminadab. qui fuit aram. Qui
fuit esrom. qui fuit phares. qui fuit iu
de. Qui fuit iacob. qui fuit ysaac. qui
fuit abr̃am. Qui fuit thare. qui fuit
nachor. Qui fuit seruch. qui fuit ragau.
qui fuit phalech. qui fuit eber. Qui fuit
sale. qui fuit chainan. qui fuit arphaxat
Qui fuit sem. qui fuit noe. qui fuit la
mech. Qui fuit mathusale. qui fuit e
noch. Qui fuit iaret. Qui fuit malale
el. qui fuit chainan. qui fuit enos. Qui
fuit seth. qui fuit adam. qui fuit dei. I

Ihesus autem
plenus sp̃u sco regressus est
ab iordane. & agebatur a sp̃u
in deserto. diebꝰ xl. & tempta
batur a diabolo. & nichil manducauit
in diebꝰ illis. Et consummatis illis esuri.
Dixit aut̃ illi diabolus. Si filius dei es
dic ut lapidi huic panis fiat. Et r̃ndit
illi ihesus. Scriptum ē. quia nõ in solo
pane uiuit homo. sꝫ in omni uerbo dei.
Et duxit illum diabolus in montem ex
celsum. & ostendit illi omnia regna orbis
terr. in momento t̃p̃is. & ait illi. Tibi da
bo potestatem hanc uniuersam & gloriam
eorum. quia mihi tradita sunt. & cui
uolo do illa. Tu ergo si adoraueris coram
me. erunt tua omnia. Et r̃ndens ihesus
dixit illi. Scriptum ē. Dominum deum
tuum adorabis. & illi soli seruies. Et e
duxit illum in ierlim. & statuit eum sup̃
pinaculum templi. & dixit illi. Si filius
dei es mitte te hinc deorsum. Scriptum
ē enim. q̃ angelis suis mandauit de te.
ut conseruent te. Et quia in manibꝰ tollent
te. ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum. Et r̃ndens ihesus ait illi. Dictum ē
Non tẽptabis dñm deum tuum. Et cõ
summata omni temptatione diabolus

rexit ab illo usq; ad tps. Et egress
é ihs in nauicē spūs in galilcam. 7 fa
ma exijt per uniuersam regionem de eo.
Et ipe docebat in synagogis eorum. 7 ma
gnificabatur ab omnib;. et uenit nazā
reth ubi erat nutritus. 7 intrauit sm cō
suetudinē suam die sabbati in synagog.
7 surrexit legere. Et traditus é illi liber
ysaie prophete. Et ut reuolurit librum.
7 inuenit locum ubi scriptum erat. Spūs
dnī sup; me. propt; qđ unxit me. ad
euangelizare pauperib;. misit me sana
re contritos corde. 7 predicare captiuis
remissionem. predicare anno accepta.
7 diem retributionis. Et cum plicuiss
librum. reddidit ministro. 7 sedit. 7 oēs
in synagoga oculi erant intendentes in
eum. Cepit aut dicere ad illos. quia
hodie impleta é hec scriptura in auribus
uris. Et testimoniū omnes illi dabant.
7 mirabantur in uerbis gre que procede
bant de ore eius. 7 dicebant. Nonne hic
é filius ioseph? Et ait illis. Vtiq; dice
tis mihi hanc similitudinē. Medice
cura teipm. Quanta audiuimus fca i
caphar naum. fac 7 hic in pria tua. Dixit
aut. Amen dico uobis. quia nemo pro
pheta. acceptus é in pria sua. In ueritate
dico uobis. multe uidue erant in diebus
helye in isl. qñ clausum é celum annis
tribus 7 mensibus vi. cum fca eet fames.
magna in omni terra. 7 ad nullā illarū
missus é helyas. nisi in sarepta sydonie
ad mulierē uiduam. Et multi leprosi
erant in isl sub helyseo propha. 7 nemo
illorum mundatus é nisi naaman syri.
Et repleti sunt omnes in synagoga ira
hec audientes. Et surgentes eiecerunt
eum extra ciuitatē. 7 duxerunt illū
usq; ad supercilium montis. sup; quē
ciuitas illor erat edificata. ut precipita
rent eum. Ipe aut transiens per medium
illorum ibat. Et descendit in caphar na
um ciuitatem galilee. ibiq; docebat il
los sabbatis. Et stupebant in doctrina
eius. quia in potate erat sermo ipius. Et
in synagoga erat homo hēns demonium
immundum. 7 exclamauit uoce magna
dicens. Sine. quid nobis 7 tibi ihesu na
zarene? Veniste perdere nos? Scio te q;
sanctus dei sis. Et increpauit illum ihesus.

dicens. Obmutesce. 7 exi ab illo. Et
cum proiecisset illum demonium in
medium exijt ab illo. nichilq; illi
nocuit. Et factus é pauor in omnib; 7
colloquebantur ad inuicem dicentes.
Quod é hoc uerbum. quia in potate 7 vir
tute imperat immundis spiritib; 7 exeūt.
Et diuulgabatur fama de illo in omnē
locum regionis. Surgens aut de syna
goga. intrauit in domum symonis. Soc
rus aut symonis tenebatur magnis
febrib; 7 rogauerunt illum pro ea. Et
stans sup illam imperauit febri. 7 di
misit illam. Et protinus surgens mini
strabat illis. Cum sol aut occidisset. 7
omnes qui habebant infirmos uariis lā
goribus ducebant illos ad eum. At ille
singulis manus imponens curabat eos.
Exibant aut demonia a multis clamā
tia 7 dicentia. quia tu es filius dei. Et
increpans non sinebat ea loqui. quia
sciebant ipm ee xpm. Facta aut die egres
sus ibat in desertum locum. 7 turbe requi
rebant eum. Et uenerunt usq; ad illum
7 detinebant illum ne discederet ab eis.
Quib; ille ait. Quia 7 aliis ciuitatib;
oportet me euangelizare regnum dei.
quia ideo missus sum. Et erat predicans
in synagogis galilee.

Factum é aut cum turbe irue
rent in eum. ut audirent uer
bum dei. 7 ipe stabat secus
stagnum genesareth. 7 uidit
duas naues stantes secus stagnū. Pi
scatores aut descenderant. 7 lauabant
rete. Ascendens aut in unam nauim.
que erat symonis. rogauit a terra redu
cere pusillum. Et sedens docebat de
naucula turbas. Vt cessauit aut loqui.
dixit ad symonē. Duc in altum 7 laxate
rete ura in capturā. Et respondens sy mon
ait illi. Preceptor per totam noctem la
borantes nichil cepimus. in uerbo aut
tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent. 7
duxerunt piscium multitudinē copio
sam. Rumpebatur aut rete eorum. Et
annuerunt sociis qui erant in alia nau.
ut uenirent 7 adiuuarent eos. Et ue
nerunt 7 impleuerunt ambas naues ita
ut pene mergerentur. Quod cum
uideret symon petrus. procidit ad genū

ihesu dicens. Exi a me quia hō peccō
sum domine. Stupor enim circumdē
derat eum. & omnes qui cum illo erant
in captura piscium quam ceperant.
Similiter aut iacobum & iohannē fi
lios zebedei. qui erant socij symonis.
Et ait ad symonem ihesus. Noli timē
ex hoc iam homines eris capiens. Et
subductis ad terram navibus. relictis oi
bus secuti sunt eum. Et factum è cum
esset in una civitatum. & ecce vir ple
nus lepra videns ihesum. & procidens in fa
ciem. rogavit eum dicens. Domine
si vis potes me mundare. Et extē
dens manum tetigit illum dicens. Vo
lo mundare. Et confestim discessit le
pra ab illo. Et ipse precepit illi. ut
nemini diceret. Sed vade ostende te sacer
doti. & offer pro emundatione tua sic
precepit moyses in testimonium illis.
Perambulabat aut magis fama de illo
& veniebant turbe multe. ut audirent
& curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse
aut secedebat in desertum. & orabat. Et fac
tum est in una dierum. & ipse sedebat docens.
Et erant pharisei sedentes. & legis do
ctores qui venerant ex omni castel
lo galilee & iude & ierusalem. Et virtus e
rat domini ad sanandum infirmos. &
Et ecce viri portantes in lecto homi
em qui erat paralyticus. & querebant eum
inferre & ponere ante eum. Et no inve
nientes qua parte illum inferrent pre
turba. ascenderunt super tectum. & per
tegulas submiserunt illum cū lecto
in medium ante ihesum. quorum fidem
ut vidit. dixit. Homo remittuntur tibi
peccā tua. Et ceperunt cogitare scribe
& pharisei dicentes. Quis est hic qui lo
quitur blasphemias. Quis potest dimit
tere peccā. nisi solus deus. Ut cognō
vit aut ihesus cogitationes eorū respōdēs
dixit ad illos. Quid cogitatis malam
cordibus vris. Quid est facilius dicere
dimittuntur tibi peccā tua. an dicere
surge & ambula. Ut autē sciatis quia
filius hominis potestatem habet in terra di
mittendi peccā. ait paralytico. Tibi di
co surge. & tolle lectum tuum & vade in
domum tuam. Et confestim surgens co
ram illis. sustulit lectum in quo iacebat.
& abiit in domum suam magnificans
deum. Et stupor apprehendit omnes.
& magnificabant deum. Et repleti sunt
timore dicentes. quia vidimus mira
bilia hodie. Et post hec exiit & vidit
publicanum nomine levi. sedentem
ad theloneum. & ait illi. Sequere me.
Et relictis omnibus surgens secutus e
eum. Et fecit ei convivium magnum levi
in domo sua. Et erat turba multa pu
blicanorum. & aliorum qui cum illis erant
discumbentes. Et murmurabant scribe
& pharisei eorum dicentes ad discipu
los eius. Quare cum publicanis & pecca
toribus manducatis & bibitis. Et respō
dens ihesus dixit ad illos. Non egent qui sa
ni sunt medico. sed qui male habent. Non
veni vocare iustos. sed peccatores ad pe
nitentiam. At illi dixerunt ad eum. Quia
discipuli iohannis ieiunant frequē
ter. & obsecrationes faciunt similiter &
phariseorum. tui autem edunt & bibunt.
Ille autem ait. Numquid potes filios
sponsi dum cum illis est sponsus facere
ieiunare. Venient autem dies. cū ablatus
fuerit ab illis sponsus. tunc ieiunabunt
in illis diebus. Dicebat autem & similitudi
nem ad illos. Quia nemo commissuram
a vestimento novo immittit in vestimentum
vetus. Alioquin & novum rumpit. & vetē
non convenit commissura a novo. Et nemo
mittit vinum novum in utres vetres. Alio
quin rumpet vinum novum utres & ipsi
effundentur. & utres peribunt. Sed vinum
novum in utres novos mittendum est.
& utraque conservantur. Et nemo bibēs ve
tus statim vult novum. Dicit enim vetus
melius est.

VI

Factum est autem in sabbato secūdo
primo. cum transirent per sata. vellebant discipuli eius
spicas & manducabant. cō
fricantes manibus. Quidam autem phari
seorum dicebant illis. Quid facitis q̄
non licet in sabbatis. Et respōdens ihesus
ad eos dixit. Nec hoc legistis. quod fecit
david cum esuriret ipse. & qui cum eo erat.
Quomodo intravit in domum dei. & panes
propositionis sumpsit & manducavit. &
dedit his qui cum eo erant. quos nō li
cebat manducare. nisi tm sacerdotibus.

Et dicebat illis. quia dominus é filius hominis etiam sabbati. Etiam é autem alio sabbato. ut intraret in synagogam docebat. Et erat ibi homo cui manus erat arida. Observabant autem scribe et pharisei. si in sabbato curaret ut invenirent unde accusarent illum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum. Et ait homini qui habebat manum aridam. Surge et sta in medium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos ihesus. Interrogo vos. si licet sabbato benefacere an male. animam saluam facere an perdere. Et circumspectis omnibus dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit et restituta é manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia. Et colloquebantur ad invicem. quidnam facerent de ihesu. Factum é autem in illis diebus exiit in montem orare. et erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus é. vocauit discipulos suos. et elegit xii. ex ipsis. quos et apostolos nominauit. Symonem quem cognominauit petrum. et andream fratrem eius. iacobum et iohannem. philippum et bartholomeum. Matheum et thomam. iacobum alphei. et symonem qui vocatur zelotes. iudam iacobi. et iudam scariothis qui fuit proditor. Et descendens cum illis stetit in loco campestri. et turba discipulorum eius. et multitudo copiosa plebis ab omni iudea et hierusalem et maritima et tyri et sydonis. qui venerunt ut audirent eum. et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quaerebat eum tangere. quia virtus de illo exibat. et sanabat omnes. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes. quia vestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis. quia saturabimini. Beati qui nunc fletis. quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines. et cum separaverint vos. et exprobraverint. et ejecerint nomen vestrum tanquam malum. propter filium hominis. Gaudete in illa die. et exultate. ecce enim merces vestra multa est in celo. Similia enim facebant prophetis patres eorum. Verumtamen ve vobis divitibus. qui habetis consolationem vestram. Ve vobis qui saturati estis. quia esurietis.

Ve vobis qui ridetis nunc. quia lugebitis et flebitis. Ve cum benedixerint vobis homines. Similia enim facebant pseudo prophetis patres eorum. Sed vobis dico qui auditis. Diligite inimicos vestros. benefacite his qui vos oderunt. benedicite maledicentibus vobis. et orate pro calumniantibus vos. Et qui te percutit in maxillam unam. praebe et alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum. etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue. et qui aufert que tua sunt ne repetas. Et prout vultis ut faciant vobis homines. et vos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligunt. que vobis est gratia? Nam et peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui bene faciunt vobis. que vobis est gratia? Siquidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis recipere. que gratia est vobis? Nam et peccatores peccatoribus fenerantur. ut recipiant equalia. Verumtamen diligite inimicos vestros. et benefacite. et mutuum date nichil inde sperantes. et erit merces vestra multa. Et eritis filii altissimi. quia ipse benignus est super ingratos et malos. Estote ergo misericordes sicut et pater vester misericors est. Nolite judicare et non judicabimini. nolite condemnare et non condemnabimini. Dimittite. et dimittetur vobis. Date et dabitur vobis mensuram bonam et confertam. et coagitatam. et superefluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Numquid potest cecus cecum ducere? Nonne ambo in foveam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui. trabem autem que in oculo tuo est non vides? Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater. sine ejiciam festucam de oculo tuo. ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita ejice primum trabem de oculo tuo. et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona que faciat fructus malos. neque arbor mala faciens fructum bonum.





Vnaquęqꝫ enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neqꝫ enim de spinis colligunt ficus. nꝫ de rubo uindemiant uuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex habundantia enim cordis os loquitur. Quid autem uocatis me domine domine. & non facitis quę dico. Omnis enim qui uenit ad me & audit sermones meos. & facit eos ostendam uobꝭ cui similis sit. Similis est homini edificanti domũ. qui fodit & altius. & posuit fundamentum supra petram. Inundatione autꝫ facta. illisum est flumen domui illi. & non potuit eam mouere. Fundata enim erat supra petram. Qui audit & non facit. similis est homini q̃ edificauit domum suam supra terram. sine fundamento. in quam illisus est fluuius. & statim cecidit. & facta est ruina domus illius magna.

XVIII

Cum autem implesset omnia uerba sua in auribus plebis. intrauit capharnaum. Centurionis cuiusdam serꝰ male hꝫns erat morituꝰ. qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de iesu. misit ad eum seniores iudeorum. rogans eum ut ueniret & saluaret seruum eius. At illi cum uenissent ad iesum: rogabant eum solicite dicentes ei. Quia dignus est ut hoc illi prestes. diligit enim gentem nostram. & synagogam ipe edificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo. misit ad eum centurio amicos suos dicens. Domine noli uexari. Non enim dignus sum ut sub tectum meum intres. Propter quod & meipm non existimaui dignum. sed dic uerbo. & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus. hꝫns sub me milites. Et dico huic uade. & uadit. & alio uenite. & uenit. & seruo meo fac hoc. & facit. Quo audito iesus miratus est. & conuersus sequentibꝫ se turbis dixit. Amen dico uobis. nec in israel tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domum: inuenerunt seruum qui languerat sanum. Et factum est deinceps. ibat iesus in ciuitatem que uocatur naim. & ibant cum illo discipuli eius. & turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur: filius unicus matris sue. Et hec uidua erat. & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidisset dominus. misericordia motus super eam dixit illi. Noli flere. Et accessit & tetigit loculum. Hi autem qui portabant steterunt. & ait. Adolescens tibi dico surge. Et resedit qui mortuus erat. & cepit loqui. & dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor. & magnificabant deum. dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis. & quia deus uisitauit plebem suam. Et exiit hic sermo in uniuersam iudeam de eo. & omnem circa regionem. Et nuntiauerunt iohanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis iohannes. & misit ad iesum dicens. Tu es qui uenturus es. an alium expectamus. Cum autem uenissent ad eum uiri: dixerunt. Iohannes baptista misit nos ad te. dicens. Tu es qui uenturus es. an alium expectamus. In illa autem hora curauit multos a langoribus & plagis & spiritibus malis. & cecis multis donauit uisum. Et respondens dixit illis. Euntes renuntiate iohanni que uidistis & audistis. Quia ceci uident. claudi ambulant. leprosi mundantur. Surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes euangelizantur. Et beatus est quicumqꝫ fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuntii iohannis. cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid existis in desertum uidere. Arundinem uento motam. Sed quid existis uidere. Hominem mollibus uestimentis indutum. Ecce qui in ueste pretiosa sunt. & in deliciis. in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere. Prophetam. Utiqꝫ dico uobis. & plusqꝫ prophetam. Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. qui preparabit uiam tuam ante te. Dico enim uobis. maior inter natos mulierum propheta iohanne baptista nemo est. Qui autem minor est in regno dei. maior est illo. Et omnis populus audiens & publicani iustificauerunt deum: baptizati baptismo iohannis. Pharisei autem & legis peritia consilium dei spreuerunt in semet

ipis: non baptizan ab eo. Cum ergo si
miles dicam hominces generationis hui
ceui similes sunt? Similes sunt pueris
sedentibus in foro: et loquentibus ad iuuices
et dicentibus. Cantauimus uobis et uos
non saltastis: lamentauimus et non plora
stis. Venit enim iohannes baptista. non
manducans panem. nec bibens uinum.
et dicitis. Demonium hꝫ. Venit filius ho
minis manducans et bibens et dicitis. E
Ecce homo deuorator. et bibens uinum
amicus publicanorum et peccatorum. Et iusti
ficata é sapientia ab omnibus filiis suis.
Rogabat autē illum quidam pharisey
ut manducaret cum illo. Et ingressus
domum pharisei discubuit. Et ecce mu
lier que erat in ciuitate peccatrix. ut co
gnouit q̄ iesus accubuisset in domo pha
risei: attulit alabastrum unguenti. Et
stans retro secus pedes eius. lacrimis c
cepit rigare. et capillis capitis sui tergeba
bat et osculabatur pedes eius et unguento
ungebat. Videns autē pharisеus qui uo
cauerat eum. ait intra se dicens. Hic
si esset propha. sciret utiq̄ que et qualis
esset mulier que tangit eum. quia pec
catrix é. Et respondens iesus dixit ad illū.
Symon hꝫ o tibi aliquid dicere. At ille
ait. Magister dic. Duo debitores erant
cuidam feneratori. unus debebat denа
rios quingentos. alius l. Non hꝫntibus
autē illis unde redderent: donauit utrisq̄.
Quis ergo plus diliget? Respondens
simon dixit. Estimo quia his cui plꝰ
donauit. At ille dixit ei. Recte iudicā
sti. Et conuersus ad mulierē
dixit simoni. Vides hanc mulierem?
Intrauī in domū tuam. aquam pedi
bus meis non dedisti. hec autē lacrimis
rigauit pedes meos. et capillis suis tersit.
Osculum mihi non dedisti. hec autē ex
quo intrauit. non cessauit osculari
pedes meos. Oleo caput meum non
unxisti: hec autē unguento unxit pe
des meos. Propter quod dico tibi. remit
tuntur ei peccata multa. quōm dilexit mul
tum. Cui autē minus dimittitur: mi
nus diligit. Dixit autē ad illam. Re
mittuntur tibi peccata. Et ceperunt q̄
simul accumbentes dicere intra se. Et
Quis ē hic qui etiā peccata dimittit?

Dixit autē ad mulierem. fides tua te sal
uam fecit. uade in pace. VIII
Et factum ē deinceps. et ipse it
faciebat per ciuitates et ca
stella. predicans et euangeli
zans regnum dei. et duodecim
illo. Et mulieres aliquē que erant cu
rate a spiritibus malignis et infirmitatibus.
maria que uocatur magdalene. de qua
demonia vii. exierant. Et iohanna u
xor chuze procuratoris herodis. et susā
na et alie multe. que ministrabant ei
de facultatibus suis. Cum autē turba
multa conueniret. et de ciuitatibus prope
rarent ad eum: dixit per similitudinē.
Exiit qui seminat seminare semen su
um. Et dum seminat. aliud cecidit se
cus uiam. et conculcatum ē. et uolucres ce
li comederunt illud. Et aliud cecidit
supra petram. et natum aruit. quia nō
habebat humorem. Et aliud cecidit inter
spinas. et simul exorte spine suffocaue
runt illud. Et aliud cecidit in terram
bonam. et ortum fecit fructum centupli
hec dicens clamabat. Qui habet aures
audiendi audiat. Interrogabant autem
eum discipuli eius. que esset hec parabo
la. Quibus ipe dixit. Vobis datum est
nosse misterium regni dei. ceteris autē
in parabolis. ut uidentes non uideant.
et audientes non intelligant. Est autē
hec parabola. Semen ē uerbum dei. Qui
autē secus uiam: hi sunt qui audiunt.
deinde uenit diabolus. et tollit uerbum
de corde eorum. ne credentes salui fiant.
Nam qui supra petram. qui cum audie
rint cum gaudio suscipiunt uerbum.
et hi radices non habent. qui ad tps cre
dunt. et in tpore tentationis recedunt. Et
Quod autē in spinis cecidit. hi sunt q̄
audiunt. et a sollicitudinibus et diuitijs.
et uoluptatibus uite euntes suffocantur.
et non referunt fructum. Quod autem
in bonam terram. hi sunt qui in corde
bono et optimo audientes uerbum. re
tinent. et fructum afferunt in patientia.
Nemo autē lucernam accendens ope
rit eam uase. aut subtus lectum ponit. sed
supra candelabrum. ut intrantes uide
ant lumen. Non ē enim occultū quod
non manifestetur. nec absconditum



q̄ non cognoscant. ꝛm palam ueiat
Vicete ergo quomo audiis. qui enim
hēt dabit ei. Et quicūmq; nō hēt.
etiam quod putat se hīe. auferet ab
illo. Venerunt aut̄ ad illum mat̄ ei⁹
fīes eius. ꝛnon poterant adire ad eum
pp̄e turbā. ꝛnūtiant ei illi. Mat̄ tua
ꝛfīes tue stant foris. uolentes te uidē.
Qui r̄ndens. dixit ad eos. Quis est mea
ꝛfīes mei. vel qui sunt fr̄es mei. nisi qui audiunt uerbū
dei ꝛfaciunt. Factum est aut̄ in una die.
ꝛipe ascendit in naviculā ꝛdiscipuli e⁹
ius. ꝛait ad illos. Transfretemus trans
stagnum. Et ascenderunt. Navigant-
aut̄ illis. obdormiuit. Et descendit p
cella uenti in stagnum. ꝛcopellebantur
ꝛpericlitabantur. Accedentes aut̄ suscī
taverunt eum. dicentes. Preceptor. pr
imus. Ille surgens increpauit uen
tum ꝛtempestatem aque. ꝛcessauit.
Et fact̄a est tranquillitas. Dixit aut̄ illis.
Vbi est fides ua? Qui timentes mira
sunt ad inuicem dicentes. Quis pu
tas hic est? Quia ventis imperat et
mari ꝛobediunt ei. Et navigauerūt
ad regionem gerasenorum. que est con
tra galileam. Et cum egressus est ad ter
ram. occurrit illi quidam vir. qui de monio
nibat iam ꝛpr̄ibo multo. ꝛuestimēto
non induebatur. nec in domo manebat
sed in monumētis. Is ut uidit iesum pro
cidit ante illum. ꝛexclamans uoce
magna dixit. Quid mihi ꝛtibi est iesu
fili dei altissimi? Obsecro te ne me tor
queas. Precipiebat enim spūi immun
do ut exiret ab homine. Multis enim
ꝛpr̄ibus arripiebat illum. ꝛuinciebatur
catenis ꝛpedicis custodiebatur. ꝛrupto
nunciis a demonio agebatur in deser-
ta. Interrogauit aut̄ illum iesus. dicens.
Quid tibi nomen est? At ille dixit. Legio.
Quia intrauerant demonia multa in
eum. Et rogabant illum ne imperaret
illis. ut abyssum irent. Erat autem ibi
grex porcorum multorum pascentium
in monte. ꝛrogabant eum ut permitteret
eis in illos ingredi. Et permisit illis.
Exierunt ergo demonia ab homine. ꝛ
intrauerunt in porcos. Et impetu abiit
grex per p̄ceps in stagnum. ꝛsuffocatus
est. Quod ut uiderunt factum qui pasce

bant fugerunt. ꝛnunciauerunt
tam in ciuitatem ꝛin villas. Exierunt aut̄ uidere
quod factum est. Et uenerunt ad iesum.
ꝛinuenerunt hominē sedentem a quo
demonia exierant. uestitum ac sana
mente ad pedes eius. ꝛtimuerunt. Nā
ziauerunt aut̄ illis ꝛqui uiderant. quo
modo factus est dēmoniacus. ꝛde porcis.
Et rogauerunt illum omnis multitudo re
gionis gerasenorum. ut discederet ab
ipis. quia timore magno tenebantur.
Ipe aut̄ ascendens nauem. reuersus est.
Et rogabat illum ut a quo demonia e
xierant. ut cum eo esset. Dimisit aut̄ eum
iesus dicens. Redi in domum tuam.
ꝛnarra quanta tibi fecit deus. Et a
bijt per uniuersam ciuitatem. p̄dicans
quanta illi fecisset iesus. Factum est aut̄
cum rediisset iesus. excepit illum turba.
Erant enim omnes exspectantes eum.
Et ecce uenit uir cui nomen erat iairus.
ꝛipe princeps synagoge erat. Et cecidit
ad pedes iesu. rogans eum ut intraret
domum eius. quia filia unica erat illi
fere annorum xij. ꝛhec moriebatur. Et eō
tigit ut uiret. a turbis oppr̄imeretur. Et
mulier quedam erat in fluxu sanguis
ab annis xij. que in medicos erogauerat
omnem substantiam suam. nec ab ullo po
tuit curari. accessit retro ꝛtetigit fim
briam uestimenti eius. Et protinus stetit
fluxus sanguinis eius. Et ait iesus.
Quis est qui me tetigit? Negantibus
aut̄ omnibus. dixit petrus. ꝛqui cum
illo erant. Preceptor. turbe te oppr̄imūt
ꝛaffligunt. ꝛdicis quis me tetigit? Et
dixit iesus. Tetigit me aliquis. Nam
ego cognoui uirtutem de me exisse.
Videns aut̄ mulier. quia non latuit
mens uenit ꝛprocidit ante pedes eius.
ꝛob quam causam tetigerit eum. indicauit
coram omni populo. ꝛquomodo statim
p̄fectum sanata sit. At ipe dixit ei. Fi
lia fides tua te saluam fecit. Vade in pace.
Adhuc illo loquente. uenit quidam
ad principem synagoge. dicens ei. Fi
lia mortua est. filia tua. noli turbare illum.
Iesus aut̄ audito hoc uerbo. respondit pa
tri puelle. Noli timere. si fides tantum.
salua erit. Et cum peruenisset ad domū
non permisit secum introire quemq̄;

nisi petrum ↄ iohannē ↄ iacobum. ↄ pce
ↄ matrem puelle. Flebant aut̄ omnes.
ↄ plangebant illam. At ille dixit. Nolite flere. non enim ē mortua puella: sed dormit. Et deridebant eum scientes q̄ mortua ēat. Ipe aut̄ tenens manū ei⁹. clamauit dicens. Puella surge. Et reuersus ē spūs ei⁹. ↄ surrexit protinus. ↄ Et iussit illi dari manducare. Et stupuerunt parentes eius. Quib⁹ precepit ne alicui dicerent q̄d factū erat.

VIII

Conuocatis aut̄ xp̄i apl̄is. ↄ dedit eis uirtutem ↄ potestatem sup̄ omnia demonia. ↄ ut langores curarent. Et misit illos predicare regnum dei. ↄ sanare infirmos. ↄ ait ad illos. Nichil tuleritis in uia. neq; uirgam. neq; peram. neq; panem. neq; pecuniam. neq; duas tunicas habeatis. Et in q̄amcūq; domum introieritis. ibi manete. ↄ inde nō exeatis. Et quicūmq; non receperint uos. exeuntes de ciuitate illa. etiam pulueren̄ pedum uestrorum excutite in testimonium sup̄ illos. Egressi aut̄ circuibant p castella euangelizantes ubiq;. Audiuit aut̄ herodes tetrarcha omnia que fiebant ab eo. ↄ hesitabat eo q̄ diceretur a quibusdam q̄ iohannes surrexit a mortuis. a quibusdā uero q̄a helyas apparuit. ab aliis aut̄ q̄a prophēta unus de antiquis surrexit. Et ait herodes. Iohannē ego decollaui. quis aut̄ ē iste. de quo ego talia audio. Et querebat uidere eum. Et reuersi apostoli narrauerunt illi quecumq; fecerunt. Et assumptos illos secessit seorsum in locum desertum. qui ē bethsaida. Quod cum cognouissent turbe. secute sunt illum. Et excepit illos. ↄ loquebatur illis de regno dei. ↄ eos qui cura indigebat sanabat. Dies aut̄ cepit declinare. Et accedentes xij. dixerunt illi. Dimitte turbas. ut euntes in castella. uillasq; que circa sunt diuertant. ↄ inueniant escas. quia hic in loco deserto sumus. At ille ait illis. Vos date illis manducare. At illi dixerunt. Non sunt nobis plus q̄ v. panes. ↄ duo pisces. nisi forte nos eamus ↄ emamus in omnem hanc turbam escas. Erant aut̄ uiri fere v. milia. Ait aut̄ ad discipulos suos. Facite illos discumbere. per ordines quinquagenos. Et ita fecerunt. ↄ discumbere fecerunt omnes. Acceptis aut̄ v. panibus. ↄ duobus piscibus respexit in celum. ↄ benedixit illis. ↄ fregit ↄ distribuit discipulis suis. ut ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes. ↄ saturati sunt. Et sublatum ē quod superfluit illis. fragmentorum cophinum xij. Et factum ē cum solus ēet orans. erat cum illo ↄ discipuli. ↄ interrogauit illos dicens. Quē me dicunt ee turbe. At illi respondentes ↄ dixerunt. Alij iohannem baptistam. alij aut̄ heliam. alij q̄a prophēta unus de priorib⁹ surrexit. Dixit aut̄ illis. Vos aut̄ quem me ē dicitis. At Respondens symon petrus dixit. Xpm dei. At ille increpans illos. precepit ne cui dicerent hoc. dicens q̄a oportet filium hominis multa pati. ↄ reprobari a senioribus. ↄ a principibus sacerdotum ↄ scribis. ↄ occidi. ↄ tertia die resurgere. Dicebat aut̄ ad omnes. Si quis uult post me uenire. abneget semetipm. ↄ tollat crucem suam cotidie. ↄ sequatur me. Qui enim uoluerit animā suam saluam facere. perdet illam. Nam q̄ perdiderit animā suam propter me. saluam faciet eam. Quid enim proficit homo si lucretur mundum totum. se aut̄ ipm perdat. ↄ detrimentum sui faciat. Nam qui me erubuerit ↄ meos. hunc filius hominis erubescet cum uenerit in maiestate sua. ↄ patris ↄ sanctorum angelorum. Dico aut̄ uobis. uere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem. donec uideant regnum dei. Factum ē aut̄ post hec uerba fere dies octo. ↄ assumpsit petrum ↄ iacobum ↄ iohannem. ↄ ascendit in montem. ut oraret. Et factum ē ut oraret. facies uultus ei⁹ altera. ↄ uestimentus eius albus refulgens. Et ecce uiri duo loquebantur cum illo. Erant aut̄ moyses ↄ helias. uisi in maiestate. ↄ dicebant excessum eius. quem completurus erat in hierusalem. Petrus uero ↄ qui cum eo erant grauati erant somno. ↄ euigilantes uiderunt maiestatem eius. ↄ duos uiros qui stabant cum illo. Et factum ē dum discederent a illo. ait petrus ad iesum. Preceptor bonum ē

næs hic cē. ⁊ faciamus tria tabernacula.
unum tibi ⁊ unum moysi. ⁊ unū helye.
nesciens quid diceret. Hec autē illo l
loquente. fēa ē nubes. ⁊ obumbrauit e
os: ⁊ timuerunt intrantibus illis in nu
bem. Et uox fēa ē de nube dicens. hic
ē filius meus dilectus. ipm audite. Et
dum fieret uox. inuentus ē iesus solus.
Et ipi tacuerunt. Et nemini dixerūt
in illis diebus quicqȝ ex his que uiderāt
Factum ē aut in sequenti die. descenden
tibus illis de monte. occurrit illis turbā
multa. Et ecce uir de turba clamauit.
dicens. Magister obsecro te. respice in
filium meum. quia unicus ē michi. ⁊
Et ecce spūs apprehendit illum. ⁊ subi
to clamat. ⁊ elidit ⁊ dissipat eum cum
spuma. ⁊ uix discedit dilanians eum.
Et rogaui discipulos tuos ut eicerent
illum. ⁊ non potuerunt. Respons aut
iesus dixit. O generatio infidelis ⁊ per
uersa. usqȝ quo ero apud uos. ⁊ patiar
uos: Adduc huc filium tuum. Et cum
accederet elisit illum demoniū ⁊ dissi
pauit. Et increpauit iesus spūm immū
dum. ⁊ sanauit puerum. ⁊ reddidit illū
patri suo. Stupebant aut omnes in ma
gnitudine dei. Omnibusqȝ mirantibus
in omnibus que faciebat: dixit ad disci
pulos suos. Ponite uos in cordibus uris
sermones istos. Filius enim hominis
futurum ē ut tradatur in manus homi.
At illi ignorabant uerbum istud. ⁊ erat
velatum ante eos. ut non sentirent illud.
Et timebant interrogare eum. de hoc ue
rbo. Intrauit aut cogitatio in eos. quis e
orum maior esset. At iesus uidens cogi
tationes cordis illorum. apprehensum
puerum stetit illum secus se. ⁊ ait illi.
Quicumqȝ susceperit puerum istum i
nomine meo. me recipit. Et quicūqȝ
me receperit. recipit eum qui me misit
Nam qui minor ē inter omnes uos. hi
maior ē. Respons aut iohannes dixit.
Preceptor. uidimus quēdam in nomi
ne tuo eicientem demonia. ⁊ prohibuim⁹
eum. quia non sequitur te nobiscum.
Et ait ad illum iesus. Nolite prohibere
Qui enim non ē aduersum uos. pro uob
ē. Cum ē aut cum complerentur dies assū
ptionis eius. ⁊ ipe faciem suam firmauit

ut iret in ierlim. Et misit nuntios ante
conspectum suum. Et euntes intrauerūt
in ciuitatem samaritanorum. ut preparā
rent illi. ⁊ non receperunt eum: quia fa
cies eius erat euntis ierlim. Cum uidissent
aut discipuli eius. iacobus ⁊ iohannes
dixerunt. Domine uis dicimus ut ignis
descendat de celo. ⁊ consumat illos: Et cō
uersus increpauit illos dicens. Nescitis cu
ius spūs estis. Filius hominis non uenit
animas hominum perdere: sed saluare. ⁊
Et abierunt in aliud castellum. Factum
ē aut ambulantibus illis in uia. dixit q̄
dam ad illum. Sequar te quocūqȝ ieris.
Et ait illi iesus. Vulpes foueas habent. ⁊
uolucres celi nidos. filius aut hominis
non habet ubi caput suum reclinet. Alii ait
ad alterum. Sequere me. Ille aut dixit.
Domine permitte me primum ire. ⁊ sepel
lire patrem meum. Dixit illis iesus. Sini
te mortui sepelire mortuos suos. Tu
aut uade ⁊ annuncia regnum dei. Et alt
alter. Sequar te domine: sed permitte mi
primum renunciare his qui domi sunt.
Et ait ad illum iesus. Nemo mittens. ⁊
manum suam in aratrum. ⁊ aspiciens ⁊
retro. aptus ē regno dei.

Post hec aut designauit do
minus iesus ⁊ alios lxxtuā.
⁊ misit illos binos ante faciē
suam in omnem ciuitatem
⁊ locum quo ipe erat uenturus. ⁊ dicebat
illis. Messis quidē multa. operarii aut
pauci. Rogate ergo dñm messis. ut mit
tat operarios in messem suam. Ite. ecce
ego mitto uos sicut agnos inter lupos. ⁊
Nolite portare sacculum ne peram neqȝ
calciamenta. ⁊ neminē per uiam saluta
ueritis. In quamcūqȝ domū intrauerit.
primum dicite Pax huic domui. Et si
ibi fuerit filius pacis. requiescet super
illum pax ura. sin aut ad uos reuertetur.
In eadem aut domo manete. edentes ⁊
bibentes que apud illos sunt. Dignus
enim ē operarius mercede sua. Nolite
transire de domo in domum. Et in qua
cumqȝ ciuitatem intrauerint. ⁊ susceper
int uos. manducate que apponuntur
uobis. ⁊ curate infirmos qui in illa sunt.
⁊ dicite illis. Appropinquauit in uos re
gnum dei. In quamcūqȝ ciuitatē intra



uerunt

ueritis ⁊ non receperint uos: exeuntes in
plateas eius dicite. Etiam pulueré qui
adhesit nobis de ciuitate uestra excutimus
in uos. Tamen hoc scitote: quia appro
pinquabit regnum dei. Dico autē uobis:
quia sodomis in die illa remissius erit
q̄m illi ciuitati. Ve tibi corozaim. ue tibi
bethsaida. quia si in tyro ⁊ sydone fac̄e fu
issent uirtutes. que in uobis fac̄e sunt. o
lim in cilicio ⁊ cinere sedentes penituissent.
Verumtamen tyro ⁊ sydoni remissius erit i
udicio q̄m uobis. Et tu capharnaum q̄
usq; ad celum exaltata. usq; ad infernū
descendes. Qui uos audit me audit. ⁊
qui uos spernit me spernit. Qui autē me
spernit. spernit eum qui me misit. Reuer
si sunt autē lxx̄ cum gaudio dicentes.
Domine etiam demonia subiciuntur a
nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam
sathan sicut fulgur de celo cadentē.
Et ecce dedi uobis potestatem calcandi
supra serpentes ⁊ scorpiones. ⁊ supra oēm
uirtutē inimici. ⁊ nichil uos nocebit. Ver
umtamen in hoc nolite gaudere. quia nob
spūs subiciuntur. Gaudete autē quia
nomina uestra scripta sunt in celis. In ipsa
hora exultauit spū sco ⁊ dixit. Confite
or tibi pater celi ⁊ terre. qui abscondi
sti hec a sapientibus ⁊ prudentibus ⁊ reuela
sti ea parulis. Etiam pr̄ quia sic placu
it ante te. omnia michi tradita sunt a
patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi
pr̄. ⁊ quis sit pr̄ nisi filius. ⁊ cui uoluerit
filius reuelare. Et conuersus ad discipulos
suos dixit. Beati oculi qui uident que uos
uidetis. Dico enim uobis. quia multi pro
phete ⁊ reges uoluerunt uidere que uos
uidetis. ⁊ non uiderunt. ⁊ audire que au
ditis ⁊ non audierunt. Et ecce quidam
legis peritus. surrexit temptans illum ⁊
dicens. Magister quid faciendo uitam e
ternam possidebo? At ille dixit ad eum.
In lege quid scriptum est? Quomodo legis?
At ille respondens dixit. Diliges dñm deum
tuum ex toto corde tuo. ⁊ ex tota anima
tua. ⁊ ex omnibus uiribus tuis. ⁊ ex omni
mente tua. ⁊ proximū tuum sicut teipsum.
Dixit illi. Recte respondisti. Hoc fac ⁊ uiue.
Ille autē uolens iustificare seipm. dixit
ad iesum. Et quis est meus proximus?
Suscipiens autē iesus dixit. Homo quidā
descendebat ab ierusalem in iericho. ⁊ inci
dit in latrones. Qui etiam despoliauerunt
eum: ⁊ plagis impositis abierunt semi
uiuo relicto. Accidit autē ut sacerdos quī
descenderet eadem uia. ⁊ uiso illo p̄trāsiit.
Similiter ⁊ leuita cum ēet secus locum.
⁊ uidisset eum pertransiit. Samaritanus
autē quidam iter faciens. uenit secus eū.
⁊ uidens eum misericordia motus ē. Et appro
pians alligauit uulnera eius: infundens
oleum ⁊ uinum. Et imponens illum i
umentum suum. duxit in stabulum. ⁊ cu
ram eius egit. Et altera die proteulit du
os denarios. ⁊ dedit stabulario. ⁊ ait. Cu
ram illius habe. Et quodcūq; supererogaueris. ego cum rediero reddam tibi.
Quis horum trium uidetur tibi proximus
fuisse illi qui incidit in latrones? At ille
dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait
illi iesus. Vade ⁊ tu fac similiter. Factum ē
autē dum irent. ⁊ ipe intrauit in quoddā
castellum. ⁊ mulier quedam martha no
mine. excepit illum in domū suam. Et
huic erat soror nomine maria. que etiam
sedens secus pedes domini audiebat ver
bum illius. Martha autē satagebat
circa frequens ministerium. que stetit
⁊ ait. Dñe non est tibi cure q̄ soror mea
reliquit me solam ministrare? Dic ergo
illi ut me adiuuet. Et respondens dixit ei
ille dominus. Martha martha solicita
es ⁊ turbaris erga plurima. porro unum
est necessarium. Maria optimam partem
elegit. que nō auferetur ab ea.

XI

Et factum ē cum ēet in loco
quodam orans. ut cessauit
dixit unus ex discipulis ei
us ad eum. Domine doce nos
orare. sicut iohannes docuit discipulos
suos. Et ait illis. Cum oratis dicite.
Pater noster. sanctificetur nomen tuum. adue
niat regnum tuum. panem nostrum co
tidianum da nobis hodie. ⁊ dimitte
nobis peccata nostra. Siquidē et ipsi dimit
timus omni debenti nobis. ⁊ ne nos i
nducas in temptationem. Et ait ad illos.
Quis uestrum habebit amicum. et ibit ad
illum media nocte. ⁊ dicet illi. amice
commoda michi tres panes quoniam amicus
meus uenit de uia ad me. ⁊ non habeo quod
ponam ante illum. Et ille de intus re

sponens dicat. noli michi molestus
ce. iam ostium clausum è. ꝛ puer mei
mecum sunt in cubili. non possum
surgere ꝛ dare tibi. Et ille si perseue
uerit pulsans. dico uobis. ꝛ si non da
bit illi surgens. eo q̄ amicus eius sit.
propter improbitatem tñ eius surget ꝛ
dabit illi quotquot hꝫ necessaria. ꝛ
ego dico uobis. petite ꝛ dabitur uob.
querite ꝛ inuenietis. pulsate ꝛ aperie
tur uobis. Omnis enim qui petit ac
cipit. ꝛ qui querit inuenit. ꝛ pulsanti
aperietur. Quis autē ex uobis patrē
petit panem. nunquid lapidē dabit
illi? Aut piscem. nunquid pro pisce
serpentem dabit illi? Aut si petierit o
uum. nunquid porriget illi scorpiōē?
Si ergo uos cum sitis mali nostis bo
na data dare filijs uris. quanto ma
gis pr̄ ur de celo dabit spm bonum
petentibus se. Et erat eiciens demoi
nium. ꝛ illud erat mutum. Et cum ei
cisset dem̄onium. locutus è mutus. ꝛ
admirate sunt turbe. Quidam autē
ex eis dixerunt. In beelzebub princi
pe demoniorū eicit demonia. Et alij
tentantes signum de celo querebāt
ab eo. Ipe autē ut uidit cogitationes
eorum. dixit illis. Omne regnum i
seipm diuisum desolabitur. ꝛ domus
supra domū cadet. Si autē ꝛ satanas
in seipm diuisus è. quomodo stabit
regnum ipius. quia dicitis in beelze
bub eicere me demonia. Si autē ego
in beelzebub eicio demonia. filij uri
in quo eiciunt? Ideo ipi iudices uri
erunt. Si autē in digito dei eicio de
monia. profecto peruenit in uos re
gnum dei. Cum fortis armatus cu
stodit atrium suum. in pace sunt ea
que possidet. Si autē fortior illo supue
niens uicerit eum. uniuersa arma ei⁹
auferet in quibus confidebat. ꝛ spolia eius
distribuet. Qui non è mecum aduer
sus me è. Et qui non colligit mecum di
spergit. Cum immundus spus exierit
ab homine. ambulat per loca inaqu
sa querens requiem ꝛ non inuenies
dicit. Reuertar in domum meā unde
exiui. Et cum uenerit inuenit scopis
mundatam. Et ornatam tantummo

alios spūs nequiores se. ꝛ ingressi ha
bitant ibi. Et fiunt nouissima hominis
illius peiora priorib⁹. Et factū è cum
hec diceret. extollens uocem quedam
mulier de turba dixit illi. Beatus uen
qui te portauit ꝛ ubera que suxisti. At
ille dixit. Quinymo. bī qui audiunt
uerbum dei. ꝛ custodiunt illud. Tur
baꝝ autē concurrentiū. cepit dicere. Ge
nratio hec generatio nequa è. signum querit.
ꝛ signum non dabitur ei. nisi signum
ionē prophete. Nam sicut fuit ionas
signum ninuitis. ita erit ꝛ filius hoīs
generationi huic. Regina austri surget
in iudicio cum uiris generationis hui.
ꝛ damnabit illos. quia uenit a finibus
terre audire sapiam salomonis. Et ec
ce plus salomone hic. Viri ninuite
surgent in iudicio cum generatione
hac. ꝛ damnabunt illam. quia pe
egerunt ad predicationem ionē. Et
ecce plus iona hic. Nemo accendit
lucernā. ꝛ in abscondito ponit. neq; sb
modio. sd̄ sup candelabrum. ut qui
grediuntur lumen uideant. Lucerna
corpis è oculus tuus. Si oculus tu
fuerit simplex. totum corpus tuum
lucidum erit. Si autē nequa fuerit. et
corpus tuum tenebrosum erit. Vide
ergo ne lumen quod in te è. tenebre
sint. Si ergo totum corpus tuum lu
cidum fuerit. non habens aliquā pte
tenebrarum. erit lucidum totum. Et
sicut lucerna fulgoris illuminabit te.
Et cum loqueretur rogauit illū quidā
phariseus ut pranderet apud se. ꝛ in
gressus recubuit. Phariseus autem
cepit intra se reputans dicere. quare
non baptizatus sit ante prandium.
Et ait dominus ad illum. Nunc uos
pharisei quod de foris è calicis ꝛ can
ni mundatis. quod autē intus è ple
num rapina ꝛ iniquitate. Stulti
nōne qui fecit quod de foris. etiā id
quod de intus è fecit? Verumtamen
super date elemosinam. ꝛ ecce omnia
munda sunt uobis. Sed ue uob pha
riseis. qui decimatis mentā ꝛ ruta. ꝛ
omne olus ꝛ pretitis iudicium ꝛ ca
ritatem dei. hec autē oportuit facere.
ꝛ illa non omittere. Ue uob pharisei

LUCHAM

qui obligatis primas cathedras in synagogis. & salutationes in foro. Ve vobis qui estis ut monumenta que non apparent. & homines ambulantes supra nescient. Respondens autem quidam ex legis peritis: ait illi. Magister hec dicens etiam nos contumelias nobis facis. At ille ait. Et vobis legis peritis ve. quia onerate hominem oneribus que portari non possunt. & ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas. Ve vobis qui edificatis monumenta prophetarum. patres autem vestri occiderunt illos. profecto testificamini. & consentitis operibus patrum vestrorum. Quia quidem ipsi eos occiderunt. vos autem edificatis eorum sepulchra. propterea & sapientia dei dixit. Mittam ad illos prophetas & apostolos. & ex illis occident & persequentur. ut inquiratur sanguis omnium prophetarum. qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista. a sanguine abel usque ad sanguinem zacharie. qui periit inter altare & templum. Ita dico vobis requiretur ab hac generatione. Ve vobis legis peritis. quia tulistis clavem scientie. ipsi non introistis. & eos qui introibant prohibuistis. Cum hec ad illos diceret. ceperunt pharisei & legis periti graviter instare. & os eius opprimere de multis. insidiantes ei. & querentes capere aliquid ex ore eius. ut accusarent eum.

XII

Interim autem turbis circumstantibus. ita ut se invicem conculcarent. cepit dicere ad discipulos suos. Attendite a fermento pharisaeorum quod est hypocrisis. Nichil autem operatum est quod non revelabitur. nec absconditum quod non sciatur. Quam que in tenebris dixistis. in lumine dicentur. & quod in aure locuti estis in cubiculis. predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis. ne terreamini ab his qui occidunt corpus. & post hec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit potestatem habet mittere in gehennam. Ita dico vobis hunc timete. Nonne v. passeres veneunt dipondio. & unus ex illis non est in oblivione coram deo. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere. multis passeribus pluris estis vos. Dico autem vobis. omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus. & filius hominis confitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negaverit me coram hominibus. negabitur coram angelis dei. Et omnis qui dixerit verbum in filium hominis. remittetur ei. Ei autem qui in spiritum sanctum blasphemaverit. non remittetur. Cum autem inducent vos in synagogas. & magistratus. & potestates. nolite solliciti esse. qualiter aut quid respondeatis. aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Ait autem illi quidam de turba. Magister dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem. At ille dixit ei. homo quis me constituit judicem. aut divisorem super vos? Dixit autem ad illos. Videte & cavete ab omni avaritia. quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex bonis que possidet. Dixit autem ad illos similitudinem dicens. Hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit. & cogitabat intra se dicens. Quid faciam quia non habeo quo congregem fructus meos. Et dixit. hoc faciam. Destruam horrea mea & maiora faciam. Et illuc congregabo omnia que nata sunt mihi & bona mea. & dicam anime mee. Anima habes multa bona posita in annos plurimos. Requiesce comede. bibe & epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te. Que autem parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat. & non est in deum dives. Dixit autem ad discipulos suos. Ideo dico vobis. nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis. neque corpori quid vestiatis. Anima plus est quam esca. & corpus plus quam vestimentum. Considerate corvos qui non seminant neque metunt. quibus non est cellarium neque horreum. & deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis. Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neque quod minimum est non potestis. quid de ceteris solliciti estis? Considerate lilia quo

SCVDM



cirscuntr. non laborant neq; nent. Dico
autē uobis. nec salomon in omni glia
sua uestiebatur. sicut unum ex istis. Si
autē fenum qđ hodie in agro ē. et cras
in clibanū mittit. deus sic uestit. quā
to magis uos pusille fidei. Et uos noli
te querere quid manducetis. aut quid
bibatis. et nolite in sublime tolli. Hec
enim omnia. gentes mundi querunt.
Pater autē ur scit. qm̄ his indigetis. Ue
rumtm̄ querite regnum. et hec omnia ad
icientur uobis. Nolite timere pusillus
grex. quia complacuit pri uro dare uobi
regnum. Vendite que possidetis. et date
elemosinā. Facite uobis sacculos qui
non ueterascunt. thesaurum non deficientem in celis. quo fur non approprīat.
ns tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus
ur ē. ibi et cor uim erit. Sint lumbi uri
precincti. et lucerne ardentes in manib
uris. Et uos similes hominib exspectantib dīm suum quando reuertatr
a nuptijs. ut cum uenerit et pulsauerit
aperiant ei. Bī serui illi. quos cū ue
nerit dns inuenerit uigilantes. Amē
dico uobis q̄ precinget se. et faciet illos
discumbere. et transiens ministrabit illis.
Et si uenerit in secunda uigilia. et si uenerit in tertia uigilia uenerit. et ita inuenerit. a
bī sunt serui illi. Hoc autē scitote. qm̄ si
sciret pr familias qua hora fur uenturus
uigilaret utiq; et non sineret perfodi domū
suam. Et uos estote parati. quia qua
hora non putatis filius hominis uenit
Ait autē ei petrus. Domine ad nos dicis
hanc parabolam. an et ad omnes. Dixit
autē dominus. Quis putas ē fidelis dispensator et prudens. quem constituet dn̄s
super familiam suam. ut det illis in pri
mentū mensuram. Bīs ille seruus qđ
cum uenerit dns inuenerit ita facientem
ueniet dico uobis. quia super omnia qđ
possidet constituet eum. Q̄ si dixerit se
ille in corde suo. moram facit dns meus
uenire. et ceperit percutere pueros et an
cillas. et edere et bibere et inebriari. ueniet
dns seruī illius in die qua non sperat. et
hora qua nescit. et diuidet eum. partemq;
eius cum infidelibus ponet. Ille autem
seruus qui cognouit uoluntatē dn̄i sui.
et non se preparauit et non fecit

dum uoluntatem eius. uapulabit mul
tis. Qui autē non cognouit et fecit dig
plagis uapulabit. paucis. Omni aut
cui multum datum ē. multum queretur
ab eo. Et cui commendauerunt multum
plus petent ab eo. Ignem ueni mittere
in terram. et quid uolo nisi ut accendatur.
Baptisma autē hēo baptizari et quomo
do coarctor usq; dum perficiatur. Putatis
quia pacem ueni dare in terram. Non
dico uobis sed separationem. Erunt ex
hinc v. in domo una diuisi. tres in
duos. et duo in tres dividentur. pater
in filium et filius in patrem suum. Ma
ter in filiam et filia in matrem suam. So
crus in nurum suam. et nurus in socrum
suam. Dicebat autē et ad turbas. Cum
uideritis nubem orientem ab occasu.
statim dicitis uenit. et fit.
Et cum austrum flantem. dicitis q̄
estus erit. et fit. Et ypocrite. faciem celi
et terre nostis probare. hoc autē tempus
quomodo non probatis. Quid autem
a uobis ipsis non uidicatis quod iustū
ē. Cum autē uadis cum aduersario tuo
ad principem in uia. da operam
liberari ab illo. ne forte trahat te apud
iudicem. et iudex tradat te exactori. et
exactor mittat te in carcerem. Dico tibi
non exies inde. donec etiam nouissimum
minutum reddas.

XIIII

Aderant autē quidam ipso in
q̄ tempore nuntiantes illi de gali
leis. quorum sanguinem pila
tus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis. Putatis q̄ hi galilei pre omnibus galileis
peccatores fuerunt. quia talia passi sunt.
Non dico uobis. sed nisi penitentiam habueritis
omnes similiter peribitis sicut illi. et
illi. supra quos cecidit turris in siloa
et occidit eos. Putatis q̄ et ipsi debitores
fuerunt. preter omnes homines habitantes in ierusalem. Non dico uobis. sed si pe
nitentiam non egeritis omnes similiter
peribitis. Dicebat autē hanc similitudinem. Arborem fici hēbat quidā plantatam in uinea sua. et uenit querens
fructum in illa. et non inuenit. Dixit autē
ad cultorem uineę. Ecce anni tres sunt
ex quo uenio querens fructum in ficul

LVCHAM

nea hac. ↄ non inuenio. Succede ergo i
illam. Vt quid etiam terrā occupat. Rn
llle ītrans: air illi. Domine dimitte i
lam ↄ hac anno usq; dum fodiā circa
illam. ↄ mittam stercora. Et siquidem
fecerit fructum: sin aut in futurum suc
cides illam. Erat aut docens in synago
ga eorū sabbis. Et ecce mulier que
hēbat spiritum infirmitatis annis xviii
erat inclinata. nec omnino potēat sur
sum respicere. Quam cum uidisset ihs
uocauit ad se ↄ air illi. Mulier dimissa
es ab infirmitate tua. Et imposuit il
li manus. ↄ festinū erecta ē. ↄ glificab
deum. Rndens aut archisynagogus i
dignans. q; sabbo curasset ihs. dicebat
turbe. Sex dies sunt in quibus oportet
operari. In his ergo uenite ↄ curamini:
ↄ non in die sabbati. Rndens aut ad
illum dominus. dixit. Hypocrite unusq;
q; uīm in sabbo non soluit bouē suum
aut asinum a presepio. ↄ ducit ad aquā:
hanc aut filiam abrae quam alligauit
satanas. ecce x ↄ viii annis non opor
tuit solui a uīnculo isto die sabbati? ↄ
Et cum hec diceret. erubescebant oēs
aduersarii eius. ↄ omnis populus gau
debat in uniuersis que fiebant gliose ab
eo. Dicebat ergo cui simile ē regnū
dei. ↄ cui cēt simile estimabo illud? Si
mile ē grano sinapis. quod acceptum
homo misit in ortum suum ↄ creuit. ↄ
fcm ē in arborem magnam. ↄ uolucres
celi requieuerunt in ramis eius. Et
iterum dixit. Cui simile estimabo regnū
dei? Simile ē fermento quod acceptum
mulier abscondit in farine sata tria do
nec fermentaretur totum. Et ibat per ci
uitates ↄ castella docens. ↄ iter faciens
in ierusalem. air aut illi quidā. Domi
ne si pauci sunt qui saluantur. Ipe aut dixit ad illos. Contendite intrare per
angustam portam. quia multi querent
intrare. ↄ non poterunt. Cum autem in
trauerit pater familias ↄ clauserit hostiū
incipietis foris stare ↄ pulsare ad hostiū dicentes. Domine aperi nobis. Et
respondens dicet uobis. Nescio uos unde
sitis. Et tunc incipietis dicere. manducauimus coram te. ↄ bibimus. ↄ in pla
teis nris docuisti. Et dicet uobis. Ne
scio uos unde sitis. Discedite ame omes
operarii iniquitatis. Ibi erit fletus et
stridor dentium. Cum uideritis abrā
ↄ ysaac ↄ iacob. ↄ omnes prophetas in re
gno dei. uos aut expelli foras. ↄ uenient
ab oriente ↄ occidente. ↄ aquilone ↄ au
stro. ↄ accumbent in regno dei. Et ecce
sunt nouissimi qui erant primi. ↄ sunt
primi qui erant nouissimi. In ipsa die
accesserunt quidam phariseorum dicē
tes illi. Exi ↄ uade hinc. quia herodes i
nterficere te uult. Et air illis. Ite dicite
uulpi illi. ecce eicio demonia. ↄ sanitates perficio hodie ↄ cras. ↄ tertia die cō
sumor. Verumtamen oportet me hodie et cras. ↄ sequenti die ambulare. quia nō
capit prophetam perire extra ierlim. Ierl
ierusalem que occidis prophetas ↄ lapi
das eos qui ad te missi sunt. Quoties
uolui congregare pullos tuos. quēadmo
dum auis nidum suum sub pennis ↄ
noluisti. Ecce relinquitur domus uīa
deserta. Dico aut uobis. quia non uidebitis me donec cum dicetis. Benedictus
qui uenit in nomine dñi.

XIIII

Et factum ē cum introiret in
domum cuiusdā principis
pharisey sabbo manducare panem. ↄ ipi observa
bant eum. Et ecce homo quidā hydro
picus erat ante illum. Et respondens ihs
dixit ad legis peritos ↄ pharisees. dicēs.
Si licet sabbato curare. At illi tacuerūt
Ipe uero apprehensum sanauit eum. ac
dimisit. Et respondens ad illos dixit. Cu
ius uīm asinus aut bos in puteū cadet.
ↄ protinus extrahet illum die sabbati. Et
non poterant ad hec respondere illi. Dice
bat aut ad inuitatos parabolam. intē
dens quomodo primos accubitus eli
gerent. dicens ad illos. Cum inuitatus
fueris ad nuptias. non discumbas in
primo loco. ne forte honoratior te sit i
uitatus ab illo. ↄ ueniens is qui te ↄ il
lum uocauit dicat tibi. Amice da huic
locum. ↄ tunc incipies cum rubore no
uissimum locum tenere. Sed cum uoca
tus fueris. uade recumbe in nouissimo
loco. ut cum uenerit qui te inuitauit di
cat tibi. Amice ascende superius. Tūc
erit tibi gla coram simul discumbēti-

Quia omnis qui se exaltat humiliabit. 7 qui se humiliat exaltabitur. Dicebat autē 7 ei qui inuitauerat. Cum facis p̄andium aut cenam. noli uocare amicos tuos. nec fratres tuos nec cognatos. nec uicinos diuites. ne forte 7 ipsi te reuocent. 7 fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium. uoca pauperes debiles. claudos 7 cecos. 7 beatus eris quia non habent unde retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hec cum audisset quidam de simul discumbentibus dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno dei. At ipse dixit ei. Homo quidam fecit cenam magnam. 7 uocauit multos. Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis ut uenirent. quia iam omnia parata sunt. Et ceperunt omnes simul excusare. Primus dixit illi. Villam emi. 7 necesse habeo exire. 7 uidere illam. rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Juga boum emi v. 7 eo probare illa. rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorem duxi. 7 ideo non possum uenire. Et reuersus seruus nunciauit hec domino suo. Tunc iratus pater familias. dixit seruo suo. Exi cito in plateas 7 uicos ciuitatis. 7 pauperes debiles. cecos 7 claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine factum est ut imperasti. 7 adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in uias et sepes. 7 compelle intrare. ut impleatur domus mea. Dico autem uobis. quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt gustabunt cenam meam. Ibant autem turbe multe cum eo. Et conuersus dixit ad illos. Si quis uenit ad me. 7 non odit patrem suum 7 matrem. 7 uxorem 7 filios. 7 fratres 7 sorores adhuc autem 7 animam suam. non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam et uenit post me. non potest meus esse discipulus. Quis ex uobis turrem edificare. non prius sedet computat sumptus qui necessarius sunt. si habeat ad perficiendum. ne postquam posuerit fundamentum 7 non potuerit perficere. omnes qui uident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cepit edificare. 7 non potuit consummare. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem nonne prius sedens cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei. qui cum xx milibus uenit ad se. Alioquin adhuc illo longe agente. legationem mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis. qui non renunciauerit omnibus que possidet. non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal euanuerit. in quo condietur. Neque in terram neque in sterquilinium utile est. foras mittent. Qui habet aures audiendi audiat.

XV

Erant autem appropinquantes ei publicani 7 peccatores ut audirent illum. Et murmurabant pharisei 7 scribe dicentes. quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et ait ad illos 7 parabolam istam dicens. Quis ex uobis homo qui habet centum oues. 7 si perdiderit unam ex illis. nonne dimittit nonaginta nouem in deserto. 7 uadit ad illam que perierat. donec inueniat illam. Et cum inuenerit eam. imponit supra humeros suos gaudens. Et ueniens domum. conuocat amicos 7 uicinos suos. dicens illis. Congratulamini mihi. quia inueni ouem meam que perierat. Dico uobis. quia gaudium erit in celo. super uno peccatore penitentiam agente. super nonaginta nouem iustis. qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens x dragmas. si perdiderit dragmam unam. nonne accendit lucernam 7 everrit domum. 7 querit diligenter donec inueniat. Et cum inuenerit. conuocat amicas 7 uicinas dicens. Congratulamini mihi. quia inueni dragmam quam perdideram. Ita dico uobis. gaudium erit angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Ait autem. Homo quidam habebat duos filios. 7 dixit adolescentior ex illis pri. Pater da mihi portionem substantie que me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies congregans omnia adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam. 7 ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose. Et postquam omnia consumasset. facta est fames ualida in regione illa. Et ipse cepit egere. Et

abit t adhesit uni ciuium regionis illius. t misit illum in villam suam ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis quas porci manducabant: t nemo illi dabat. In se autē reuersus dixit. Quanti mercenarii in domo patris mei habundant panibus: ego autē hic fame pereo? Surgam t ibo ad patrem meum: t dicam illi. Pater peccaui in celum t coram te. t iam non sum dignus uocari filius tuus. Fac me sicut unum de mercenariis tuis. t Et surgens uenit ad patrem suum. Cum autē adhuc longe esset. uidit illum pater suus. t misericordia motus è. t accurrens cecidit super collum eius. t osculatus est eum. Dixitq; ei filius. Pater peccaui in celum t coram te. t iam non sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam. t induite illum. t date anulum in manu eius. t calciamenta in pedes. Et adducite uitulum saginatum. t occidite. t manducemus t epulemur: quia hic filius meus mortuus erat t reuixit. perierat t inuentus est. Et ceperunt omnes epulari. Erat autē filius eius senior in agro. Et cum ueniret t appropinquaret domui. audiuit symphoniam t chorum. t uocauit unum de seruis. t interrogauit que hec essent. Is autē dixit illi. Frater tuus uenit. t occidit pater tuus uitulum saginatum: quia saluum illum recepit. Indignatus è autē: t nolebat introire. Pater ergo illius egressus. cepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi. t nunq; mandatum tuum preterii. t nunq; dedisti michi edum ut cum amicis meis epularer. Sed postq; hic filius tuus qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit. occidisti illi uitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecum es: t omnia mea tua sunt. Epulari autē t gaudere oportebat. quia frater tuus hic mortuus erat t reuixit. perierat t inuentus est.

Dicebat autē ad discipulos suos. Homo quidam erat diues. qui habebat uilicum. t hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona illius. Et uocauit illum t ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem uilicationis tue. Jam enim non poteris uilicare. Ait autē uilicus intra se. Quid faciam quia dominus meus aufert a me uilicationem? Fodere non ualeo. mendicare erubesco. Scio quid faciam. ut cum amotus fuero a uilicatione recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui. dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit ei. Centum cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionem tuam t sede cito scribe. l. Deinde alio dixit. Tu uero quantum debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas t scribe octoginta. Et laudauit dominus uilicum iniquitatis. quia prudenter egisset. quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis dico. Facite uobis amicos de mamona iniquitatis. ut cum defeceritis recipiant uos in eterna tabernacula. Qui fidelis è in minimo. et in maiori fidelis è. Et qui in modico iniquus è. et in maiori iniquus è. Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis quod uerum è quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis. quod uestrum è quis dabit uobis? Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odiet. t alterum diliget. aut unum sustinebit. t alterum contemnet. Non potestis deo seruire t mamone. Audiebant autē omnia hec pharisei. qui erant auari. t deridebant illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus. Deus autē nouit corda uestra. quia quod hominibus altum è. abhominatio è apud deum. Lex t prophete. usq; ad iohannem. ex eo regnum dei euangelizatur. et omnis in illud uim facit. Facilius è autē celum t terram preterire. q; de lege unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam. t ducit alteram mechatur. Et qui dimissam a uiro ducit mechatur. Homo quidam erat diues. t induebatur purpura t bysso. epulabatur quotidie splendide. Erat

quidam mendicus nomine lazarus.
qui iacebat ad ianuam eius ulceribus
plenus. cupiens saturari de micis que
cadebant de mensa diuitis. ⁊ nemo illi
dabat. ⁊ canes uenientes ⁊ lingebant
ulcera eius. Factum é aut ut moreretur
mendicus. ⁊ portaretur ab angelis in si
nu habrae. Dixitq; é aut ⁊ diues. ⁊ se
pultus é in inferno. Eleuans aut oculos suos cum eet in tormtis. uidit abra
am a longe. ⁊ lazarum in sinu eius. Et
ipe clamans dixit. Pater abraam mise
rei. ⁊ mitte lazarum ut intingat extre
mum digiti sui in aquam ut refrigeret
linguam meam. quia crucior in hac flã
ma. Et dixit illi abraam. Fili recorda
re. quia recepisti bona in uita tua. ⁊ la
zarus similiter mala. Nunc aut hic so
latur. tu uero cruciaris. Et in his oib
inter nos ⁊ uos chaos magnus firmatus é.
ut hi qui uolunt hinc trãsmeare ad
nos non possint. neq; inde huc trãsmea
re. Et ait. Rogo ergo te pater ut mit
tas eum in domum patris mei. habeo enim
v. fres. ut testetur illis ne ⁊pi ueniant
in locum hunc tormentorum. Et ait
illi abraam. Habent moysen ⁊ prophas
audiant illos. At ille dixit. Non pater
abraam. sed siquis ex mortuis ierit ad
eos. pniam agent. Ait aut illi. Si moy
sen ⁊ prophas non audiunt. neq; si quis
ex mortuis resurrexerit credent ei.

Dixit aut ad discipulos suos. Impossibile é ut
non ueniant scandala. Ve
aut illi per quem uenerint.
Utilius est illi. si lapis molaris imponatur circa collum eius ⁊ proiciatur in
mare. q̃s ut scandalizet unum de pusillis istis. Attendite uobis. Si peccauerit
in te frater tuus. increpa illum. Et si pe
nitentiam egerit. dimitte illi. Et si sep
ties in die peccauerit in te. ⁊ septies in
die conuersus fuerit ad te dicens penitet
me. dimitte illi. Et dixerunt apli dño
Adauge nobis fidem. Dixit aut dñs.
Si habueritis fidem sicut granũ sinapis
dicetis huic arbori moro eradicare et
transplantare in mare. ⁊ obediet uobis.
Quis aut uãm hãns seruum arantem.
aut pascentem. qui regresso de
agro. dicat illi statim. transi ⁊ recumbe.
⁊ non dicat ei potius quod cenem. ⁊ ptinge
te ⁊ ministra mihi. donec manducem
⁊ bibam. ⁊ post hec tu manducabis. ⁊ bi
bes. Numquid gratiã habet seruo illi. quia
fecit ea que imperauerat ei. Non puto.
Sic ⁊ uos cum feceritis omnia que pre
cepta sunt uobis. dicite serui inutiles
sumus. quod debuimus facere fecimus.
Et factum é dum iret ihesus in ierlm. tra
sibat per mediam samariam ⁊ galileam.
Et cum ingrederetur quoddã castellum.
occurrerunt ei x. uiri leprosi. Qui stete
runt a longe. ⁊ leuauerunt uocem dice
tes. Iesu pceptor. miserere nri. Quos
ut uidit dixit. Ite ostendite uos sacer
dotibus. Et factum é dum irent mundati sunt.
Unus aut ex illis ut uidit quia mun
datus é. reuersus cum uoce magna ma
gnificans deum. Et cecidit in faciem
suam ante pedes eius. gratias agens. hic
erat samaritanus. Respondens aut ihesus
dixit. Nonne x mundati sunt. Et ubi
nouem ubi sunt. Non é inuentus qui
rediret ⁊ daret laudem deo. nisi hic alie
nigena. Et ait illi. Surge uade. quia fi
des tua te saluum fecit. Interrogatus aut
a pharisæis quando ueniret regnum dei. Re
spondit eis ⁊ dixit. Non uenit regnum dei
cum obseruatione. neq; dicent. ecce hi.
aut ecce illic. Ecce enim regnum dei in
tra uos é. Et ait ad discipulos suos.
Venient dies quando desideretis uidere unũ
diem filii hominis. ⁊ non uidebitis. ⁊
Et dicent uobis. Ecce hic ⁊ ecce illic.
Nolite ire neq; sectemini. Nam sicut
fulgur coruscans de sub celo in ea que
sub celo sunt fulget. ita erit filius hois
in die sua. Primum aut oportet illum
multa pati. ⁊ reprobari a generatione
hac. Et sicut factum é in diebus noe. ita
erit ⁊ in diebus hominis filii. Edebant
⁊ bibebant ⁊ uxores ducebant. ⁊ dabãt
ad nuptias. usq; in diem qua intrauit
noe in arcam. ⁊ uenit diluuium ⁊ per
didit omnes. Similiter sicut factum é
in diebus loth. Edebant ⁊ bibebant ⁊ uã
uendebant plantabant ⁊ edificabant.
Qua die aut exiit loth de sodomis. plu
it ignem ⁊ sulphur de celo. ⁊ omnes pe
didit. Secundum hec erit qua die filius hois

ruciabitur. In illa hora qui fuerit in
tecto t uasa eius in domo nō descēdat
tollere ea. Et qui in agro similiter nō
reuertat retro. Memores estote uxoris
loth. Quicumq; quesierit animā suā
saluam facere: perdet illam. Et quicū
q; perdiderit illam uiuificabit eam. Di
co uobis: nocte illa erunt duo in
lecto uno. unus assumetur t alter re
linquetur. Duo erunt molen
tes in unum. una assumetur t altera
relinquetur. Respondentes dicunt illi. Ubi
bne? Qui dixit eis. Ubicumq; fuerit
corpus illuc congregabuntur aquile.

Dicebat autē parabolam ad illos. quia o
portet semper orare t non
deficere dicens. Iudex quidam erat in quadam ciuitate qui deum
non timebat. t hominē non reuerebatur.
Uidua autē quedam erat in ciuitate il
la. t ueniebat ad eum dicens. Uindica
me de aduersario meo. Et nolebat per
multum tpus. Post hec autē dixit intra
se. Etsi deum non timeo nec homines
non reuereor. tamen quia molesta est
michi hec uidua uindicabo illam. ne
in nouissimo ueniens sugillet me. Ait
autē dominus. Audite quid iudex ini
quitatis dicit. Deus autē non faciet
uindictam electorū suorum clamantium
ad se die ac nocte. t patientiam habet in
illis. Dico autē uobis quia cito faciet
uindictam illorum. Uerumtamen filius ho
minis ueniens. putas inueniet fidem
super terram? Dixit autē ad quosdam
qui in se confidebant tanq; iusti t aspi
nabantur ceteros. parabolam istam. dicēs
Duo homines ascenderunt in templū.
ut orarent. unus pharisseus t alter pu
blicanus. Pharisseus stans hec apud
se orabat dicens. Deus gratias ago tibi.
quia non sum sicut ceteri hominum. ra
paces iniusti adulteri. uelut etiam
hic publicanus. Jeiuno bis in sabbato
decimas do omnium que possideo. Et
publicanus a longe stans. nolebat nec
oculos ad celum leuare: sed percutiebat
pectus suum dicens. Deus propitius
esto michi peccatori. Amen dico uobis.

descendit hic in domū suam iustificatus
ab illo: quia omnis qui se exaltat hu
miliabitur t qui se humiliat exaltabit.
Afferebant autē ad illum t infantes. ut
eos tangeret. Quos cum uiderent di
scipuli. increpabant illos. Jesus autem
uocans illos dixit. Sinite pueros ue
nire ad me. t nolite uetare. Talium est
enim regnum dei. Amen dico uobis.
quicumq; non acceperit regnum dei si
cut puer. non intrabit in illud. Et inter
rogauit illum quidam princeps. dicens.
Magister bone quid faciens uitam eter
nam possidebo? Dixit autē ei Jesus. Quid me
dicis bonum? Nemo bonus nisi solus
deus. Mandata nosti? Non occides. non
mechaberis. non furtum facies. non
falsum testimonium dices. Honora pa
trem t matrem. Qui ait. Hec omnia cu
stodiui a iuuentute mea. Quo audito
Jesus. dixit ei. Adhuc unum tibi deest.
Omnia quecumq; habes uende. t da pau
peribus. t habebis thesaurum in celo. t ueni
sequere me. Hic ille audito contristatus
est. quia diues erat ualde. Uidens autem
Jesus illum tristem factum. dixit. Quam difficile qui pecunias habent in regnum dei
introibunt. Facilius est camelum per fo
ramen acus intrare. q; diuitem intrare
in regnum dei. Et dixerunt qui audie
bant. Et quis potest saluus fieri? Ait illis
Que impossibilia sunt apud homines. possibilia sunt apud deum. Ait autem
petrus. Ecce nos dimisimus omnia.
t secuti sumus te. Qui dixit eis. Amen
dico uobis. nemo est qui reliquit domum
suam. aut parentes aut fratres. aut uxo
rem aut filios propter regnum dei. t non
recipiat multo plura in hoc tempore. t in se
culo futuro uitam eternam. Assumpsit
autem Jesus xii. t ait illis. Ecce ascendimus
Jerosolymā t consummabuntur omnia que
scripta sunt per prophetas de filio hominis.
Tradetur enim gentibus t illudetur. t fla
gellabitur t conspuetur. Et postq; flagel
lauerint occident eum. t die tertia resur
get. Et ipsi nichil horum intellexerunt.
Et erat uerbum istud absconditum ab
eis. t non intelligebant que dicebantur.
Factum est autem cum approximaret Je
richo. cecus quidam sedebat secus uiam

mendicans. Et cum audisset turbam pertransientem interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quod iesus nazarenus transiret. Et clamauit dicens. Jesu fili dauid miserere mei. Et qui precedebant increpabant eum ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat. Fili dauid miserere mei. Stans autem iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogauit illum dicens. Quid tibi uis faciam tibi. At ille dixit. Domine ut uideam. Et ihesus dixit illi. Respice. fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit et sequebatur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit dedit laudem deo.

XVIIII

Et ingressus perambulabat iericho. Et ecce uir nomine zacheus. et hic erat princeps publicanorum. et ipse diues. et querebat uidere iesum quis esset. et non poterat pre turba quia statura pusillus erat. Et procurrens ascendit in arborem sicomorum ut uideret illum. quia inde erat transiturus. Et cum uenisset ad locum. suspiciens iesus uidit illum. et dixit ad eum. Zachee festinans descende. quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit. et excepit illum gaudens. Et cum uiderent omnes murmurabant dicentes. quia ad hominem peccatorem diuertit. Stans autem zacheus dixit ad iesum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus et si quid alicuius defraudauerim reddo quadruplum. Dixit ihesus ad eum. Quia hodie saluus domui huic factus est. eo quod et ipse filius sit abrae. Venit enim filius hominis quaerere et saluum facere quod perierat. Hec illo audiente. adiciens dixit parabolam. eo quod esset prope ierusalem et quia existimarent quod confestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et uenire. Vocatis autem x. seruis suis dedit illis x. mnas. et ait ad illos. Negotiamini dum uenio. Ciues autem eius oderant illum. et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut reuerteretur accepto regno. et iussit uocari seruos suos quibus dederat pecuniam. ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mina tua x mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bone serue. quia in modico fuisti fidelis. eris potestatem habens super x. ciuitates. Et alter uenit dicens. Domine mina tua quam habui repositum in sudario. Timui enim te. quia homo austerus es. tollis quod non posuisti. et metis quod non seminasti. Et ait ei. De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas quia ego austerus homo sum. tollens quod non posui. et metens quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam. et ego ueniens cum usuris utique exegissem illam. Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam. et date illi qui x. mnas habet. Et dixerunt illi. Domine habet x. mnas. Dico autem uobis quia omni habenti dabitur. et habundabit. ab eo autem qui non habet. et quod habet auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc. et interficite ante me. Et his dictis precedebat ascendens hierosolymam. Et factum est cum appropinquaret bethfage et bethaniam ad montem qui uocatur oliueti. misit duos discipulos dicens. Ite in castellum quod contra uos est. in quod introeuntes inuenietis pullum asine alligatum. cui nemo hominum unquam sedit. soluite illum et adducite. Et si quis uos interrogauerit quare soluitis. sic dicetis ei. Quia dominus eius necessarius est illi. Abierunt autem qui missi fuerant. et inuenerunt pullum stantem. Et soluentibus illis pullum. dixerunt domini eius ad illos. Quare soluitis pullum. At illi dixerunt. Quia dominus necessarius est illi. Et duxerunt illum ad ihesum. Et iactantes uestimenta sua super pullum. imposuerunt ihesum. Eunte autem illo. substernebant uestimenta sua in uia. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis oliueti. cepit omnis multitudo discipulorum gaudentes laudare deum uoce magna super omnibus quae uiderant uirtutibus. dicentes.



Dixerit qui uenit ut in nomine dñi
pat in celo gloria in excelsis. Et qui
dam pharisæorum de turbis dixerunt
ad illum. Magister increpa discipulos
tuos. Quibus ipse ait. Dico uobis. quia
si hi tacuerint lapides clamabunt.
Et ut appropinquauit uidens ciui
tatem flenit super illam dicens. Quia
si cognouisses et quidem in hac die
tua. quæ ad pacem tibi. nunc autem ab
sconditi sunt ab oculis tuis. quia ue
nient dies in te. et circumdabunt te ini
mici tui uallo. et circumdabunt te et co
artabunt te undique. et ad terram proster
nent te et filios tuos qui in te sunt. et
non relinquent in te lapidem super la
pidem. eo quod non cognoueris tempus
uisitationis tuæ. Et ingressus in tem
plum. cœpit eicere ementes in illo et
dementes dicens illis. Scriptum est.
quia domus mea domus orationis est. uos
autem fecistis illam speluncam latronum.
Et erat docens in templo. principes au
tem sacerdotum et scribæ et primi ple
bis. quærebant illum perdere.
non inuenichant quid facerent illi.
Omnis enim populus insuspensus erat
audiens illum.

ET factum est in una dierum.
docente illo populum in tem
plo et euangelizante. conue
nerunt principes sacerdotum
et scribæ cum senioribus. et dixerunt
ad illum. Dic nobis in qua potestate hæc
facis. Aut quis est qui dedit tibi hanc
potestatem. Respondens autem iesus dixit ad
illos. Interrogabo uos et ego unum uerbum.
Respondete mihi. Baptismus iohannis
de celo erat an ex hominibus. At illi cogi
tabant intra se dicentes. Quia si
dixerimus de celo dicet. Quare non
credidistis illi. Si autem dixerimus ex
hominibus. plebs uniuersa lapidabit nos.
Certi sunt enim iohannem prophe
tam esse. Et responderunt se nescire unde
esset. Et iesus ait illis. Neque ego uobis
dico in qua potestate hæc facio. Cœpit
autem dicere ad plebem parabolam hanc. Ho
mo quidam plantauit uineam. et
locauit eam colonis. et peregre fu
it multis temporibus. Et in tempore misit



ad colonos seruum. ut de fructu uineæ darent ei. Quem cæsum
dimiserunt inanem. Et addi
dit alterum seruum mittere. Illi au
tem hunc quoque cædentes et affligentes
dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere. Qui et illi
uulnerantes eiecerunt. Dixit autem
dominus uineæ. Quid faciam. Mitta
tum filium meum dilectum. forsitan
cum hunc uerecundabuntur. Quem
cum uidissent coloni. cogitauerunt
inter se dicentes. Hic est hæres. occida
mus eum. ut nostra fiat hereditas. Et eiecerunt
illum extra uineam. occiderunt. Quid
ergo faciet illis dominus uineæ. ueniet et
perdet colonos istos. et dabit uineam a
lijs. Quo audito dixerunt illi. Absit
fiat. Ille autem aspiciens eos ait. Quid est
hoc quod scriptum est. Lapidem quem
reprobauerunt ædificantes. hic factus
est in caput anguli. Omnis qui cecide
rit super illum lapidem. conquassabit
eum. Super quem autem cecidit comminuet il
lum. Et quærebant principes sacerdo
tum et scribæ mittere in illum manus
in illa hora. et timuerunt populum. Co
gnouerunt enim quod ad ipsos dixerit si
militudinem istam. Et obseruantes
miserunt insidiatores. qui se iustos si
mularent. ut caperent eum in sermo
ne. et traderent principatui et potestati præsidis.
Et interrogauerunt illum dicentes. Ma
gister scimus quia recte dicis et docs. et non
accipis personam. sed uiam dei in ueri
tate doces. Licet nobis tributum dare cæ
sari an non. Considerans autem dolum
illorum. dixit ad eos. Quid me tenta
tis. Ostendite mihi denarium. cuius
habet imaginem et inscriptionem. Respon
dentes dixerunt. Cæsaris. Et ait illis.
Reddite ergo quæ sunt cæsaris cæsari. et
quæ sunt dei deo. Et non potuerunt
uerbum eius reprehendere coram ple
be. Et mirati in responso eius tacuerunt.
Accesserunt autem quidam sadducæorum.
qui negant resurrectionem esse. et interro
gauerunt eum dicentes. Magister moy
ses scripsit nobis. si frater alicuius mo
rtuus fuerit habens uxorem. et hic sine li
beris fuerit. ut accipiat eam frater eius



uxorem. ⁊ suscitet semen frī suo. Sep
tem ergo frēs erant. Et primus acce
pit uxorem. ⁊ mortuus ē sine filijs. Et
sequens accepit illam: ⁊ipē mortuus
ē sine filijs. Et tertius accepit illam.
Similiter ⁊ omnes septem. ⁊ non reli
querunt semen. ⁊ mortui sunt. Nouis
sima omniū mortua ē ⁊ mulier. In re
surrectione ergo cuius erit uxor? Si
quidem vij habuerunt eam uxorem. Et
ait illis ihesus. Filij huius seculi nubūt
⁊ traduntur ad nuptias. Illi autē qui
digni habentur seculo illo et resurrectio
ne ex mortuis. nec nubunt nec ducunt
uxores. nec enim ultra mori nō possunt
Equales enim angelis sunt. ⁊ filij sunt
dei. cum sint filij resurrectionis. Quia
uero resurgunt mortui. ⁊ moyses osten
dit secus rubum. sicut dicit dominum
deū abraam ⁊ deum isaac ⁊ deū iacob.
Deus autē non ē mortuorum. sē mortuor.
Omnes enim uiuunt ei. Respondentes
autē quidam scribarum. dixerunt. Magi
bene dixisti. Et amplius non audebāt
eum quicq̄ interrogare. Dixit autē ad
illos. Quomodo dicunt xp̄m filium
dauid ee? Et ipe dauid dicit in libro
psalmorum. dixit dominus domino
meo sede a dextris meis. donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorū.
Dauid ergo dñm illum uocat. ⁊ quo
filius eius ē? Audiente autē omi pplo
dixit discipulis suis. Attendite a scrib
qui uolunt ambulare in stolis. ⁊ amāt
salutationes in foro. ⁊ primas cathedras
in synagogis. ⁊ primos recubitus in cō
uiuijs. Qui deuorant domos uiduarū.
simulantes longam oronem. hi accipient
damnationē maiorē.

XXI

Respiciens autē ihesus uidit
eos qui mittebant munera
sua in gazophilaciū diuitē.
Uidit autē ⁊ quandā uiduā
pauperculam mittentē ea minuta duo.
⁊ dixit. Uere dico uobis. quia hec uidua
pauper. plusq̄ omnes misit. Nam oēs
hi ex habundanti sibi miserunt in munera
dei. hec autē ex eo quod deest illi. omne
uictum suum quem habuit misit. Et q-
busdam dicentibus de templo quod la
pidibus bonis ⁊ donis ornatum ēet. dix.

hec que uidetis uenient dies in quibus
non relinquetur lapis super lapidem q
non destruatur. Interrogauerunt autē
illum dicentes. Preceptor quando hec
erunt. ⁊ quod signum. cum hec fieri inci
pient? Qui dixit. Uidete ne seducamini
Multi enim uenient in nomine meo.
dicentes. quia ego sum ⁊ tps appro
pinquabit. Nolite ergo ire post illos. Cum
Cum autē audieritis prelia ⁊ seditiones
nolite terreri. Oportet primū hec fieri.
sē nondum statim finis. Tunc dicebat
illis. Surget gens contra gentem ⁊ regnū
aduersus regnum. ⁊ terremotus magni
erunt per loca. ⁊ pestilentie ⁊ fames. ter
roresq̄ de celo. ⁊ tempestates ⁊ signa a
magna erunt. Sed ante hec omnia inia
cient uobis manus suas. ⁊ persequentur tra
dentes in synagogas ⁊ in custodias. tra
hentes ad reges ⁊ presides propter nomē
meum. Continget autē uobis in testi
monium. Ponite ergo in cordibus uris.
non premeditari quemadmodū respon
deatis. Ego enim dabo uobis os ⁊ sapiā
cui non poterunt resistere ⁊ contradicere
omnes aduersarii uri. Trademini autē
a parentibus ⁊ fratribus ⁊ cognatis ⁊ amicis.
⁊ morte afficient ex uobis. Et eritis o
dio omnibus hominibus propter nomen meū
Et capillus de capite uro non peribit.
In patientia ura possidebitis animas ue
stras. Cum autē uideritis circundari ab
exercitu ierlim. tunc scitote quia appro
pinquabit desolatio eius. Tunc qui in
Iudea sunt fugiant in montes. ⁊ qui in
medio eius discedant. ⁊ qui in regionibus
non intrent in eam. quia dies ultionis
hi sunt. ut impleantur omnia que scri
pta sunt. Ue autē pregnantibus ⁊ nutrientibus
in illis diebus. Erit enim pressura mag
na super terram. ⁊ ira populo huic. Et ca
dent in ore gladij. ⁊ captiui ducentur in
omnes gentes. Et ierlim calcabitur a gē
tibus. donec impleantur tpa nationū.
Et erunt signa in sole ⁊ luna et
stellis. ⁊ in terra pressura gentium. pre con
fusione sonitus maris ⁊ fluctuū arescē
tibus hominibus prematore ⁊ expectatione
que superuenient uniuerso orbi. Nam
uirtutes celorum mouebuntur. Et tūc
uidebunt filium hominis uenientē in

nube cum potãte magna ⁊ maiestate. ¶ his aũt fieri incipientibꝰ respicite ⁊ leuate capita uãa. quoniã appropinquat redemptio uã. Et dixit similitudinẽ. Videte ficulneam ⁊ omnes arbores. cũ producunt iam ex se fructum: scitis a quĩ prope ẽ estas. Ita ⁊ uos cum uideritis hec fieri: scitote quĩ prope ẽ regnus dei. Amen dico uobis. quia non præteribit generatio hec donec omnia fiant. Celum ⁊ terra transibunt: uerba aũt mea non transient. Attendite aũt uobis ne forte grauentur corda uã in crapula ⁊ ebrietate. ⁊ curis huius uite: ⁊ supueniat in uos repentina dies illa. Tanq̃ laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Vigilate itaq̃ omni tẽpore orantes. ut digne ⁊ eam uita omnia que futura sunt. ⁊ stare ante filium hominis. Erat autem diebꝰ docens eos in templo. noctibꝰ uo exiens morabatur in monte q uocatur oliuet. Et omnis populus mane ibat ad eum in templo audire eũ.

XXII

Appropinquabat aũt dies festus azimorum qui dicitur pasca. ⁊ querebant principes sacerdotum ⁊ scribe. quomodo eum interficerent. Timebant uero plebem. Intrauit aũt sathanas in iudam. qui cognominabatur scariothis. unum de xij. ⁊ abiit ⁊ locutus ẽ cum principibꝰ sacerdotum. ⁊ magistratibus. quẽadmodum traderet eis. Et gauisi sunt. ⁊ pacti sunt pecuniã illi dare. ⁊ spopondit. Et querebat opportunitatem ut traderet illum sine turbis. Venit aũt dies azimorum. in qua necesse erat occidi pasca. et misit petrum ⁊ iohannẽ dicens. Euntes parate nobis pasca ut manducemus. At illi dixerunt. Vbi uis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibꝰ uobis in ciuitatẽ. occurret uobis homo quidam amphoram aque portans: sequimini eum in domum in quam intrat. ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magr. Vbi ẽ diuersorium ubi pasca cum discipulis meis manducem? Et ipe uobis ostendet cenaculum magnum stratum. ⁊ ibi parate. Euntes aũt inuenerunt sicut dixit illis ihesus: ⁊ parauerunt pasca. Et cum

facta esset hora discubuit. ⁊ xij apli cum eo. ⁊ ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum. antq̃ patiar. Dico enim uobis. quia ex hoc non manducabo illud. donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit ⁊ dixit. Accipite ⁊ diuidite inter uos. Dico enim uobis: q̃ non bibam de generatione uitis donec regnum dei ueniat. Et accepto pane gratias egit ⁊ fregit. ⁊ dedit eis. dicẽs. Hoc ẽ corpus meum quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meã commemorationẽ. Similiter ⁊ calicem postq̃ cenauit dicens. Hic ẽ calix nouum testamentum in sanguine meo. q pro uobis fundetur. Verumtamen ecce manus tradentis mecum ẽ in mensa. Et quidem filius hominis. secm q̃ diffinitum ẽ uadit. Verumtamen hominum illi per quem tradetur. Et ipi ceperunt querere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta ẽ aũt ⁊ contentio inter eos. quis eorum uideretur esse maior. Dixit aũt eis. Reges gentium dominantur eorum. ⁊ qui potestatem habent super eos. benefici uocantur. Vos autem non sic. sed qui maior ẽ in uobis. fiat sicut minor. Et qui precessor ẽ. sicut ministrator. Nam quis maior ẽ qui recumbit. an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego aũt in medio uestrum sum: sicut qui ministrat. Vos aũt estis qui permansistis mecum in tentationibꝰ meis. Et ego dispono uobis: sicut disposuit mihi pater meus regnum. ut edatis ⁊ bibatis super mensam meam in regno meo. ¶ Et sedeatis super thronos iudicantes xij tribꝰ isrl. Ait aũt dominus symoni. Symon ecce sathanas expetiuit uos ¶ ut cribraret sicut triticum. Ego aũt rogaui pro te: ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine tecum paratus sum. ⁊ in carcerem ⁊ in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi petre. non cantabit hodie gallus. donec ter abneges nosse me. Et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo ⁊ pera ⁊ calciamentis. numquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt. ¶ nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui hꝰ sacculum. tollat similiter



ꝛ pcam. Et qui non hꝫ uendat tunicam suam. ꝛ emat gladium. Dico enim uobis. quin adhuc hoc quod scriptum ē. oportet implerī in me. Et cum iniquis reputatus ē. Etenim ea quę sunt de me finem hꝫnt. At illi dixerunt Domine ecce gladij duo hic. At ille dixit eis. Satis ē. Et egressus ibat ꝛ fm consuetudinem in montem oliuaꝝ. Secuti sunt aũt illum ꝛ discipuli ei⁹. Et cum peruenisset ad locum. dixit illis Orate ne intretis in tentationē. Et ipse auulsus ē ab eis quantũ iactus ē lapidis. ꝛ positis genibꝫ orabat. dicens Pater si uis transfer calicem istum a me. Verumtñ non mea uoluntas. sed tua fiat. Apparuit aũt illi angelus de celo confortans eum. ꝛ factus in agonia prolixius orabat. Et factus ē sudor ei⁹ sicut gutte sanguinis decurrentis in terrã. Et cum surrexisset ab oratione. ꝛ uenisset ad discipulos suos. inuenit eos dormientes pre tristitia: et ait illis. Quid dormitis? Surgite orate ne intretis in tentationem. Adhuc eo loquente ecce turba ꝛ qui uocabatur iudas unus de duodecim antecedebat eos. Et appropinquauit iesu: ut osculaꝛet eum. Jesus aũt dixit ei. Judꝛ osculo filium hominis tradis? Videntes aũt hi qui circa eum erant. quod futurum erat: dixerunt ei. Domine si percutimus hunc gladio. Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum: ꝛ amputauit auriculam ei⁹ dexteram. Respondens aũt iesus ait. Sinite usq; huc. Et cum tetigisset auriculam eius: sanauit eum. Dixit aũt iesus ad eos. qui uenerant ad se principes sacerdotum. ꝛ magistratus templi et seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs ꝛ fustibꝫ. Cum cotidie ꝛ uobiscum eram in templo. non extendistis manus in me. sed hec ē hora uestra ꝛ potestas tenebrarum. Comprehendentes aũt eum. duxerunt ad domũ principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur eum alongꝫ. Accenso aũt igne in medio atrio. ꝛ circumsedentibꝫ illis. erat petrus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quedam sedentem ad lumen. ꝛ cum fixisset in eum dixit. Et hic cum illo erat. At ille negauit eum dicens. Mulier non noui illum. Et post pusillum alius uidens eum dixit. Et tu de illis es. Petrus uero ait. O homo non sum. Et intermissa fere ꝛ quasi hora una. alius quidam affirmabat dicens. Vere ꝛ hic cum illo erat nam ꝛ galileus ē. Et ait petrus. O homo nescio quid dicis. Et statim adhuc illo loquente. cantauit gallus. Et conuersus dñs respexit petrum. Et recordatus est petrus uerbi dñi sicut dixerat. quia priusq; gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras flenit amare. Et uiri qui tenebant eum: illudebant ei cedentes. Et uelauerunt eum. ꝛ percutiebant faciem eius. ꝛ interrogauerunt eum dicentes. Prophetiza. Quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes: dicebant in eum. Et ut factus ē dies. congregatum ē seniorum plebis. ꝛ principes sacerdotum ꝛ scribe. ꝛ adduxerunt illum in concilium suum. dicentes. Si tu es xpus dic nobis. Et ait illis. Si uobis dixero non credetis michi. Si aũt ꝛ interrogauero. non respondebitis michi. neq; dimittetis. Ex hoc aũt erit filius hominis sedens a dextris uirtutis dei. Dixerunt aũt omes. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis: quia ego sum. Ad illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius.

XXIII

Et surgens omnis multitudo eorum: duxerunt illum ad pilatum. Ceperunt aũt accusare illum. dicentes Hunc inuenimus subuertentem gentem. ꝛ prohibentem tributa dare cesari. ꝛ dicentem se xpm regem esse. Pilatus aũt interrogauit eum dicens. Tu es rex iudeorum. At ille respondens ait. Tu dicis. Ait aũt pilatus ad principes ꝛ sacerdotum ꝛ turbas. Nichil inuenio causam in hoc homine. At illi inualescebant dicentes. Commouet populum docens per uniuersam iudeam. incipiens a galilea usq; huc. Pilatus aũt audiens galileam. interrogauit si homo galileus esset. Et ut cognouit

q̄ de heredis potiate cēt. remisit eus
ad herodem. qui ripē ueroſolumis ēt
illis diebꝫ. Herodes aut̄ uiſo ieſu ga
uiſus ē ualde. Erat enim ex multo tē
pore cupiens uidere eum. eo q̄ audie
rat multa de illo. ⁊ sperabat signum
aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat
aut̄ illum multis ſmombꝫ. At ipē mi
chil rndebat illi. Stabant aut̄ princi
pes sacerdotum ⁊ scribe constanter accu
santes eum. Spreuit aut̄ illum herō
des cum exercitu suo. ⁊ illusit indumē
to uestē alba. ⁊ remisit ad pilatum. Et
fēi sunt amici herodes ⁊ pilatus in ipa
die. Nam antea inimici erant ad inui
cem. Pilatus aut̄ conuocans principꝫ
sacerdotum. ⁊ magistratus ⁊ plebē dixit
ad illos. Obtulistis michi hunc homi
quasi auertentem populum. ⁊ ecce ego
coram uobis interrogans. nullam inue
nio in homine isto causam. ex his in
quibꝫ eum accusatis. Sed neq̄ herodes.
nam remisit illum ad nos. ⁊ ecce nichil
dignum morte actum ē ei. Emenda
tum ergo illum dimittam. Necesse
aut̄ habat dimittere eis per diem fe
stum unum. Exclamauit aut̄ simul
uniuersa turba. dicens. Tolle hunc ⁊
dimitte nobis barabam. Qui erat p
pter seditionē quandam factam in ciui
tate. ⁊ homicidium missus in carcere.
Iterum aut̄ pilatus locutus ē ad illos
uolens dimittere ieſum. At illi succla
mabant dicentes. Crucifige. crucifi
ge illum. Ille aut̄ tertio dixit ad illos
Quid enim mali fecit iste? Nullam ⁊
cām mortis inuenio in eo. Corripiā
ergo illum ⁊ dimittam. At illi instabāt
uocibꝫ magnis. postulantes ut crucifi
geretur. Et inualescebant uoces eo
rum. Et pilatus adiudicauit fieri pe
titionem eorum. Dimisit aut̄ illi eum
qui propter homicidium ⁊ seditionem
missus fuerat in carcerem. quem pe
tebant. ieſum uero tradidit uoluntati
eorum. Et cum ducerent eum. ap
prehenderunt symonem quendā cire
nensem. uenientē de uilla. ⁊ imposuē
runt illi crucem portare post ieſum. Sequē
batur aut̄ illum multa turba populi ⁊
mulierum. que plangebant ⁊ lamen
tabantur eum. Conuersus aut̄ ieſus ad
illas dixit. Filie ierlm. nolite fleri
super me. sed super uos ipas flete. ⁊ super
filios uros. Quoniam ecce uenient
dies. in quibꝫ dicent. Bte steriles ⁊
uentres que non genuerunt. ⁊ ubera
que non lactauerunt. Tunc incipiēt
dicere montibꝫ cadite super nos. ⁊ col
libꝫ operite nos. Quia si in uiridi ligno
hec faciunt. in arido quid fiet. Ducē
bantur aut̄ ⁊ alii duo nequā cum eo. ut
interficerentur. Et postq̄ uenerunt
in locum qui uocatur caluarie. ibi cru
cifixerunt eum. Et latrones unum
a dextris ⁊ alterum a sinistris. Ieſus
aut̄ dicebat. Pater dimitte illis qui
nesciunt quid faciunt. Diuidentes
uero uestimenta eius. miserunt sor
tes. Et stabat populus expectans. ⁊
deridebant illum principes cum eis
dicentes. Alios saluos fecit. seipm saluū
faciat. si hic ē xps dei electus. Illudē
bant aut̄ ei ⁊ milites accedentes. ⁊ ace
tum offerentes illi. ⁊ dicentes. Si tu
es rex iudeorum. saluum te fac. Erat
aut̄ ⁊ superscriptio scripta super illum
litteris grecis. latinis ⁊ hebraicis. hic
ē ieſus rex iudeorum. Unus aut̄ ex
his qui pendebat latronibꝫ blasphemā
bat eum dicens. Si tu es xpus. saluū
fac te metipm ⁊ nos. Rndens autē
alter. increpabat eum dicens. Neq̄
tu times deum. q̄ in eadem damnatiō
ne es. Et nos quidem iuste. Nam di
gna factis recipimus. hic uero nichil
mali gessit. Et dicebat ad ieſum. Do
mine mei mento mei cum uenies in re
gnum tuum. Et dixit illi ieſus. Amē
dico tibi. hodie mecum eris in paradi
so. Erat aut̄ fere hora sexta. ⁊ tenebre
facte sunt in uniuersam terram. usq̄
in horam nonam. Et obscuratus est
sol. ⁊ uelum templi scissum ē medium.
Et clamans uoce magna ieſus ait.
Pater in manus tuas commendo spm
meum. Et hec dicens. exspirauit. Vi
dens aut̄ centurio quod factum fuerat
glificauit deum. dicens. Vere hic hō
iustus erat. Et omnis turba eorum
qui simul aderant ad spectaculū istud
⁊ uidebant que fiebant. percutientes

pectoꝛa ſua. reuertebantur. Stabant
autē omnes noti eius a longe. turbeq
que ſecute erant eum a galilea hec ui
dentes. Et ecce uir nomine ioſeph q
erat decurio. uir bonus & iuſtus. hic
obſenſerat conſilio & actibo eoꝝ. ab a
rimathia ciuitate iudee: qui expecta
bat & ipe regnum dei. hic accessit ad
pilatum & petiit corpus ieſu. Et depo
ſitum inuoluit ſindone. & poſuit eum
in monumento excaſo. in quo nunquā
quiſq; poſitus fuerat. Et dies erat
paraſceue. & ſabbatum illuceſcebat. A
Subſecute aut mulieres que cum ipo
uenerant de galilea. uiderunt monu
mentum. & quēadmodum poſitum erat cor
pus eius. Et reuertentes parauerunt
aromata & unguenta. & ſabbato quidē
ſiluerunt ſm mandatum.

XXIIII

Una aut ſabbatoꝝ mane diluculo. uenerunt ad monu
mentum. portantes que parauerant aromata. & inuenerunt
reuolutum lapidem a monumento. & ingreſſe non inuenerunt corpus domini ieſu
Et factum è dum mente conſternarentur de illo. ecce duo uiri ſteterunt ſecus il
las in ueſte fulgenti. Cum timerent
aut. & declinarent uultum in terram. dixerunt ad illas. Quid quereritis uiuētem
cum mortuis. Non è hic. ſed ſurrexit. A
Recordamini qualiter locutus è uobiſ
cum adhuc in galilea cēt. dicens. Quia
oportet filium hominis tradi in manus
peccatoꝝ hominum & crucifigi. & die
tertia reſurgere. Et recordate ſunt uer
borum eius. Et regreſſe a monumento
nunciauerunt hec omnia illis xi. & ceteris
omnibus. Erat aut maria magdalene
& ioanna. & maria iacobi. & ceteree que
cum eis erant. que dicebant ad apoſtolos
hec. Et uiſa ſunt ante illos quaſi deliramenta uerba iſta. & non credebant illis.
Petrus aut ſurgens. cucurrit ad monumentum. Et procumbens uidit linteamina ſola poſita. & abiit ſecum mirans
quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant ipa die in castellum quod erat in
ſpatio ſtadioꝝ lx ab ieſu nomine emaus. Et ipi loquebantur ad inuicē.
de his omnibus que acciderant. Et factū
è dum fabularentur. & ſecum quererent
ipe ieſus appropinquans ibat cum illis.
Oculi aut eoꝝ tenebantur. ne eum
agnoſcerent. Et ait ad illos. Qui ſunt
hi ſermones quos confertis ad inuicem ambulantes. & eſtis triſtes. Et respondens unus
cui nomen erat cleophas. dixit ei. Tu
ſolus peregrinus es in ieruſalem. & non cognouiſti que facta ſunt in illa his diebus.
Quibus ille dixit. Que. Et dixerunt
ei. De ieſu nazareno. qui fuit uir propheta. potens in opere & ſermone coram
deo & omni populo. Et quomodo tra
dierunt eum ſummi ſacerdotes & principes nri in dampnationem mortis. et
crucifixerunt eum. Nos aut ſperabamus
q ipe eēt redempturus iſrl. Et nunc
ſuper hec omnia. tertia dies è hodie. ex
quo hec facta ſunt. Sed & mulieres quedā
ex nris terruerunt nos. que ante lucem
fuerunt ad monumentum. & non inuento
corpore eius. uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidiſſe. qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidā
ex nris ad monumentum. & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. ipm uero
non inuenerunt. Et ipe dixit ad eos.
O ſtulti & tardi corde ad credendum. in
omnibus que locuti ſunt prophete. Non
ne hec oportuit pati xpm. & ita intrare
in gloriam ſuam. Et incipiens a moyſe
& omnibus prophetis. interpretabatur illis
in omnibus ſcripturis que de ipo erant.
Et appropinquauerunt castello quo
ibant. & ipe ſe finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiſcum. quoniam adueſperaſcit. & inclinata è
iam dies. Et intrauit cum illis. Et
factum è dum recumberent cum illis. accepit panem & benedixit ac fregit. &
porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum. & cognouerunt illum. Et ipe euaniuit ex oculis eoꝝ. Et dixerunt
ad inuicem. Nonne cor nrm ardens erat
in nobis dum loqueretur in uia. & aperiret nobis ſcripturas. Et ſurgentes
eadem hora regreſſi ſunt in ieruſalem. Et
inuenerunt congregatos xi. & eos qui cum
ipis erant dicentes. Quia ſurrexit dominus. & apparuit ſimoni. Et ipi narrabant que geſta erant in uia. & quomo

cognouerunt eum in fractione panis.
Dum hec autē loquerentur: ihēs in me
dio eorum. & dixit eis. Pax uobis. ego
sum nolite timere. Conturbati uero
& territi. existimabant se spūm uidere.
Et dixit eis. Quid turbati estis. & cogi
tationes ascendunt in corda uestra. Vi
dete manus meas & pedes. quia ego ipe
sum. Palpate & uidete. quia spūs car
nē & ossa non hēt sicut me uidetis hēre. Et
cum hec dixisset: ostendit eis manus
& pedes. Adhuc autē illis non credentib⁹.
& mirantib⁹ pregaudio dixit. hēt
aliquid quod manducetur? At illi op
tulerunt ei partem piscis assi. & fauum
mellis. Et cum manducasset coram eis.
sumens reliquias dedit eis: & dixit ad
illos. Hec sunt uerba que locutus sum
ad uos. cum adhuc essem uobiscum. quo
niam necesse est impleri omnia. que scripta
sunt in lege moysi & prophetis & psalmis
de me. Tunc aperuit illis sensum: ut in
telligerent scripturas. Et dixit eis. Q
Quia sic scriptum est. & sic oportebat pas
pati. & resurgere a mortuis die tertia. &
predicari in nomine eius penitentiam.
& remissionem peccatorum in omnes gēs.
incipientib⁹ a ierusalem. Vos autē estis te
stes horum. Et ego mittam promissum
patris mei in uos. Vos autē sedete in ciuita
te. quo usq; induamini uirtute ex
alto. Eduxit autē eos foras in bethania.
& eleuatis manib⁹ suis benedixit eis. Q
Et factum est dum benediceret illis. recес
sit ab eis. & ferebatur in celum. Et ado
rantes regressi sunt in ierusalem cum gau
dio magno. Et erant semper in templo.
laudantes & benedicentes deum. Amē

Explicit euangelium scm lucam. Incipit prologus in iohannem.



Ecce iohannes euangelista. unus ex di scipulis dñi qui uirgo e lectus a do

é. quem de nuptijs uolentem nubere uocauit deus. Cui uirginitas in hoc dupler testimonium in euangelio datur. quod & precipue dilectus a dicitur. & huic matrem suam pendes in cruce cōmendauit deus. ut uirgo uirgo seruaret. Denique manifestans in euangelio quod erat ipe incorrupti bilis uerbi opus inchoans solum uer bum carnem fcm esse. nec lumen a tenebris. comprehensum fuisse testat primum signum ponens. quod in nup tijs fecit dominus ostendens q ipe erat. ut legentib⁹ demonstraret. q ibi dominus mutatus est. deficere nup tarum uinum debeat. ut uetere⁹ im mutans. nouа omnia que a xpo insti tuuntur: apparerent. Hoc autē euangeli um scripsit in asia. postq; in pathmos insula apocalipsin scripserat. ut cum i principio canonis incorruptibile pri cipium prenotaret. et etiam incorru ptibilis finis per uirginem in apocalip sin redderetur: dicente xpo. Ego sum alfa & o. Et hic est iohannes. qui sci ens superuenisse diem recessus sui. & conuocans discipulos suos in ephe so. per multa signorum experimenta pro mens xpm. descendens in defossum i sepulture sue locum. facta oratione po situs est ad patres suos. & tam exemplē a dolore mortis q; a corruptione carnis inuentus est alienus. tamen post omnes euangelium scripsit. & hoc uirgo dele batur. Quorum tamen uel scripturā rum temporis dispositio uel librorum ordinatio ideo per singula a nobis no exponitur: ut sciens desiderio collocā tio. & queremur fructus laboris. & deo magistro doctrina seruetur. Amen.

Explicit prologus. Incipit euangelium secundum iohannem.

In principio erat verbum. et verbum erat apud deum
et deus erat verbum. hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipm facta sunt. et sine ipo factum est nichil. Quod factum est in ipo vita erat. et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo. cui nomen erat iohannes. hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine. ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux. sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat verus qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat. et mundus per ipm factus est. et mundus eum non cognovit. In propria venit. et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum. dedit eis potestatem filios

runt ei. Testimonium ergo perhibe
bat turba quę erat cum illo. quando lazarum
uocauit de monumento. & suscitauit eum
a mortuis. Propterea obuiam uenit
ei turba. quia audierunt eum fecisse
hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad
semetipsos. Videte quia nichil pro
ficimus. Ecce mundus totus post eum
abiit. Erant autem quidam gentiles ex
eis. qui ascenderant ut adorarent in
die festo. Hii ergo accesserunt ad phi
lippum. qui erat a bethsaida galilee.
& rogabant eum dicentes. Domi

uolumus ihesum uidere. Venit philip
pus et dicit andree. Iterumque andreas et philip
pus dixerunt ihesu. Ihesus autem re
spondit eis dicens. Venit hora ut clarificetur
filius hominis. Amen amen dico uo
bis. nisi granum frumenti cadens in terram
mortuum fuerit. ipsum solum manet.
Si autem mortuum fuerit. multum fru
ctum affert. Qui amat animam suam
perdet eam. Et qui odit animam suam in
hoc mundo. in uitam eternam custo
dit eam. Si quis michi ministrat. me
sequatur. Et ubi sum ego illic et
minister meus erit. Si quis michi mi
nistrauerit honorificabit eum pater
meus. Nunc anima mea turbata
est. Et quid dicam. pater saluifica me
et hac hora. Sed propterea ueni in hanc
horam. pater clarifica nomen tuum.
Venit ergo uox de celo. dicens. Et cla
rificaui. iterum clarificabo. Turba
que stabat. & audierat. dicebat toni
truum factum ēt. Alii dicebant. Angelus
ei locutus ē. Respondit ihesus. & dixit.
Non propter me hec uox uenit. sed propter
uos. Nunc iudicium ē mundi. nunc
princeps huius mundi foras eicietur.
Et ego si exaltatus fuero a terra. omnia
traham ad meipsum. Hoc autem dicebat.
significans qua morte erat moriturus.
Respondit ei turba. Nos audiuimus
ex lege. quia xp̄us manet in eternum.
Et quomodo tu dicis. oportet filium hominis
exaltari? Quis ē iste filius hominis?
Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicum
lumen in uobis ē. Ambulate dum lucem
habetis. ut non tenebre uos comprehendant.
Et qui ambulat in tenebris. nescit
quo uadat. Dum lucem habetis credi
te in lucem. ut filii lucis sitis. Hec lo
cutus ē ihesus. & abiit & abscondit se
ab eis. Cum autem tanta signa fecisset
coram eis. non credebant in eum. ut
sermo ysaie prophete impleretur. quem
dixit. Domine quis credidit auditui
nostro. & brachium domini cui reue
latum ē. Propterea non poterant credere.
quia iterum dixit ysaias. Excecauit
oculos eorum. & obdurauit eorum cor. ut
non uideant oculis. & non intelligant
corde. & conuertantur. & sanem eos. Hec

dixit ysaias qñ uidit gliam eius. 7 lo
cutus è de eo. Uerumtñ ex principib⁹
multi crediderunt in eum. ſ⁹ propter
phariseos non confitebantur. ut de ſy
nagoga non eicerentur. Dilexerunt
enim magis gliam hominū. q⁹ gliā
dei. Jesus aut clamauit 7 dixit. Qui
credit in me non credit in me. ſ⁹ in eū
qui misit me. Et qui uidet me. uidet
eum qui me misit. Ego lux in mundū
uenī. ut omnis qui credit in me. in te
nebris non maneat. Et siquis audie
rit uerba mea. 7 non custodierit. ego
non iudico eum. Non enim ueni ut
iudicem mundum. ſ⁹ ut saluificem
mundum. Qui spernit me 7 non acci
pit uerba mea. habet qui iudicet eum.
Sermo quem locutus sum. ille iudica
bit eum in nouissimo die. Quia ego
ex meipō non sum locutus. ſ⁹ qui mi
sit me pater. Ipe michi mandati dedit
quid faciam 7 quid loquar. Et scio q̄
mandatum eius uita eterna è. Que
ergo ego loquor. sicut dixit michi pr
sic loquor.

XIIII

Ante diem aut festum pa
sce. sciens iesus quia uenit
eius hora. ut transeat ex
hoc mundo ad patrem. cum
dilexisſ⁹ suos qui erant in mundo. in
finem dilexit eos. Et cena facta. cū dia
bolus iam misisſ⁹ in cor ut traderet eū
iudas symonis scariothis. sciens quia
omnia dedit ei pater in manus. 7 quia
ex deo exiit. 7 ad deum uadit. surgit a
cena. 7 ponit uestimenta sua. Et cum ac
cepisſ⁹ linteum. precinxit se. Deinde
misit aquam in peluim. 7 cepit lauare
pedes discipulor. 7 extergere linteo q̄
erat precinctus. Uenit ergo ad symōē
petrum. 7 dixit ei petrus. Domine tu mi
lauas pedes? Respondit iesus 7 dixit ei.
Quod ego facio tu nescis modo. scies
aut postea. Dicit ei petrus. Non lauabis
michi pedes in eternum. Respondit ei ihs.
Si non lauero te. non habebis partem
mecum. Dicit ei symon petrus. Dñe
non tantum pedes meos. ſ⁹ 7 manus 7
caput. Dicit ei iesus. Qui lotus è. nō
indiget nisi ut pedes lauet. ſ⁹ è mundus
totus. Et uos mundi estis. ſ⁹ nō omes.

Sciebat enim quis nam esset qui tradē
ret eum. propterea dixit non estis mundi oēs
postea ergo lauit pedes eorum. 7 accepit
uestimenta sua. cum recubuisſ⁹ iterum
dixit eis. Scitis quid fecerim uobis?
Uos uocatis me magr 7 dñe. 7 bñ dicitis.
Sum etenim. Si ergo ego laui pedes uros
dominus 7 magr. 7 uos debetis alter al
terius lauare pedes. Exemplum enim
dedi uobis. ut quemadmodū ego feci
uobis. ita 7 uos faciatis. Amen amen
dico uobis. non è seruus maior dño
suo. neq⁹ apls maior eo qui misit il
lum. Si hec scitis. bti eritis si feceritis
ea. Non de omnib⁹ uobis dico. Ego scio
quos elegerim. ſ⁹ ut impleatur scptā.
Qui manducat panem meū. leuabit
sup me calcaneum suum. Amodo dico
uobis priusq̄ fiat. ut cum factum fuerit
credatis quia ego sum. Amen amen
dico uobis. qui accipit siquem misero.
me accipit. Qui aut accipit me. acci
pit eum qui me misit. Cum hec dixisſ⁹
ihs turbatus è spū. 7 protestatus è
7 dixit. Amen amē dico uobis. quia
unus ex uobis tradet me. Aspiciebāt
ergo ad inuicem discipuli. hesitantes
de quo diceret. Erat ergo recumbens
unus ex discipulis eius in sinu iesu. 7
quem diligebat iesus. Innuit ergo hu
ic symon petrus 7 dixit ei. Quis è de
quo dicit. Cumq⁹ cecubuisſ⁹ ille sic
supra pectus iesu. dicit ei. Domine q⁹
è. Respondit iesus. Ille è cui intinctum pa
nem porrexero. Et cum intinxisſet
panem. dedit iude symonis scariothis.
Et post buccellam. tunc introiuit in illū
satbanas. Et dicit ei iesus. Quod fa
cis fac citius. Hec aut nemo scuit de
discumbentium. ad quid dixerit ei. Quī
dam enim putabant quia loculos ha
bebat iudas. q⁹ dixisſ⁹ ei iesus. eme ea
que opus sunt nobis ad diem festum.
aut egenis aliquid daret. Cum ergo
accepisſ⁹ ille buccellam. exiuit protinꝰ.
Erat aut nox. Cum ergo exisſ⁹ dicit
iesus. Nunc clarificatus è filius hois
7 deus clarificatus è in eo. Si deus cla
rificatus è in eo. 7 deus clarificabit eū
in semetipo. 7 continuo clarificabit eum.
Filioli. adhuc modicum uobiscum sū.



IOHA NEM

Quemus me. ꝛ sicut dixi uobis. quo ego uado uos non potis uenire. Et uobis dico modo. Mandatum nouum do uobis. ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. ut ꝛ uos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis. si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei symon petrus. Domine quo uadis? Respondit iesus. Quo ego uado non potes me modo sequi. sequeris autem postea. Dicit ei petrus. Quare non possum te sequi modo. Animam meam pro te ponam. Respondit iesus. Animam tuam pro me pones. Amen amen dico tibi non cantabit gallus: donec ter me negabis.

XIIII

Non turbetur cor uestrum. Creditis in deum. ꝛ in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem uobis. quia uado parare uobis locum. ꝛ si abiero ꝛ preparauero uobis locum. iterum ueniam ꝛ accipiam uos ad meipsum. ut ubi sum ego ꝛ uos sitis. Et quo ego uado scitis ꝛ uiam scitis. Dicit ei thomas. Domine nescimus quo uadis. Et quomodo possumus uiam scire? Dicit ei iesus. Ego sum uia ueritas ꝛ uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me. ꝛ patrem meum utique cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum ꝛ uidistis eum. Dicit ei philippus. Domine ostende nobis patrem ꝛ sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tanto tempore uobiscum sum. ꝛ non cognouistis me? Philippe qui uidet me. uidet ꝛ patrem. Quomodo tu dicis ostende nobis patrem? Verba que ego loquor uobis. a meipso non loquor. Pater autem in me manens. ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre ꝛ pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico uobis. qui credit in me. opera que ego facio ipse faciet. ꝛ maiora horum faciet. quia ego ad patrem uado. Et quodcumque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam. ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo. hoc faciam. ꝛ Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem ꝛ alium paraclitum dabit uobis. ut maneat uobiscum me

æternum spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere. quia non uidet eum nec scit eum: Uos autem cognoscetis eum quia apud uos manebit. ꝛ in uobis erit. Non relinquam uos orphanos: ueniam ad uos. Adhuc modicum. ꝛ mundus me iam non uidet. Uos autem uidebitis me: quia ego uiuo ꝛ uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis. quia ego in patre meo. ꝛ uos in me. ꝛ ego in uobis. Qui habet mandata mea ꝛ seruat ea. ille est qui diligit me. Qui autem diligit me. diligetur a patre meo. ꝛ ego diligam eum. ꝛ manifestabo ei meipsum. Dicit ei iudas non ille scariothis. Domine quid factum est. quia nobis manifestaturus es teipsum ꝛ non mundo? Respondit iesus ꝛ dixit ei. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. ꝛ pater meus diligit eum. ꝛ ad eum ueniemus ꝛ mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum uobis apud uos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: ille uos docebit omnia ꝛ suggeret uobis omnia quecumque dixero uobis. Pacem relinquo uobis. pacem meam do uobis. non quomodo mundus dat: ego do uobis. Non turbetur cor uestrum: neque formidet. Audistis quia ego dixi uobis. Uado ꝛ uenio ad uos. Si diligeretis me gauderetis utique quia uado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar uobiscum. Uenit enim princeps mundi huius. ꝛ in me non habet quicquam: sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem. ꝛ sicut mandatum dedit michi pater: sic facio: surgite eamus hinc.

XV

Ego sum uitis uera. ꝛ pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum. tollet eum. ꝛ omnem qui fert fructum purgabit eum ut fructum plus afferat. Jam uos mundi estis. propter sermonem quem locutus sum uobis. Manete in me. ꝛ ego in uobis. Sicut palmes non potest facere fructum



a semetipo nisi manserit in uite. sic nec uos nisi in me manseritis. Ego sum ui tis. uos palmites. Qui manet in me & ego in eo. hic fert fructum multum. quia sine me nichil potis facere. Si quis in me non manserit. mittetur foras sicut palmes. & aruerit. & colliget eum & in ignem mittent & ardet. Si mi seritis in me. & uerba mea in uobis ma serint: quodcumq; uolueritis petetis & fiet uobis. In hoc clarificatus é pat meus. ut fructum plurimu afferatis & efficiamini discipuli. Sicut dilexit me pr. & ego dilexi uos. Manete in di lectione mea. Si precepta mea seruau ritis manebitis in dilectõe mea. sicut & ego precepta pris mei seruaui. & ma neo in eius dilectone. Hec locutus sũ uob ut gaudium meum in uobis sit. & gau dium uestrum impleatis. Hoc é preceptu meum ut diligatis inuicem. sicut di lexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo hẽt: ut animã suam ponat qui pro amicis suis. Uos amici mei estis si feceritis que ego precipio uobis. Iam non dicam uos seruos. quia seruus ne scit quid faciat dñs eius. Uos aũt dixi amicos: quia omnia quecũq; audiui a pre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis. sed ego elegi uos. & posui u uos ut eatis & fructum afferatis. & fruc tus uester maneat. ut quodcũq; petieritis patrem in nomine meo. det uobis. Hec mando uobis ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit. scitote quia priorem me odio habuit. Si de mundo fuissetis. mundus quod suum erat diligeret. Quia uero de mundo non estis. sed ego elegi uos de mundo. propterea odit uos mundus. Memento sermonis mei quem ego dixi uobis. non est seruus ma ior domino suo. Si me persecuti sunt. & uos persequentur. Si sermonem meũ seruauerunt. & uestrum seruabunt. Sed hec omnia facient uobis propter nomen meum. quia nesciunt eum qui misit me. Si non uenissem & locutus nõ fuissem eis peccatum non haberent. Nunc aũt excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit. & patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo a

alius fecit. peccatum non haberent. Nunc aũt & uiderunt & odierunt & me & patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus é. quia odio habue runt me gratis. Cum aũt uenerit paracli tus quem ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit. ille testimo nium perhibebit de me. Et uos testimo nium perhibebitis. quia ab initio mecum estis.

XVI

Hec locutus sum uobis. ut non scandalisemini. Absque synagogis facient uos. Sed uenit hora ut omnis qui interfecerit uos. arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient uobis. quia non nouerunt patrem neque me. Sed hec locutus sum uobis. ut cum uenerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi uobis. Hec aũt uobis ab initio non dixi. quia uobiscum eram. Sed nunc uado ad eum qui me misit & nemo ex uobis interrogat me quo uadis. Sed quia hec locutus sum uobis. tristitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis. expedit uobis ut ego uadam. Si enim non abiero paraclitus non ueniet ad uos. Si aũt abiero. mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille arguet mundum de peccato. & de iustitia & de iudicio. De peccato quidem quia non crediderunt in me. De iustitia uero quia ad patrem uado. & iam non uidebitis me. De iudicio aũt. quia princeps mundi huius iam iudicatus é. Adhuc multa habeo uobis dicere. sed non potestis portare modo. Cum aũt uenerit ille spiritus ue ritatis. docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur a semetipso. sed quecumq; audiet loquetur. & que uentura sunt annuntiabit uobis. Ille me clarificabit. quia de meo accipiet. & annuntiabit uobis. Omnia quecumq; habet pater mea sunt. propterea dixi. quia de meo accipiet & annuntiabit uobis. Modicum & non uidebitis me. quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid é hoc quod dicit nobis: modicum & non uidebitis me. & iterum modicum & uidebitis me. & quia uado ad patrem? Dicebant ergo. Quid é hoc q̃ dicit modicum? Nescimus quid lo

quitur. Cognouerunt aũ ihesus. quia uo
lebant eum interrogare: dixit eis. De
hoc quæritis inter uos quia dixi. modicũ
et non uidebitis me. et iterum modicũ
et uidebitis me. Amen amen dico uo
bis. quia plorabitis et flebitis uos. mũ
dus aũt gaudebit. Vos aũt contristabi
mini. sed tristitia uestra uertetur in gaudi
um. Mulier cum parit tristitiam hꝫ.
quia uenit hora eius. Cum aũt peperit
puerum. iam non meminit pressure
propter gaudium. quia natus ẽ homo i
mundum. Et uos igitur. nunc quidẽ
tristitiam hꝫtis. Iterum aũt uidebo uos
et gaudebit cor uestrum. et gaudium uestrũ
nemo tollet a uobis. Et in illo die
me non rogabitis quicqꝫ. Amen amẽ
dico uobis. si quid petieritis patrem in
nomine meo. dabit uobis. Vsqꝫ modo
non petistis quicqꝫ in nomine meo.
Petite et accipietis. ut gaudium uestrũ
sit plenum. Hæc in prouerbiis locutus
sum uobis. Venit hora cum iam non
in prouerbiis loquar uobis. sed palam
de patre meo annuntiabo uobis. In di
e illo in nomine meo petetis. Et nõ dico
uobis. quia ego rogabo patrem de uob.
ipse enim pater amat uos. quia uos me a
mastis. et credidistis quia ego exiui.
Exiui a patre et ueni in mundum: iterũ
relinquo mundum et uado ad patrem. Di
cunt ei discipuli eius. Ecce nunc palã
loqueris. et prouerbium nullum dicis.
Nunc scimus quia scis omnia. et nõ es
opus tibi ut quis te interroget. In hoc cre
dimus quia a deo existi. Respondit eis ihs.
Modo creditis. Ecce uenit hora. et iam
uenit ut dispergamini unusquisq; in
propria. et me solum relinquatis. Et non
sum solus. quia pater mecum est.

XVIII

Hæc locutus
sum uobis. ut in me pacem
habeatis. In mundo pressuram
habebitis. sed confidite ego uici
mundum. Hæc locutus ẽ ihesus. et subleuatis
oculis in celum. dixit. Pater ue
nit hora. clarifica filium tuum. ut filius
tuus clarificet te. Sicut dedisti ei po
testatem omnis carnis. ut omne quod
dedisti ei det eis uitam eternam. Hæc ẽ
aũt uita eterna. ut cognoscant te so
lum uerum deum. et quem misisti ihesum
christum. Ego te clarificaui super terram.
opus consummaui quod dedisti mihi ut
faciam. Et nunc clarifica me tu pater
apud temetipsum. claritate quam habui
priusq; mundus fieret apud te. Manifestaui
nomen tuum hominibus.
quod dedisti mihi de mundo. Tui e
rant. et mihi eos dedisti. et sermonẽ tuũ
seruauerunt. Et nunc cognouerunt quia
omnia quæ dedisti mihi abste sunt.
quia uerba quæ dedisti mihi. dedi eis.
Et ipsi acceperunt et cognouerunt uere
quia a te exiui. et crediderunt quia tu
me misisti. Ego pro eis rogo. non pro
mundo rogo. sed pro his quos dedisti mihi
quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt.
et tua mea sunt. et clarificatus sum in eis.
Et iam non sum in mundo. et hi in mũ
do sunt. et ego ad te uenio. Pater sancte ser
ua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. et
ut sint unum sicut et nos. Cum eẽm
cum eis ego seruabam eos in nomine tuo.
Quos dedisti mihi custodiui. et nemo
ex eis periit. nisi filius perditionis. ut
scriptura impleatur. Nunc ad te uenio.
et hæc loquor in mundo. ut habeant gaudi
um meum impletum in semetipsis. Ego
dedi eis sermonem tuum. et mundus eos
odio habuit. quia non sunt de mundo. sicut
et ego non sum de mundo. Non rogo ut
tollas eos de mundo. sed ut serues eos a ma
lo. De mundo non sunt. sicut et ego non
sum de mundo. Sanctifica eos in ueritate.
Sermo tuus ueritas ẽ. Sicut tu me
misisti in mundum. et ego misi eos in
mundum. Et ego pro eis sanctifico me
ipsum. ut sint et ipsi sanctificati in ueritate.
Non pro his autem rogo tantum. sed et pro
eis qui credituri sunt per uerbum eorũ
in me. ut omnes unum sint. sicut tu pa
ter in me et ego in te. ut et ipsi in nobis unum
sint. ut mundus credat quia tu me
misisti. Et ego claritatem quam tu de
disti mihi. dedi eis. ut sint unum. sic
et nos unum sumus. Ego in eis et tu in
me. ut sint consummati in unum. et cogno
scat mundus quia tu me misisti. et di
lexisti eos sicut et me dilexisti. Pater et
quos dedisti mihi. uolo ut ubi sum
ego. et illi sint mecum. ut uideant cla

S DVM

rtatem quam dedisti michi. quia dile
xisti me ante constitutionem mundi. Pa
ter iuste mundus te non cognouit. Ego
autē te cognoui. et hi cognouerunt quia
tu me misisti. Et notum feci eis nomen
tuum. et notum faciam. ut dilectio q̄
dilexisti me. in ipsis sit. et ego in ipsis.

XVIII

Et cum dixisset
iesus. egressus est cum di
scipulis suis trans torrentē
cedron. ubi erat hortus in
quem introiuit ipe et discipuli eius. S
Sciebat autē et iudas qui tradebat eum
locum. quia frequenter iesus conuenerat
illuc. cum discipulis suis. Judas ergo
cum accepisset cohortem. et a pontifi
bus et pharisæis ministros. uenit illuc
cum lanternis et facibus et armis. Jesus
itaq; sciens omnia. que uentura erant
super eum: processit et dixit ad eos. Q
Quem queritis? Responderunt ei. Jesum
nazarenum. Dicit eis iesus. Ego sum.
Stabat autē et iudas qui tradebat eum
cum ipsis. Vt ergo dixit eis ego sum.
abierunt retrorsum. et ceciderunt in ter
ram. Iterum ergo interrogauit eos. Quem
queritis? Illi autē dixerunt. Jesum na
zarenum. Respondit iesus. Dixi uobis
quia ego sum. Si ergo me queritis si
nite hos abire. ut impleretur sermo quē
dixit. quia quos dedisti michi non perdi
di ex eis quemq;. Simon ergo petrus
habens gladium eduxit eum. et percussit
pontificis seruum. et abscidit auriculam
eius dexteram. Erat autē seruo nomen
malchus. Dixit ergo iesus petro. Mit
te gladium tuum in uaginam. Calicē
quem dedit michi pater non uis ut bibā
illum? Cohors ergo et tribunus et mini
stri iudeorum. apprehenderunt iesum et liga
uerunt eum. et adduxerunt eum ad an
nam primum. Erat autē socer caiphe.
qui erat pontifex anni illius. Erat au
tem caiphas qui consilium dederat iudeis. q̄
expedit unum hominē mori pro populo.
Sequebatur autē iesum simon petrus.
et alius discipulus. Discipulus autem
ille erat notus pontifici. et introiuit cū
iesu in atrium pontificis. Petrus autē
stabat ad ostium foris. Exiuit ergo di
scipulus alius qui erat notus pontifi
ci. et dixit hostiarie. et introduxit petrus
Dixit ergo petro ancilla ostiaria. Nun
quid et tu ex discipulis es hominis hui.
Dicit ille. Non sum. Stabant autē ser
ui et ministri ad primas. quia frigus erat. et
calefaciebant se. Stabat autē cum eis et pe
trus stans. et calefaciens se. Pontifex ergo
interrogauit iesum de discipulis suis. et
de doctrina eius. Respondit ei iesus. Ego
palam locutus sum mundo. Ego semper
docui in synagoga. et in templo quo oēs
undi conueniunt. et in occulto locutus sum
nichil. Quid me interrogas? Interroga eos
qui audierunt. quid locutus sim ipis.
Ecce hi sciunt. que dixerim ego. Hec au
tem cum dixisset. unus assistens ministro
dedit alapam iesu dicens. Sic respon
des pontifici? Respondit ei iesus. Si male locutus
sum. testimonium perhibe de malo. Si
autē bene quid me cedis? Et misit eum
annas ligatum. ad caypham pontificem.
Erat autē petrus stans et calefaciens se.
Dixerunt ergo ei. Nunquid et tu ex di
scipulis eius es? Negauit ille et dixit. Non
sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis.
cognatus eius. cuius abscidit petrus a
uriculam. Nonne ego uidi te in orto
cum illo? Iterum ergo negauit petrus
Et statim gallus cantauit. Adducunt
ergo iesum ad caypham in prætorium.
Erat autē mane. Et ipi non introierunt
in prætorium. ut non contaminarentur. sed
manducarent pascha. Exiuit ergo pi
latus ad eos foras. et dixit. Quam ac
cusationem affertis aduersus hominē
hunc? Respondērunt et dixerunt ei. Si non
esset hic malefactor. non tibi tradidissemus
eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite
eum uos. et secundum legem uestram iudicate e
um. Dixerunt ergo iudei. Nobis non
licet interficere quemq;. Ut sermo iesu im
pleretur quem dixit significans qua
morte esset moriturus. Introiuit ergo i
terum in prætorium pilatus. et uocauit
iesum et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Re
spondit iesus. A semetipso hoc dicis. an alii
tibi dixerunt de me. Respondit pilatus. Q
Nunquid ego iudeus sum? Gens tua
et pontifices tradiderunt te michi. Quid
fecisti? Respondit iesus. Regnum meum
non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo

IOHANE

cēt regnum meum: minister mei utiq; decertarent. ut non traderer iudeis. Nē aut regnum meum non ē hinc. Dicit utiq; ei pilatus. Ergo rex es tu? Respō ihesus. Tu dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum. & ad hoc veni in mundum. ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui ē veritate. audit meā uocem meam. Dicit ei pilatus. Quid ē veritas? Et cum hoc dixisset. iterum exiuit ad iudeos: & dicit eis. Ego nullā inuenio in eo cām. Est aut consuetudo uobis. ut unum dimittā uobis in pascha. Vultis ergo dimittam uobis regem iudeorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc: sed barabam. Erat aut barabas latro.

XVIIII

TUnc ergo apprehendit pilatus ihesum. & flagellauit. Et milites plectentes coronā de spinis. imposuerunt capiti eius. & ueste purpurea circumdederunt eū. & uenichant ad eum & dicebāt. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiit iterum pilatus foras. & dicit eis. Ecce adduco uobis eum foras. ut cognoscatis quia in eo nullam cām inuenio. Exiit ergo ihesus portans spineā coronā & purpureum uestimentum. Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri: clamabant dicentes. Crucifige. crucifige eum. Dicit eis pilatus. Accipite eum uos & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt iudei. Nos legem habemus. & secundum legem debet mori. quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset pilatus hunc sermonem: magis timuit. Et ingressus ē in prætorium iterum: & dicit ad ihesum. Unde es tu? Ihesus aut responsum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te: & potestatem habeo dimittere te. Respondit ihesus. Non haberes potestatem adversum me ullam: nisi tibi esset datum desuper. Propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Et inde quærebat pilatus dimittere eum. Iudei aut clamabant dicentes. Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem facit. contradicit cesari. Pilatus ergo cum audisset hos sermones. adduc foras ihesum. & sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotos. hebraice aut gabbatha. Erat aut parasceue pasche. hora quasi sexta. & dicit iudeis. Ecce rex uester. Illi aut clamabant. Tolle tolle: crucifige eum. Dicit eis pilatus. Regem uestrum crucifigam? Responderunt pontifices. Non habemus regem: nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum: ut crucifigerent. Susceperunt aut ihesum: & adduxerunt. Et bajulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur caluarie locum. hebraice aut golgotha. ubi crucifixerunt eum. Et cum eo alios duos. hinc & hinc. medium aut ihesum. Scripsit aut & titulum pilatus. Ihesus nazarenus rex iudeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum. quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus est ihesus. Et erat scriptum hebraice græce & latine. Dicebant ergo pilato pontifices iudeorum. Noli scribere rex iudeorum sed quia ipse dixit rex sum iudeorum. Respondit pilatus. Quod scripsi. scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum. acceperunt uestimenta eius & fecerunt quatuor partes. unicuique militi partem. & tunicam. Erat aut tunica inconsutilis. desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem. Non scindamus eam. sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti sunt uestimenta mea sibi: & in uestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant aut iuxta crucem ihesu mater eius. & soror matris eius maria cleophe. & maria magdalene. Cum uidisset ergo ihesus matrem. & discipulum stantem quem diligebat. dicit matri sue. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora. accepit eam discipulus in suam. Postea sciens ihesus. quia iam omnia consummata sunt. ut consummaretur scriptura dicit. Sitio. Vas aut positum erat aceto plenum. Illi aut spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset ihesus acetum. dixit. Consummatum ē. Et inclinato capite. tradidit spiritum. Iudei ergo qm





paraſceue erat. ut non remanerent in cruce corpora ſabbo. erat enim magnus dies ille ſabbi. rogauerunt pilatum ut frangerentur eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo milites. & primum quidem fregerunt crura. alterius qui crucifixus é cum eo. At ieſum autem cum uenissent. ut uiderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura. ſed unus militum lancea latus eius aperuit. & continuo exiuit sanguis & aqua. Et qui uidit teſtimonium perhibuit & uerum é teſtimonium eius. Et ille ſcit quia uera dicit. ut & uos credatis. Facta ſunt enim hec ut ſcriptura impleret. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Poſt hec autem rogauit pilatum ioſeph ab arimathia. eo quod eſſet diſcipulus ieſu. occultus autem propter metum iudeorum. ut tolleret corpus ieſu. Et permiſit pilatus. Venit ergo & tulit corpus ieſu. Venit autem & nichodemus. qui uenerat ad ieſum nocte primum. ferens mixturam myrre & aloes quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus ieſu. & ligauerunt eum linteis cum aromatibus. ſicut mos é iudeis ſepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus é ortus. & in horto monumentum nouum. in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſcenen iudeorum. quia iuxta monumentum erat poſuerunt ieſum.

In una autem ſabbati. maria magdalene uenit mane cum adhuc tenebre eſſent ad monumentum. & uidit lapidem ſublatum a monumento. Cucurrit ergo & uenit ad ſymonem petrum & ad alium diſcipulum quem diligebat ieſus. & dicit eis. Tulerunt dominum de monumento. & nescimus ubi poſuerunt eum. Exiit ergo petrus & alius diſcipulus. & uenerunt ad monumentum. Current autem duo ſimul & illa alius diſcipulus precucurrit citius petro. & uenit prius ad monumentum. Et cum ſe inclinaſſet uidet linteamina poſita. non tamen introiuit. Venit & ſymon petrus ſequens eum. & intrauit

in monumentum. & uidit linteamina poſita & ſudarium. quod fuerat ſuper caput eius. non cum linteaminibus poſitum. ſed ſeparatim inuolutum in unum locum. Tunc ergo intrauit & ille diſcipulus qui uenerat primus ad monumentum. & uidit & credidit. Nondum enim ſciebant ſcripturam. quia oportebat eum a mortuis reſurgere. Abierunt ergo diſcipuli iterum ad ſemetipſos. Maria aut ſtabat ad monumentum foris. plorans. Dum ergo fleret inclinauit ſe. & proſpexit in monumentum. & uidit duos angelos in albis ſedentes. unum ad caput & unum ad pedes. ubi poſitum fuerat corpus ieſu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras. Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum. & neſcio ubi poſuerunt eum. Hec cum dixiſſet conuerſa é retrorſum. & uidet ieſum ſtantem & non ſciebat quia ieſus é. Dicit ei ieſus. Mulier quid ploras. Quem queris. Illa existimans quia ortolanus eſſet dicit ei. Domine ſi tu ſuſtuliſti eum. dic mihi ubi poſuiſti eum. & ego eum tollam. Dicit ei ieſus. Maria. Conuerſa illa dicit ei. Rabboni. quod dicitur magiſter. Dicit ei ieſus. Noli me tangere. nondum enim aſcendi ad patrem meum. Vade aut ad fratres meos. & dic eis. Aſcendo ad patrem meum & patrem uestrum. deum meum & deum uestrum. Venit maria magdalene annuncians diſcipulis. quia uidi dominum. & hec dixit mihi. Cum ergo ſero eſſet die illo una ſabbatorum & fores eſſent clauſe. ubi erant diſcipuli congregati propter metum iudeorum. uenit ieſus & ſtetit in medio. & dixit eis. Pax uobis. Cum hec dixiſſet. oſtendit eis manus & latus. Gauiſi ſunt diſcipuli uiſo domino. Dixit ergo eis iterum. Pax uobis. Sicut miſit me pater. & ego mitto uos. Hec cum dixiſſet inſufflauit & dixit eis. Accipite ſpiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis. Et quorum tenueritis. tenta ſunt. Thomas autem unus ex xii. qui dicitur didymus non erat cum eis qui uenit ieſus. Dicebant ergo ei alii diſcipuli. Vidimus dominum. Ille aut dixit eis. Niſi uidero in manibus eius fixuram cla

uorum. ⁊ mittam digitum meū in locū clauorum. ⁊ mittam manū meam in latus eius. non credam. Et post dies octo. rursum erant discipuli eius intus ⁊ thomas cum eis. Venit ihesus ianuis clausis. ⁊ stetit in medio. ⁊ dixit. Pax uobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc ⁊ uide manus meas ⁊ affer manum tuam ⁊ mitte in latus meum. ⁊ noli esse incredulus. sed fidelis. Respondit thomas. ⁊ dixit ei. Dns meus. ⁊ deus meus. Dicit ei ihesus. Quia uidisti me thoma credidisti. bti qui non uiderunt ⁊ crediderunt. Multa quidē alia signa fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum. que non sunt scripta in libro hoc. Hec autē scripta sunt ut credatis. quia ihesus ipse est filius dei. ⁊ ut credentes uitam habeatis in nomine eius.

XXI

Postea manifestauit se iterum ihesus ad mare tyberiadis. manifestauit autē sic. Erant simul simon petrus. ⁊ thomas qui dicitur didymus ⁊ nathanael qui erat a chana galilee ⁊ filij zebedei. ⁊ alij ex discipulis eius duo. Dicit eis simon petrus. Vado piscari. Dicunt ei. Venimus ⁊ nos tecū. Et exierunt ⁊ ascenderunt in nauem ⁊ illa nocte nichil prehenderunt. Mane autē iam facto stetit ihesus in littore. non tū cognouerunt discipuli. quia ihesus est. Dicit ergo eis ihesus. Pueri. numquid pulmentum habetis. Respondit ei. Non. Dicit eis. Mittite in dexteram nauigij partē. ⁊ inuenietis. Miserunt ergo. ⁊ iam non ualebant illum trahere pre multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ihesus petro. Dominus est. Simon petrus cū audisset. quia dominus est. tunicā succinxit se. erat enim nudus. ⁊ misit se in mare. Alij autē discipuli nauigio uenerūt. non enim longe erant a terra. sed quasi cubitis ducentis. trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram. uident prunas positas. ⁊ piscem superpositum. ⁊ panem. Dicit eis ihesus. Afferte de piscibus quos prehendistis nunc. Ascendit simon petrus. ⁊ traxit rete in terram plenum magnis piscibus. cl. et trium

tium cum tanti non esset sustinuit rete. Dicit eis. Venite prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum. tu quis es. scientes quia dominus est. Et uenit ihesus ⁊ accepit panem. ⁊ dabat eis. ⁊ piscem similiter. Hec iam tertio manifestata est ihesus discipulis suis. cum resurrexisset a mortuis. Cum ergo prandissent dicit symoni petro ihesus. Symon iohannis diligis me plus his? Dicit ei. Etiam dne. tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Symon iohannis diligis me? Ait illi. Etiam dne. tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon iohannis amas me? Contristatus est petrus. quia dixit ei tertio amas me. ⁊ dixit ei. Domine tu omnia nosti. tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi. cum esses iunior cingebas te. et ambulabas ubi uolebas. Cum autē senueris. extendes manus tuas. et alius te cinget. ⁊ ducet quo tu non uis. Hoc autē dixit. significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cum hec dixisset. dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus uidit illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem. qui et recubuit in cena super pectus eius. ⁊ dixit dne. quis est qui te tradit. Hunc ergo cum uidisset petrus. dicit ihesu. Domine hic autē quid. Dicit ei ihesus. Sic eum uolo manere donec ueniam. Quid ad te. Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fres. q discipulus ille non moritur. non dixit ei ihesus non moritur. sed sic eum uolo manere donec ueniam. quid ad te. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his. ⁊ scripsit hec. Et scimus quia uerum est testimonium eius. Sunt autē alia multa que fecit ihesus. que si scribantur per singula. nec ipm arbitror mundū capere posse. eos qui scribendi sunt libros. Explicit euangelium secundū iohannem. Incipit prologus sancti hieronimi presbi in epistolas sci pauli.

Rimum
quenim
quime po
euangelia
que supple
mentum
legis sunt. quibus nobis exempla. et
precepta uiuendi. plenissime digesta
sunt. uoluerit aplis has eplas. ad sin
gulas ecclias destinare. hac aut causa
fieri uidetur. Vt primo nascentis eccle
sie causis existentibus premuniret.
et prima atq; orienta resecaret uitia. et
ut post futuras excluderet questiones.
exemplo prophetarum. Qui post editā
legem moysi. in qua omnia dei mada
ta legebantur. michilominus ut decem
na sua redimunt semper populi ppsse
cca. et propi exemplum libros. ad no
stram etiam memoriam transmiserit.
Deinde queritur. cur non amplius q̄s
decem eplas scripserit. Decem sunt en
cum illa que dicitur ad hebreos. Nam
reliquę quattuor. ad discipulos spāliter
sunt ponende. ut ergo ostenderet nouum
non discrepare a ueteri testamento. et se ea
ca legem non facere moysi. Ad numer
primorum decalogi mandatorum. sua
eplas ordinauit. Et quot illę preceptis
ad plationem usitatur liberatos. tot
his eplis a diaboli et idolatrie fuinire
coxerit acquisitos. Nam et duas tabulas
lapideas. duor testamentorum figuras
hinsse uiri eruditissimi tradiderunt. E
plam sane que ad hebreos scribitur. q
dam pauli non ee ostendunt. eo q̄ non
sit eius nomine titulata. et propi stilo
nis sibiliqs distantiam. Si aut barna
be uicta tertullianum. aut luce uiri
quosdam. uel certe clementis discipli
aplorum. et ipi romane ecclie post aplos
ordinati. Quibus ita respondendum e. Si pp
ea pauli non est. quia eius nomen ni
hil. ergo nec alicuius est. quia nulli
nomine titulata. Quod si inconue

absurdumq; e. ipius magis ee arrogan
e. que tanto doctrine fine fulget eloquio.
Ds qđ apus hebreorum eccliis. quasi
destructor legis. falsa suspitio debatur.
uoluit titulo nomine de figuris legis et
ueritate xpi. redientis mationem. ne alius
nomine in fronte premissa. ualitate
excluderet lectionis. Non e sane minimi
si eloquentior quis uideatur ipso. et
in hebreo. q̄s in peregrino. cum greco quo
cetere sunt eplę scripte sermone. Adquiri
etiam quosdam. quare nomen eplę
primo sit posita. cum eam in primo ca
none scriptam ratio manifestet. Nam
hanc se profectorem ieri solima sępe
se testatur. Cum corinthios et alios aut
tam ut munusculum quod secum portan
erat. colligerent litteris ad ortantis sit. et
inde intelligi quidam uolunt ita omes
eplas ordinatas ut prima poneretur. q̄s
uis postea fieret destinati. ut per singlos
eplas gradus. ad perfectiora uenirent.
Romanorum namq; plenaq; tam uitiis
erant. ut non intelligerent dei se gratia
s̄ sine meritis ee saluatos. et ob hoc duos
inter se populi afflictarent. Iccirco illos
indulgens asserit esse mansuetudinis. uana gentili
tatis priora memorans. Corinthios
aut iam dicit fecisse gratiam ee cessam.
Et non tam omnes meretur. q̄s cui pec
cantes non merpanerit reprehendit.
sicut ait. Audiuit inter uos fornicatio. et
iterum. Congregatis uobis cum meo
spu tradere huiusmodi hominē satanę.
in fa uero laudantur. et ut magis ac ma
gis proficiant admonentur. Galathe
uero iam nullius criminis arguuntur.
nisi hoc tantum q̄ calidissimis pseudo
aplis credidissent. Eplesq; namq; nulla
reprehensione. s̄ multa laude sunt dig.
quia fidem aplicam seruauerunt. Philip
penses etiam multo magis celebrantur.
qui nec audire quidem falsos aplos uo
luerunt. Colosenses aut tales erant. si
cum ab aplo uisi corporaliter non fuissent
hac tamen laude digni hērentur. Et si
corpore absens sum. s̄ spu uobiscu sum.
gaudens et uidens ordinem uram. Thes
salonicenses michilominus in duabus epli
omni laude prosequitur. eo q̄ non solum
fidem inconcussam seruauerunt uerum

ALIVS PLOGVS

ſ etiam in p̄secutōe ānum ꝓstantes i
uenit. De hebreis ueꝝ quid dicendū ē.
quorum thessalonicenses qui plurimus
laudati sunt. imitatores fr̄i ee dicunt̄.
Sicut ipe ait. tuos fres mei imitatores
fr̄i estis ecclāsarum dei. que sunt in iudea.
Eadem passi estis tuos a tribulib⁹ a
uris. que illi a iudeis. Apud ipos q̄q;
hebreos. eadem ꝓmemorat dicens. Ilī
trucidis ꝓphas occidi estis. rapinam bonor
uorum cum gaudio suscepistis. cogni
scentes uos hēre melioꝛem t manēte
stām. Item aliud prologus.

Romam sunt. q
ex iudeis gen
tibusq; credide
Qui superba
ꝓtentione uole
bant se alteruꝝ supponere. Nam iu
dei dicebant. Nos sumus pplus dei. q̄s
ab initio dilexit t fouit. Nos ex cuius
ex genere habuit ꝓphas descendi
mus. t nobis uere apud iudeam tan
tum erat deus. Nos de egipto dei fig⁹
tutelaribus liberam. mare sicco tra
pede. cum inimicos nros grauissimi
fluctus inundare. Nobis manna
pluit in deserto dominus. t quasi filijs
suis. celeste pabulum ministrauit. A
Nos die noctuq; in columna nubis t
ignisq; p̄cessit. ut nobis ignem ꝓ
ostenderet. atq; ut cetera eius erga
imensa beneficia taceamus. Nos soli
digni fuimus legem dei accipere. tuo
ore dei loquentis audire. eiusq; uolun
tatem cognoscere. in qua lege nobis
promissus ē xp̄s. Ad quos etiam ipe
se uenisse testatus ē dicens. Non uen
nisi ad oues que perierant domus isr̄l
cum uos canes potius q̄s homines
appellauerit. Equine ergo ē. ut hosti
a uola deserentes. quibus ab initio dese
ruistis nobis ꝓximum. t non potius
in proselitorum locum ex legis auctō
ritate. t ꝓfectionis deputemini. Et
hec ipm non merebamini. nisi quia
quia larga dei semper clemēa uolu
nos ad ueram imitationem admitte.
Scientes aut̄ econtrario uidebant. A
Quanto enim maiora erga uos dei
beneficia narraueritis. tanto maio
ris uos crimnis reos ee monstrabit.
Semper enim his omnib⁹ ernastis
ingrati. Nam ipis pedib⁹. quibus mare transistis. iudeam ante ꝓcla
que fecistis. Et ipo ore quo paulo ante
ob necem aduersariorum domino ci
mentans. simulacra nobis fieri popo
scistis illis oculis ueneranda. quibus
deum in nube uel igne. ꝓspicere sole
bamus. simulacra minuebamini. Nam
ira quoq; uobis tacito fuit. t semper i
deserto ꝓna dñm murmurastis. ad e
gyptum unde uos manu ualida eiecer
at. redire cupientes. Quid plura. t
sta pres uri crebra ꝓuocatione dñi
irritauerunt. ut omnes in heremo
morerentur. Nec plus ex senioribus
eorum. q̄s duo homines in terra ꝓ
missionis introierunt. si quid antiqui
replicamus. cum etiam si nulla minime
fecissetis. de hac solo uos dignos nem
nema iudicaret. quod dñm iesum x̄m
ꝓphetarum semper uobis uocib⁹ rep
missum. non solum suscipere noluisti
s etiam morte pessima perimistis. Quē
nos ut cognouimus. statim credidim.
cum nobis de eo non fuerit antea pdi
catum. unde probamus. q̄ uolis
fuimus. non obstinationi mentis.
s ignorantie t deputandum. Qui ei
agnitum. illico sequimur. olim unq;
sequeremur. si antea cognouissemus.
Sicut̄ uos de generis nobilitate ac
tatis. quasi non morum imitatio. ma
gis q̄s carnalis natiuitas. uos faciat
filios ee seorum. Denique etiam ysmael
cum ex abrae ꝓpe sint. minime tam
in filios reputantur. His ergo taliter
altercantib⁹. aplus se medius interpo
nens. ita partium dirimit questiones
ut neutrum eorum sua institua salu
tem meruisse confirmet. Ambos ppls
sciente t grauiter deliquisse. unde q
quidem. q̄ per prevaricationē legis a
deum inhonorauerunt. gentes ueꝝ
q̄ cum cognitum de creatura. creato

PAVLVS AD RO

rem ut verum debuerunt venerari. i
gliam in manufa mactaverunt. si
mulacra utrosq; iam similiter ve
am sectantes. equales ce venissima
tione demonstrat. presertim cum in
eadem lege predictum sit. turcos t
gentes ad xpi fidem vocandos esse.
Qz obrem nicissim eos humilians.
ad pacem t concordiam cohortatur. i
Explicit prologus. Incipit epla ad romanos

Paulus seruus ihesu xpi vocatus apls. segregatus in evangli
dei quod ante promiserat per pphas
suos in scripturis scis de filio suo. q
factus e ei ex semine david sm carnem
qui predestinatus e filius dei. in vir
tute. sm spm sanctificationis. ex resur
rectione mortuorum. ihesu xpi domi
ni nri. per quem accepimus gratiam t
aplatum. ad obediendum fidei in om
nib gentib. pro nomine eius in quib
estis t vos vocati ihesu xpi. omnib qui sunt rome dilectis dei. vocatis s
cis. Gratia vobis t pax a deo pre nro
t domino ihesu xpo. Primum quidem g
gratias ago deo meo per ihesum xpm pro
omnib vobis. quia fides vra annun
tiatur in universo mundo. Testis enim
michi e deus. cui servio in spu meo in
evangelio filii eius. q sine intermissione
memoriam vri facio semper in orationib
meis. obsecrans si quomodo tandem ali
quando prosperum iter habeam in volun
tate dei veniendi ad vos. Desidero
enim videre vos. ut aliquid impertiar
vobis gre spualis. ad confirmandos vos
i. simul consolari in vobis per eam que i
invicem e fidem vram t meam. Nolo a
ignorare vos fres. quia sepe proposui
venire ad vos. t prohibitus sum usq;
adhuc. ut aliquem fructum habeam in
vobis. sicut t ceteris gentibus. Grecis
ac barbaris sapientibus t insipientibus
debitor sum. ita quod in me promptum
e. t vobis qui rome estis evangelizare
Non enim erubesco evangelium. Virtus
enim dei e in salutem omni credenti
judeo primum t greco. Justitia enim dei
revelatur in eo ex fide in fidem. sicut
scriptum est. Justus aut ex fide vivit
Revelatur enim ira dei de celo. super
omnem impietatem t injustitiam hominum
eorum. qui veritatem dei in injustitia
detinent. quia cognitum dei manifestum
est in illis. Deus enim illis mani
festavit. Invisibilia enim ipsius a creatura
mundi. per ea que facta sunt intellecta
conspiciuntur. sempiterna quoq; ejus
virtus ac divinitas. ita ut sint inexcu
sabiles. quia cum cognovissent deum
non sicut deum glorificaverunt aut gra
tias egerunt. sed evanuerunt in cogi
tationibus suis. et obscuratum est insipiens
cor eorum. dicentes enim se esse sapien
tes. stulti facti sunt. Et immutaverunt gloriam incorruptibilis dei. in similitudi
nem imaginis corruptibilis hominis.
volucrum t quadrupedum. et serpentium.
Propter quod tradidit illos deus. in de
sideria cordis eorum. in immunditiam
ut contumelias afficiant corpora sua in
semetipsis. qui commutaverunt veritatem



MANIOS

dei in mendacium. 7 coluerunt 7 fuerit creatine potius qui creauit. qui e benedictus in secula amen. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominie. Nam femine eorum immutauerunt naturalem usum in eum qui e contra naturam. Similiter 7 masculi relicto naturali usu femine exarserunt in desiderijs suis in uicem masculi in masculos. turpitudinem operantes. 7 mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt deum habere in notitia. tradidit illos deus in reprobum sensum. ut faciant ea q̄ non conuenit. repletos omni iniquitate. malitia fornicatione. auaritia. nequitia plenos inuidia. homicidijs contentione. dolo. malignitate. susurrones. detractores deo odibiles. contumeliosos. elatos. superbos inuentores malorum. parentibus non obedientes insipientes incompositos sine affectione. absq̄ fedus sine misericordia. Qui cum iustitiam dei cognouissent. non intellexerunt q̄m qui talia agunt. digni sunt morte. non solum qui faciunt ea. sed etiam q̄ consentiunt facientibus.

II

Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas. teipsum condemnas. Eadem enim agis que iudicas. Scimus enim q̄m iudicium dei est. secundum ueritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem o homo qui iudicas eos qui talia agunt. 7 facis ea. quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius. 7 patientie 7 longanimitatis contemnis? ignoras q̄m benignitas dei. ad penitentiam adducit. Secundum autem duritiam tuam. 7 impenitens cor thesaurizas tibi iram in die ire. 7 reuelationis iusti iudicij dei. qui reddet unicuique secundum opera sua. his quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam 7 honorem. 7 incorruptionem q̄rent. uitam eternam. his autem qui ex contentione. 7 qui non acquiescunt ueritati. credunt autem iniquitati. ira 7 indignatio. tribulatio 7 angustia. in omnem animam operantis malum. iudei primum 7 greci. Gloria autem 7 honor 7 pax omni operanti bonum. iudeo primum 7 greco. Non enim est personarum acceptio apud deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt. sine lege peribunt. Et quicumque in lege peccauerunt. per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum. sed factores legis iustificabuntur. Cum enim gentes que legem non habent. naturaliter ea que legis sunt faciunt. eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. q̄ ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. testimonium illis reddente conscientia ipsorum. 7 inter se inuicem cogitationum accusantium. aut etiam defendentium. in die cum iudicabit deus occulta hominum. secundum euangelium meum per ihesum xpm. Si autem tu iudeus cognominaris. 7 requiescis in lege. 7 gloriaris in deo. 7 nosti uoluntatem eius. 7 probas utiliora. instructus per legem. confidis teipsum ducem esse cecorum lumen eorum qui in tenebris sunt. eruditorem insipientium. magistrum infantium. habentem formam scientie. 7 ueritatis in lege. qui ergo alium docens. teipsum non docens. Qui predicas non furandum furaris. Qui dicis non mechandum mecharis. Qui abhominaris idola. sacrilegus es. Qui in lege gloriaris. per prevaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes sicut scriptum est. Circumcisio quidem prodest. si legem obserues. Si autem prevaricator legis fueris. circumcisio tua preputium facta est. Si igitur preputium iustitias legis custodiat. nonne preputium illius in circumcisionem reputabitur. 7 iudicabit quod ex natura est preputium legem consumans te. qui per litteram 7 circumcisionem prevaricator legis es. Non enim qui in manifesto iudeus est. neq̄ que in manifesto in carne circumcisio. sed qui in abscondito iudeus est. 7 circumcisio cordis in spiritu non littera. cuius laus non ex hominibus sed ex deo est.

III

Quid ergo amplius est iudeo. aut que utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. primum quidem

quia credita sunt illis eloquia dei. Quid enim si quidam illorum non crediderit? Numquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est autem deus uerax. omnis autē homo mendax: sicut scriptum ē. Vt iustificeris in sermonibus tuis. & uincas cum uocaris. Si autē iniquitas nra iustitiam dei commendat: quid dicemus? Numquid iniquus ē deus. qui infert iram? Secundum hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? Si enim ueritas dei in meo mendacio habundauit in gloriam ipius. quid adhuc & ego tanq̃ peccator iudicor? & non sicut blasphemamur: & sicut aiunt quidam nos dicere. faciamus mala ut ueniant bona? quorum damnatio iusta est. Quid igitur? Precellimus eos? Nequaq̃. Causati enim sumus. iudeos & grecos omnes sub peccato esse. sicut scriptum ē. Quia non est iustus quisq̃. non ē intelligens. non ē requirens deum. Omnes declinauerunt. simul inutiles facti sunt. non ē qui faciat bonum. non ē usq; ad unū. Sepulcrum patens ē guttur eorum. linguis suis dolose agebant. uenenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum ē. ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinē. Contritio & infelicitas in uiis eorum. & uiam pacis non cognouerunt. non ē timor dei ante oculos eorum. Scimus aut quia quecunq; lex loquitur. his qui in lege sunt loquitur. ut omne os obstruatur. & subditus fiat omnis mundus deo. Quia ex operibus legis. non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc aut sine lege iustitia dei manifestata ē. testificata a lege & prophetis. Iustitia aut dei. ē per fidem ihesu xpi. in omnes & super omnes qui credunt in eum. Non enim ē distinctio. Omnes enim peccauerunt. & egent gloria dei. iustificati gratis per gratiam ipius. per redemptionē que ē in xpo ihesu. quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipius. ad ostensionē iustitie sue propter remissionem precedentium delictorum. in sustentatione dei. ad ostensionem iustitie eius in hoc tpe. ut sit ipe iustus. & iustificans eum qui ex fide ihesu xpi. Vbi ē ergo gloriatio tua? Exclusa ē. Per quam legem? Factorum? Non. sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominē sine operibus legis. An iudeorum deus tantum? Nonne & gentium? Immo & gentium. Quoniam quidem unus ē deus. qui iustificat circumcisionē ex fide. & preputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus.

IIII

Parco autē ne quis me existimet supra
id quod uidet me. aut audit aliquid
ex me. Et ne magnitudo reuelatio
num extollat me. datus est michi sti
mulus carnis mee. angelus satane
qui me colaphizet. propter quod ter ro
gaui dñm ut discederet a me. et dixit
michi. Sufficit tibi gratia mea.
Nam uirtus in infirmitate perficitur.
Libenter igitur gliabor in infirmita
tib⁹ meis. ut inhabitet in me uirtus xi.
Propter quod placeo michi in infirmi
tatib⁹ in contumelijs. in necessitatib⁹.
in persecutionib⁹. in angustijs pro xo.
Cum enim infirmor. tunc potens

NTHOYOS IOS

sum. Cui sum insipiens. uos me coegistis. Ego enim debui a uobis commendari. Nichil enim minus feci. ab his qui sunt supra modum apli. tamsi nichil sum. signa tamen mei aplatus sta sunt super uos in omni patientia. signis. prodigiis tumultibus. Quid enim quod minus habuistis preter ecclias. nisi quod ego ipse non grauaui uos. donate michi hanc iniuriam.

XIII

Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos. nec ero grauis uobis. Non enim quero que uestra sunt. sed uos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare. sed parentes filiis. Ego aut libentissime impendam. et superimpendar ego ipse pro animabus uestris. Licet plus uos diligens minus diligar. sed esto ego uos non grauabam. sed cum astutus dolo uos cepi. Numquid per aliquem eorum quos misi ad uos. circumuenit uos. Rogaui titum. et misi cum illo fratrem. Numquid titus uos circumuenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne eisdem uestigiis? Olim putatis quod excusemus nos apud uos. Coram deo in xpo loquimur. Omnia aut karissimi propter uestram edificationem. Timeo enim ne forte cum uenero. non quales uolo inueniam uos. et ego inueniar uobis non qualem uultis. ne forte contentiones. emulationes. animositates. dissensiones. detractiones. susurrationes. inflationes seditiones sint inter uos. ne iterum cum uenero humiliet me deus apud uos. et lugeam multos ex his. qui ante peccauerunt. et non egerunt penitentiam de immunditia et fornicatione. et impudicitia qua gesserunt. Ecce hoc tertio uenio ad uos. In ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. Predixi et predico. ut presens his. et nunc absens. his qui ante peccauerunt. et ceteris omnibus. quoniam si uenero iterum non parcam. An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur xps? Qui in uobis infirmatur. sed potens est in uobis. Nam et crucifixus est ex infirmitate. sed uiuit ex uirtute dei.

Nam et nos infirmi sumus in illo. sed uiuemus cum eo. ex uirtute dei in uobis. Ipsi uos temptate. si estis in fide. ipsi uos probate. an non cognoscitis uos metipsos. quia xps ihesus in uobis est. Nisi forte reprobi estis. Spero aut quod cognoscetis quia nos non sumus reprobi. Oramus aut deum. ut nichil mali faciatis. non ut nos probati appareamus. sed ut uos quod bonum est faciatis. nos aut ut reprobi simus. Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem. sed pro ueritate. Gaudemus enim cum infirmi sumus. uos aut potentes estis. hoc aut oramus. uestram consummationem. Ideo haec absens scribo. ut cum presens durius agam. secundum potestatem quam dominus dedit michi in edificationem. et non in destructionem. Ceterum fratres gaudete. perfecti estote. exortamini. idem sapite. pacem habete. et deus dilectionis et pacis erit uobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes sancti. Gratia domini nostri ihesu xpi. et caritas dei et communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis amen. Explicit epla secunda ad corinthios. Incipit argumentum in epla ad galathas.

Galathe sunt greci. hi

ueterum traditionem

mutauerunt ab aplo accepe

runt. et post discessum

eius tentati sunt a falsis aplis. ut in

legem et circumcisionem reuertentur. Hos autem apostolus reuocat ad fidem ueritatis. scribens eis ab exilio. Explicit argumentum. Incipit epistola ad galathas.

PADGA



Au Lus A po S To Lus

non ab hominib⁹ ns p̄ hominē. s̄ p̄ ihesum xp̄m. ⁊ deum p̄rem qui suscitauit eum a mortuis. Et qui mecū sunt oēs fr̄es eccl̄ie galatie. Gratia uobis ⁊ pax a deo p̄re. ⁊ dño nro ihesu xp̄o. qui dedit semetipm p̄ peccatis nr̄is. ut eriperet nos de p̄senti seculo nequa fm uoluntatē dei ⁊ p̄tris nr̄i. cui ē gl̄ia in scla sclorum amen. Miror q̄ sic tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiam x̄i in aliud euangelium. q̄ non ē aliud. nisi sūt aliqui qui uos conturbant. ⁊ uolunt conuertere euangelium x̄i. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet uobis p̄ter q̄d nos euangelizauimus uobis anathema sit. Sicut p̄dixi. ⁊ nunc iterum dico. Si quis uobis euangelizauerit. p̄ter id quod accepistis anathema sit. Modo enim hominib⁹ suadeo. an deum. Aut quero hominib⁹ placere. Si adhuc hominib⁹ placerem. xp̄i seruus non essem. Notum enim uobis facio fr̄es euangelium quod

euangelizatum ē a me. q̄ non est fm hominē. Neq; enim ego ab homine accepi illud. neq; didici. s̄ p̄ reuelationem ihesu xp̄i. Audistis enim conuersationem meā aliq̄n in iudaismo. q̄n supra modū persequebar ecclīam dei. ⁊ expugnabam illam. ⁊ proficiebam in iudaismo. supra multos coetaneos meos in genere meo. habundantius emulator existens p̄tarum mearum traditionū. Cum aut placuit ei. qui me segregauit ex utero matris mee. ⁊ uocauit p̄ gratiam suam. ut reuelaret filium suum in me. ut euangelizarem eum in gentib⁹. continuo non acquieui carni ⁊ sanguini. neq; uenī ierosolimam ad antecessores meos apl̄os. s̄ abij in arabiam. ⁊ iterum reuersus sum damascum. Deinde post annos tres uenī iero solimam uidere petrum. ⁊ mansi apud eum diebus quindecim. Alium aut apl̄orum uidi neminē. nisi iacobū fratrem dñi. Quae aut scribo uobis. ecce coram deo. quia non mentior. Deinde uenim partes syrie. ⁊ cilicie. Eram aut ignotus facie ecclīis iudee. que erant in xp̄o. Tantum aut auditum habebant. q̄m qui persequebatur nos aliq̄n. nunc euangelizat fidē quam aliq̄n expugnabat. ⁊ in me glorificabant deum.

Deinde post annos quatuordecim. iterū ascendi ierosolimam cum barnaba. assumpto tito. Ascendi aut fm reuelationem. ⁊ contuli cum illis euāgelium quod p̄dico in gentib⁹. seorsum aut his qui uidebantur ee aliquid. ne forte in uacuum currerem. aut cucurrissem. Sed neq; titus qui mecū erat. cum esset gentilis. compulsus ē circumcidi. s̄ propter subintroductos falsos fr̄es. qui subintroierunt explorare libertatem nr̄am. quam habemus in xp̄o ihesu. ut nos in seruitutē redigerent. Quibus neq; ad horam cessimus subiectione. ut ueritas euangelij maneat apud uos. Ab his qui uidebantur ee aliquid. quales aliq̄n fuerint. nichil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit. Mihi enim qui uidebantur ee aliquid nichil contulerunt. Sed econtra cum uidissent q̄ creditum ē mihi euangelium p̄putij. sicut petro circumcisionis. Qui enim operatus

tus ē petro in aplatum circumcisionis
operatus ē t michi. tcum cognouisset
gratiam que data ē michi intel gentes. ia
cobo t cephas t iohannes. qui uidebāt
columne cē. dexteras dederunt michi
t barnabe societatis. ut nos in gentes
ipi aut in circumcisione. tm ut paupe
rum memores cēmus. q̄ etiā sollicit
fui hoc ipm facere. Cum aut uenisset
petrus antiochiam. in faciem ei restiti
quia reprehensibilis erat. Priusq̄
q̄s uenirent quidā a iacobo cū gentib⁹
edebat. Cum aut uenissent. subtrahe
bat t segregabat se. timens eos qui ex
circumcisione erant. t simulationi ei⁹
consenserunt cēti iudei. ita ut t barnabas
duceretur ab eis in illam simulationē
Sz cum uidissem q̄ non recte ambu
larent ad ueritatem euangelij. dixi
cephe coram omnib⁹. Si tu cum iudē
us sis. gentiliter t non iudaice uiuis.
Quomo gentes cogis iudaizare? Nos
natura iudei. t non ex gentib⁹ peccatores
Scientes aut q̄ non iustificatur hom̄
ex operib⁹ legis nisi per fidem ihesu xpi.
t nos in xpo ihesu credimus. ut iustifice
mur ex fide ihesu xpi. t non ex operibus
legis. Propter quod ex operib⁹ legis. nō
iustificabitur omnis caro. Q̄ si querē
tes iustificari in xpo. inuenti sumus t
ipi peccatores. Numquid xps peccati mist
ri? Absit. Si enim que destrui hec iterū
reedifico. prevaricatorē me ostendo. i
Ego enim per legem. legi mortuus sū.
ut deo uiuam. Xpo crucifixus sum en
ci. Viuo aut iam non ego. uiuit uero
in me xps. Quod aut nunc uiuo in car
ne. in fide uiuo filij dei. qui dilexit me.
t tradidit semetipm pro me. Non abi
cio gratiam dei. Si enim per legē iustitia
ergo xps gratis mortuus ē.

Insensati galathe. quis
uos fascinauit ueritati nō
credere. ante quorū oculos
ihesus xps pscriptus est
in uobis crucifixus? Hoc solum uolo
a uobis discere. Ex operib⁹ legis spm
accepistis. an ex auditu fidei. Sic stulti
estis. ut cum spu ceperitis. nūc carne
consummamini. Tanta passi estis sine ca
si tn sine causa. Qui ergo tribuit uobis
spm t operatur uirtutes in uobis. ex op
ribus legis. an ex auditu fidei. Sicut
scriptum ē. abraam credidit deo. t re
putatum ē ei ad iustitiam. Cognoscit
ergo quia qui ex fide sunt. hi sunt fi
lij abrahe. Prouidens aut scriptura. q
quia ex fide iustificat gentes deus. p
nunciauit abrahe. quia benedicentur i
te omnes gentes. Igitur qui ex fide sūt
benedicentur cum fideli abrahā. Q
cumq̄ ex operib⁹ legis sunt. sub ma
dicto sunt. sicut scriptum ē eni. Ma
ledictus omnis qui non permanserit
in omnib⁹ que scripta sunt in libro
legis. ut faciat ea. Q̄m aut in lege
nemo iustificatur apud deum ma
festum ē. quia iustus ex fide uiuit. Lex
aut non ē ex fide. Sz qui fecerit ea uiuet
in illis. Xps nos redemit de maledicto
legis. factus pro nobis maledictum. q
scriptum ē. maledictus qui pendet in
ligno. ut in gentib⁹ benedictio abrahe
fieret in xpo ihesu. ut pollicitationem
spūs accipiamus per fidem. Fres sm
hominē dico. tn hominis confirmatu
testamentum nemo spernit. aut superor
dinat. Abrahe dicte sunt promissiones
t semini eius. Non dicit in seminib⁹
quasi in multis. Sz quasi in uno. t semi
nio qui ē xps. Hoc aut dico testamē
confirmatum a deo. que post quadrigēn
tos t xxx annos facta ē lex. non irritat
facit ad euacuandam promissionem
Nam si ex lege hereditas: iam non ex
promissione. Abrahe aut per repro
missionē donauit deus. Quid igitur
lex? Propter transgressionem posita ē.
donec ueniret semen cui repromisit.
ordinata per angelos in manu media
toris. Mediator aut unius non est.
deus aut unus ē. Lex igitur aduersus
promissa dei? Absit. Si enim data ēet
lex que posset uiuificare. uere ex lege
ēet iustitia. Sz conclusit scriptura omia
sub peccato. ut promissio ex fide ihesu xpi
daretur credentib⁹. Priusq̄ aut ueniret
fides sub lege custodiebamur. conclusi i
eam fidem. que reuelanda erat. Itaq̄
lex pedagogus nr fuit in xpo. ut ex fi
de iustificemur. At ubi uenit fides. iam
non sumus sub pedagogo. Omes enim

estis filij dei. per fidem in xpo ihesu. Q
cumqz enim in xpo ihesu baptizati e
stis. xpm induistis. Non é iudeus ne
greus. ne seruus. ne liber. Non est ma
sculus ne femina. Omnes enim uos
unu estis in xpo ihesu. Si aut uos xpi
ergo abrae semen estis. secundu pro
missionem heredes.

Dico aut. Quanto tpore
bies parvulus é nichil a
differt a seruo cum sit dns
omnium. sz sub tutoribz et
actorib é. usqz ad prefinitum tpis
a pre. Ita z nos cum essemus parvuli
sub elemtis mundi eramus seruien
Ut ubi uenit plenitudo tpis. misit
deus filium suum ex muliere. factu sub
lege. ut eos qui sub lege erat redimeret
ut adoptionem filiorum reciperemus.
Quia aut estis filij dei. misit deus spz
filij sui in corda ra clamantem abba
pr. Itaqz iam non é seruus. sz filius.
Q si filius z heres per deum. Sz tunc
quidem ignorantes deum. bis qui na
non erant dij seruiebatis. Nunc aut
cum cognouerimus deum. imo cogniti
estis a deo. Quomo conuertimini iterum
ad infirma z egena elemta. quibus
denuo seruire uultis. Dies obseruatis
z menses. z tpora z annos. Timeo uos
ne forte sine ca laborauerim in uobis.
Estote sicut ego. quia ego sicut uos.
Fres obsecro uos. nichil me lesistis.
Scitis aut quia per infirmitatem carnis
euangelizaui uobis iam pridem z tpta
onem meam in carne mea non spre
uistis. ne respuistis. sz sicut angelum
dei excepistis me. sicut xpm ihesum.
Ubi é ergo beatitudo ra. Testimoniu
hi perhibeo uobis. quia si fieri po
tuisset. oculos uros eruissetis z dedisse
tis michi. Igitur inimicus uobis fc
factus uerum dicens uobis. Emulant
uos non bene. sz excludere uos uolunt.
ut illos emulemini. Bonum autem
emulamini in bono semper. z nó tm
cum presens fuero apud uos. Filioli
mei quos iterum parturio. donec for
metur xps in uobis. Vellem aut
apud uos modo. z mutare uocem mea
quia confundor in uobis. Dicite mihi qui

sub lege uultis esse. Legem non legistis.
Scriptum é enim. quia abrahe duos
filios fuit. unu de ancilla. z unum de
libera. Sed qui de ancilla filius carnem
nate é. qui aut de libera per repro
missionem. que sunt per allegoriam
dicta. hec sunt enim duo testamenta. z
unum quidem in monte sinai in seruitu
tem generans que é agar. Sina enim mons
est in arabia. qui coniungitur ei. que
nunc é ierlm. z seruit cum filiis suis.
Illa aut que sursum é ierlm libera est.
que é mater nra. Scriptum é enim. Le
tare sterilis que non paris. erumpe et
clama. que non parturis. quia multi
filij deserte. magis qz eius que habet uiri
Nos aut fres sm ysaac promissionis
filij sumus. Sz quomo tunc qui sm
carnem natus fuerat. persequebatur
eum qui sm spm. ita z nunc. Sz qui
dicit scriptura. Eice ancillam z filium
eius. Non enim heres erit filius ancille
cum filio libere. Itaqz fres non sumus
ancille filij. sz libere. Qua libertate
nos liberauit.

State ergo. z nolite iterum
iugo seruitutis contineri. Ecce
ego paulus dico uobis. q
nisi circumcidamini. xps uob
preterit nichil. Testificor aut rursus
omni homini circumcidenti se. quia
debitor é uniuse legis facere. Euacua
ti estis a xpo qui in lege iustificamini
a gra excidistis. Nos enim spu ex fide
spem iustitie expectamus. Nam in xpo
ihesu. neq circumcisio aliquid ualet. nec
preputium. sz fides que per caritatem
operatur. Currebatis bene. Quis uos
fascinauit ueritati non obedire. Ne
mini consentire. Persuasio hec non é
ex eo qui uocat uos. Modicum fermen
totam massam corrumpit. Ego confido
de uobis in dño. q nichil aliud sapie
tis. Qui aut conturbat uos portabit iu
dicium. quicqz ille. Ego aut fres
si circumcisionem adhuc predico. quid
adhuc persecutionem patior. Ergo eua
uatum é scandalum crucis. Vtinam
abscidantur. qui uos conturbant. Vos e
in libertate uocati estis fres. tm ne liber
tatem in occasionem detis carnis. sz per

LATAS

antitatem ſpūs fuerit nr̄a. Omnis enim lex. in uno ſermone impletur. Diliges proximū tuū ſicut teipm. Si inuicem mordetis & comeditis: uidete ne inuicem consumamini. Dico aut̄ in xp̄o. Spū ambulate. & desideria carnis nō perficietis. Caro aut̄ concupiscit aduſ spūm: & spūs aduersus carnem. Hec enim sibi inuicem aduersantur: ut nō quęcq; uultis illa faciatis. Q̄ si spū ducimini. non estis sub lege. Manifesta aut̄ sunt opera carnis. que sunt fornicatio aduiterium. immundicia ipudicitia. luxuria. ydolorum seruitus. ueneficia inimicitie. contentiones emulationes. ire rixe dissensiones. sectę inuidie. homicidia ebrietates. comessationes. & his similia. que predico uobis. sicut predixi. q̄m qui talia agunt. regnum dei non cōsequentur. Fructus aut̄ spūs ē. caritas gaudium. pax. patia. longanimitas. bonitas. benignitas. mansuetudo. fides. modestia. continentia. castitas. Aduersus hmōdi non ē lex. Qui aut̄ sunt x̄i carnem suam crucifixerunt cum uitiis & concupiscentiis.

VI

Si spū uiuimus. spū & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriē cupidi. inuicem prouocantes. inuicē inuidentes. Fres & preoccupatus fuerit homo in aliq̄ delicto. uos qui spirituales estis hmōdi instruite in spū lenitatis. considerans teipm & tu temptaris. Alter alterius onera portate. & sic adimplebitis legem x̄i. Nam si quis existimat aliquid ē cum nichil sit. ipe seducit. Opus aut̄ suum probet unusquisq; & sic in semetipo tantū gloriam habebit. & non in altero. Unusq̄sq; enim onus suū portabit. Comicet aut̄ te qui catechizatur uerbo. ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Que enim seminauerit homo. hec & metet. Qm̄ qui seminat in carne sua. de carne & metet corruptionē. Qui aut̄ seminat in spū. de spū metet uitam eternam. Bonum aut̄ facientes non deficiamus. tpe enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tpus habem? operemur bonum ad omnes. Maxime aut̄ ad domesticos fidei. Videte qualibus

litteris scripsi uobis. mea manu. Quicq; uolunt placere in carne. hi cogunt uos circumcidi. tm ut cruce & persecutionē non patiantur. Neq; enim qui circumcidunt legē custodiunt. sed uolunt uos circumcidi. ut in carne ura gloriē. Mihi aut̄ absit gloriari. nisi in cruce dñi nr̄i ihu xp̄i. per quē mihi mundus crucifixus ē. & ego mundo. In xp̄o enim ihu neq; circumcisio aliquid ualet. neq; ꝓputium. sed noua creatura. Et quicūq; hanc regulam secuti fuerint. pax super illos & misericordia. & super israel dei. De cetero mihi molestus sit. Ego enim stigmata dñi ihu in corpore meo. Gratia dñi nr̄i ihu xp̄i cū spū uro fratres. amen. Explicit epla ad galatas. Incipit argumentum in epistolam ad ephesios.

Ephesi sunt asiani. hi ac cepto uerbo ueritatis. ꝑseuerauerunt in fide. hos collaudat apls. scribens eis a roma de carcere per tychicū diaconum.



Incipit epistola ad ephesios.



PADE

lus ihesu xpi. per uoluntatē dei. scis oi
bꝫ qui sunt ephesi. z fidelibꝫ in xpo ihesu
Gratia uobis z pax adeo pie nro. z dño
ihesu xpo. Benedictus deus. z pater dñi
ni ihesu xpi. qui benedixit nos in omni
benedictione spirituali. in celestibꝫ in
xpo. sicut elegit nos in ipo ante mundi
constitutionem. ut essemus scti z imaculati
in ospectu eius. in caritate. Qui pre
destinauit nos in adoptionem filioꝝ
per ihesum xpm in ipm. sm propositum
uoluntatis sue. in laudem glorie gre
sue. in qua gratificauit nos in dilecto
filio suo. in quo habemus redemptionē
per sanguinem eius remissionē peccatoꝝ
sm diuitias gre eius que superhabun
dauit in nobis in omni sapia z prudē
tia. ut notum nobis faceret sacramē
tum uoluntatis sue. sm bonum placi
tum eius. quod proposuit in eo. in dis
pensationem plenitudinis temporum.
instaurare omnia in xpo. que in celis
z que in terra sunt in ipo. In quo etiaz
nos sorte uocati sumus predestinati
sm propositum eius. qui omnia operat
sm consilium uoluntatis sue. ut simus in
laudē glorie eius. qui ante speraueramꝰ
in xpo. In quo z uos cum audissetis ue
bum ueritatis. euangelium salutis ure.
in quo z credentes. signati estis spu pro
missionis scō. qui est pignus hereditatis
nre. in redemptionem acquisitionis. in
laudē glorie ipius. Propterea z ego au
diens fidem uram. que est in dño ihesu.
z dilectionē in omnes scōs. z nō cesso
gras agens pro uobis memoria uri
faciens in orationibꝫ meis. ut deus dñi
ni ihesu xpi pr glorie. det uobis spm sa
pientie z reuelationis in agnitionē eius
illuminatos oculos cordis uri. ut sciatis
que sit spes uocationis eius. z que di
uitie glorie hereditatis eius in scis. z qui
sit supereminens magnitudo uirtutis
eius. in nos qui credidimus sm ope
rationē potentie uirtutis eius. quā ope
ratus est in xpo. suscitans illum a mortuis.
z constituens eū ad dexteram suam in cele
stibꝫ. supra omnem principatum z potē
tem z uirtutem. z dominationem z omne nom
quod nominatur. non solum in hoc seculo.
sz etiam in futuro. Et omnia subiecit
sub pedibꝫ. z ipm dedit caput supra oēm
ecclām. que est corpus ipius. z plenitu
do eius. qui oia in oibꝫ adimplet.

Et uos cum eētis mortui de
lictis z peccatis uris. in quibus
aliquā ambulastis sm seculum
mundi huius. sm principē
potestatis huius spūs. qui nunc operat
in filios diffidentie. in quibꝫ z nos omnes
aliquā conuersati sumus in desideriis car
nis nre. facientes uoluntatē carnis z cogi
tationū. et eramus nā filii ire sicut et
ceteri. Deus aut qui diues est in mia. pp
nimiā caritatem suam qua dilexit nos.
cum eētes mortui peccatis. conuiuificauit
nos xpo. cuius gra estis saluati. z cōsur
rexit. z consedere fecit in celestibꝫ in xpo
ihesu. ut ostenderet in seculis supereminentes
habundantes diuitias gre sue in bonitate.
super nos in xpo ihesu. Gratia enim estis
saluati per fidem. z hoc non ex uobis. sed
Dei donum est. non ex operibꝫ ut ne quis
glietur. Ipius enim sumus figmentum. creati
in xpo ihesu. in operibꝫ bonis. que pre
parauit deus. ut in illis ambulemus.
Propter quod memores estote. q aliquā
nos gentes eratis in carne qui dicebā
mini preputium ab ea. que dicitur circū
cisio in carne manufacta. quia eratis illo
tempore sine xpo. alienati a conuersatione isrl
et hospites testamentoꝝ promissionis spem
non habentes. z sine deo in hoc mundo. Nūc
aut in xpo ihesu. uos qui eratis aliquā lon
ge. facti estis prope in sanguine xpi. Ipse enim
est pax nra. qui fecit utraq unum. z me
dium parietem maceriē. soluens inimici
tias in carne sua. legem mandatorum
decretis euacuans. ut duos creet in sem
ipo in unū nouum hominē. faciens pacē
ut reconciliet ambos in uno corpore deo
per crucē interficiens inimicitias in se
metipo. Et ueniens euangelizauit pa
cem uobis qui longe fuistis. z pacē his
qui prope. quia per ipm habemus accessum
ambo in uno spū ad patrem. Ergo iam
non estis hospites z aduene. sed estis ci
ues scōrum. z domestici dei. superedifi
cati supra fundamentum apl'oꝝ z pphārum
ipo summo angulari lapide ihesu xpo. in q
omnis edificatio constructa crescit in te
plum scūm in dño. In quo z uos coedifi

EPHESIOS

camum in bīracūlum dei in spūm sc̄m.

Hunc ig gratia ego paulus uinctus ē ihū pro uobis gentib. si tamen audistis dispensationem gr̄ie dei que data ē michi in uobis. qm̄ fm reuelationem notum michi fctm ē sacramentum. sicut supra scripsi in breui. pōt pōs legentes intelligere prudentiā meā in mīsterio ē. quod aliis gēnationib. non ē agnitum filijs hoīm. sicut nunc reuelatum ē scīs aplis eius & prophīs in spū sc̄o gentes cohēres. & corporales. & participes promissionis eius in xp̄o ihū. per euangelium. cuius factus sum minister. fm donū gr̄ie dei. que data ē michi. fm operationē uirtutis eius. Mihi oīum scōrum minimo data ē gratia hec. in gentib. euangelizare. inuestigabiles diuitias x̄pi. & illuminare omnes que sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis. in deo qui omnia creauit. ut innotescat principibus & potestatibus in celestibus per ecclīam. multiformis sapia dei. fm prefinitionē seculorum. quam fecit in xp̄o ihū dño nr̄o. in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationib. meis pro uobis que ē gloria uestra. Huius rei gr̄ia flecto genua mea ad patrem dñi nr̄i ihū xp̄i. ex quo omnis paternitas in celis & in terra nominatur. ut det uobis fm diuitias glie sue. corroborari per spūm eius in interiorem hominē habitare xp̄m per fidem in cordibus uris. In caritate radicati & fundati. ut possitis comprehendere cum omnibus scīs. que sit latitudo & longitudo & sublimitas & profundum. Scire etiam supereminentē scīe caritatē x̄pi. ut impleamini in oēm plenitudinē dei. Ei autem qui potens ē omnia facere superabundanter quā petimus aut intelligimus. fm uirtutē que operatur in nob. ipsi gloria in ecclīa & in xp̄o ihū in oēs generationes seculi seculorum amen.

Obsecro itaq; uos. ego uinctus in dño. ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis cum omni humilitate & mansuetudine. cū patientia supportantes inuicem in caritate. Solliciti seruare unitatē spūs in uinculo pacis. Unus corpus & unus spūs. sicut uocati estis in una spe uocationis ure. Unus dñs. una fides. unum baptisma. Unus deus & pater omniū. qui super oīs & per oīa & in omnib. nobis. Unicuiq; autem nr̄m data ē gr̄ia fm mensurā donationis x̄pi. Propter quod dicit. ascendens in altum captiuā duxit captiuitatē. dedit dona hominib. Quod autē ascendit. quid ē. nisi quia & descendit primū in inferiores partes terre. Qui descendit ipse ē & qui ascendit super oīs celos. ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidē aplos. quosdam autē prophetas. alios uero euangelistas. alios autē pastores & doctores. ad consummationē scōrum in opus mīsterii. in edificationem corporis x̄pi. donec occurramus oēs in unitatem fidei & agnitionis filij dei in uirū perfectum. in mensurā etatis plenitudinis x̄pi. ut iam non simus paruuli fluctuantes. & circūferamur omni uento doctrine in nequitia hominū. in astutia ad circūuentionem erroris. Veritatem autē facientes in caritate crescamus in illo per omnia qui ē caput x̄pus. ex quo totum corpus compactum & conexum per omnē iuncturā subministrationis. fm operationem in mensurā unius cuiusq; mēbri. augmentum corporis facit in edificationem sui ipsius in caritate. Hoc igitur dico & testificor in dño. ut iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in uanitate sensus sui. tenebris obscuratū habentes intellectum. alienati a uita dei per ignorantiā que est in illis. propter cecitatem cordis ipsorum. qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie. in operationē immundicie omnis in auaritia. Vos autem non ita didicistis x̄pm. si tamen illum audistis & in ipso edocti estis. sicut est ueritas in ihū. Deponere uos fm pristinam conuersationem ueterem hominē qui corrumpitur fm desideria erroris. Renouamini autē spū mentis ure. & induite nouum hominē qui fm deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini ueritatē unusquisq;

PAVLVS AD EPHESIOS

cum proximo suo. qm sumus invicem membra. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur iam non furetur. magis autem laboret laborando manibus suis quod bonum est. ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. sed si quis bonus est ad edificationem fidei. ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei. in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo & ira. & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem invicem benigni misericordes. donantes invicem sicut & deus in christo donavit nobis.

V

Estote ergo imitatores dei. sicut filii carissimi. & ambulate in dilectione. sicut & christus dilexit nos. & tradidit semetipsum pro nobis. oblationem & hostiam deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia. aut avaritia. nec nominetur in vobis. sicut decet sanctos. aut turpitudo. aut stultiloquium aut scurrilitas que ad rem non pertinet. sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes. quod omnis fornicator aut immundus. aut avarus. qui est idolorum servitus. non habet hereditatem in regno christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Fuistis enim aliquando tenebre. nunc autem lux in domino. ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & justitia & veritate. probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. magis autem & redarguite. Que enim in occulto fiunt ab ipsis. turpe est & dicere. Omnia autem que arguuntur a lumine. manifestantur. Omne enim quod manifestatur. lumen est. Propter quod dicit. Surge qui dormis. & exurge a mortuis. & illuminabit te christus. Videte itaque fratres quomodo caute ambuletis. non quasi insipientes. sed ut sapientes. Redimentes tempus. quoniam dies mali sunt. Propterea

nolite fieri imprudentes. sed intelligentes quid sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria. sed implemini spiritu sancto. loquentes vobis metipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus. cantantes & psallentes in cordibus vestris domino. Gratias agentes semper pro omnibus. in nomine domini nostri iesu christi. deo & patri. Subiecti invicem in timore dei. Mulieres viris subdite sint tanquam domino. quoniam vir caput est mulieris. sicut christus caput est ecclesie. ipse salvator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est christo. ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite uxores vestras. sicut & christus dilexit ecclesiam. & tradidit semetipsum pro ea. ut illam sanctificaret. mundans lavacro aque in verbo vite. ut exhiberet ipse sibi ecclesiam gloriosam. non habentem maculam aut rugam. aut aliquid huiusmodi. sed ut sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere uxores suas. ut corpora sua. Qui uxorem suam diligit. seipsum diligit. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit. sed nutrit & fovet eam. sicut & christus ecclesiam. quia membra sumus corporis eius. de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam. et adherebit uxori sue. & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in christo & ecclesia. Verumtamen & vos singuli unusquisque suam uxorem sicut seipsum diligat. Uxor autem timeat virum suum.

VI

Filii obedite parentibus vestris in domino. hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem. quod est mandatum primum in promissione. ut bene sit tibi. & sis longevus super terram. Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros. sed educate illos in disciplina & correptione domini. Servi obedite dominis carnalibus. cum omni timore & tremore. in simplicitate cordis vestri. sicut christo. non ad oculum servientes quasi hominibus placentes. sed ut servi christi facientes voluntatem dei ex animo. cum bona voluntate servientes sicut domino & non hominibus. scientes quoniam unusquisque quodcunque fecerit bonum. hoc recipiet a

PAVLVS AD PHILIPENSIS



Incipit epistola ad philippenses.

vio. sine fine fuit libet. Et hoc dili
gentem fraterne. animantes mutuo
facientes quia rillorum rui vis est in
celis. 7 personarum accepio non est
apud eum. Ex certo fiet exhortatio i
vio. 7 in potentia numinis eius. Indu
te nos armaturam dei. ut possimus stare
adversus insidias diaboli. quia non
nobis colluctatio adversus carnem 7
sanguinem. sed adversus principes 7 pote
stes. adversus mundi rectores tenebra
rum harum sed spiritalia nequitie in
celestibus. propter hoc accipite armaturam
dei. ut possitis resistere in die malo. 7
in omnibus perfecti stare. State ergo suc
cincti lumbos vre in veritate. 7 indu
ti loricā iustitie. 7 calciati pedes in prepa
ratione euangelii pacis. In omnibus
sumite scutum fidei. in quo possitis
omnia tela nequissimi ignea extin
guere. 7 galeam salutis assumite. et
gladium spiritus quod est verbum dei. per
omnem orationem 7 obsecrationem orantes
omni tpe in spiritu. 7 in ipo vigilantes
in omni instantia 7 obsecratione. pro
omnibus sctis et pro me. ut detur mihi
sermo in apertione oris mei cum fidu
cia notum facere mysterium euangelii
pro quo legatione fungor: in catena.
ita ut in ipo audeam. prout oportet me
loqui. Ut autē vos sciatis que circa
me sunt quo agam. omnia vobis ma
ficiet tychicus carissimus frr 7 fidelis
minister in dño. quem misi ad vos
ut cognoscatis que circa nos sunt. 7 co
soletur corda vra. pax fratribus 7 caritas
cum fide. a deo pre 7 dño ihesu xpo. Gra
cum omnibus qui diligunt dñm nrm
ihesum xpm. in incorruptione amen.

Explicit epla ad ephesios. Incipit argū
m epl'am ad philipēses

Philipenses sunt ma
cedones. bi acceptū
bo nuntio. pfecerunt i
tre nec receperunt falsos apos. hos
apls collaudat. scribens eis a vin
cis ut caveant pro epatione nuntium.

Incipit epistola ad philippenses.

Gratia vobis 7 pax a deo patre nro 7 dño ihesu xpo. Gratias ago deo meo
in omni memoria vra semper in cunctis ora
tionibus meis pro omnibus vobis cum gau
dio deprecationem faciens super collatione vra. in euangelio xpi. a prima
die usque nunc confidens hoc ipsum. quia
qui cepit in vobis opus bonum. perficiet usque in diem xpi ihesu. Sicut est mihi
hoc sentire pro omnibus vobis. eo
quod habeam vos in corde. 7 in vinculis meis
et in defensione 7 confirmatione euangelii
socios gaudii mei omnes vos esse. Testis
enim mihi est deus. quomodo cupiam omnes
vos esse in visceribus ihesu xpi. Et hoc oro
ut caritas vra magis ac magis abun
det in scia 7 in omni sensu. ut probetis
potiora. 7 sitis sinceres 7 sine offensa in
die xpi. repleti fructu iustitie per xpm xpi

P. AD PHILI

m gliam 7 laudem dei. Scire aut uos uolo fres. quia que circa me sunt magis ad profectum peruenerunt euangelij ita ut uincula mea manifesta fierent in xpo. in omni pretorio 7 in cetis omnibus. ut plures ffres in dño confidentes multo plus audere sine timore uerbum dei loqui. Quidam quidē 7 propter inuidiam 7 contentionē. quidam aut 7 propter bonam uoluntatē xpm predicant. Quidam uero ex caritate. sciētes quia in defensione euangelij positus sum. Quid ergo nisi tamen omni modo. sive per occasionē sive per ueritatē. xps annuncietur. Et in hoc gaudeo. sed 7 gaudebo. Scio enim quia hoc michi proueniet in salutē. per uestram oronem. 7 subministrationē spūs ihū xpi. sm expectationē 7 spem meam. quia in nullo confundar. sed in omni fiducia sicut semper 7 nunc magnificabitur xps in corpore meo. sive per uitam sive per mortem. Michi enim uiuere xps est. 7 mori lucrum. Si autem uiuere in carne. hoc michi fructus operis est. 7 quid eligam ignoro. Coarctor aut ex duobus. desiderium habens dissolui. 7 cū xpo esse. Multo magis melius. permanere autē in carne necessarium propter uos. Et hoc confidens scio. quia manebo 7 permanebo omnibus uobis. ad profectum uestrum 7 gaudium fidei. ut gratulatio uestra abundet in xpo ihū in me per meum aduentum iterum ad uos. Tantum digne euangelio xpi uestre conuersationis. ut siue cum uenero 7 uidero uos. siue absens audiam de uobis. quia statis in uno spū unanimes collaborantes fidei euangelij. 7 in nullo terreamini ab aduersantibus que est illis cā perditionis. uobis aut salutis. Et hoc a deo. quia uobis donatum est pro xpo. non solum ut in eum credatis. sed 7 ut pro illo. eadem certamen habentes qualem uidistis in me. 7 nunc audistis de me. Si qua ergo consolatio in xpo. si quod solatium caritatis. si qua societas spūs. si qua uiscera miserationis. implete gaudium meum. ut idem sapiatis eam dem caritatem habentes. unanimes idipsum sentientes. Nichil per contentionē neque per inanem gloriam. sed in humilitate superiores. sibimet inuicē arbitrantes. non que sua singuli considerantes. sed ea que aliorum. Hoc enim sentite in uobis quod 7 in xpo ihū. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Sed semetipm exinanuit formam serui accipiens. in similitudinem hominum factus. habitu inuentus ut homo. humiliauit semetipm factus obediens usq; ad mortem. mortem aut crucis. propter quod 7 deus illum exaltauit. 7 donauit illi nomen quod est super omne nomen. ut in nomine ihū omne genu flectatur. celestium terrestrium 7 infernorum. Et omnis lingua confiteatur. quia dns ihūs xps in gloria est dei patris. Itaq; carissimi mei sicut semper obedistis. non in presentia mea tantum. sed multo magis nunc in absentia mea. cum metu 7 tremore uram saluti operamini. Deus est enim qui operatur in uobis 7 uelle 7 perficere pro bona uoluntate. Omnia aut facite sine murmurationibus 7 hesitationibus. ut sitis sine querella. 7 simplices filij dei. sine reprehensione in medio nationis prauae 7 peruerse. inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. uerbum uite continentes ad gloriam meam in die xpi. quia non in uacuum cucurri. neque in uacuum laboraui. Sed 7 si immolor super sacrificium. 7 obsequium fidei ure. gaudeo 7 congratulor omnibus uobis. Id ipm aut 7 uos gaudete 7 congratulamini michi. Spero aut in dño ihū timotheum cito me mittere ad uos. ut 7 ego bono animo sim. cognita que circa uos sunt. Neminē enim habeo tam unanimē. qui sincera affectione pro uobis sollicitus sit. Omnes enim que sua sunt querunt. non que ihū xpi. Experimentum aut eius cognoscitis. quia sicut filius meus mecum seruiuit in euangelio. Hunc igitur spero me mittere ad uos. mox ut uidero que circa me sunt. Confido aut in dño. quia 7 ipse ueniam ad uos cito. Necessarium aut existimaui epafroditum fratrem 7 cooperatorem 7 commilitonem meum. uestrum aut apostolum 7 ministrum necessitatis mee mittere ad uos. quoniam

omnes

PENSIS

omnes nos desiderabat ⁊ mestus erat a
propꝫ q̄ audierant illum infirmatum.
Nam ⁊ infirmatus ē usq; ad mortem. Sed
deus misit ē eius. Non solum aut̄ eū
ueruꝫ ēt ⁊ mei. ne tristiciā super tristiciā
habrem. Festinantius ergo misi illum. ut
uiso eo iterum gaudeatis. ⁊ ego sine tri
stitia sim. Excipite itaq; illum cum o
gaudio. in dño. ⁊ huiusmodi cum honore
habete. quiꝫ propꝫ opus xpi usq; ad mor
tem accessit. tradens animā suam. ut i
pleret ꝫ quod ex uobis deerat erga me
um obsequium.

Decetero fres mei. gaudete
in dño. Eadem uobis scri
bere michi quidem nō pi
grum. uobis aut̄ necessa
rium. Videte canes. uidete malos operā
rios. uidete concisionem. Nos enim sū
mus circumcisio. qui spiritu deo seruimꝰ.
⁊ gloriamur in xpo iesu. ⁊ non in carne fi
ducia habentes. quāq; ego habeam confi
dentiam ⁊ in carne. Si quis alius uidetur
confidere in carne. ego magis circūcisus
octauo die ex genere israhel. de tribu ben
iamin. hebreus ex hebreis. scm legem phari
seus. scm emulationē persequens eccl̄iam
dei. scm iustitiam que in lege ē conuersa
sine querela. Sed que mihi fuerunt lucra
hec arbitratus sum propꝫ xpm detrimē
ta. Verumtamen existimo omnia detrimēta
ee. propꝫ eminentē sciam iesu ē dñi mei.
propꝫ quem omnia detrimentum feci. et
arbitror ut stercora ut xpm lucrifaciam.
⁊ inueniar in illo nō habens meā iustitiam
que ex lege ē. sed illam que ex fide ē iesu xpi
Que ex deo ē iustitia in fide. ad agnoscē
dum illum ⁊ uirtutē resurrectionis ei⁹
⁊ societatē passionis illius. configuratus
morti eius. si quomodo occurram ad re
surrectionē que ē ex mortuis. Non q̄
iam acceperim. aut iam perfectus sim. /
Sequor aut̄ si quomodo comprehendam. in
quo ⁊ comprehensus sum a xpo iesu. Fres
ego me non arbitror comprehendisse. Unum
aut̄ que quidē retro sunt oblui
scens. ad ea que sunt priora extendēs
meipm. ad destinatum persequor. ad ra
bravium supne uocationis dei in xpo
iesu. Quicumq; ergo perfecti sumus
hoc sentiamus. ⁊ si quid aliter sapitis. ⁊
hoc uobis deus reuelabit. Verumtamen ad
quod peruenimus. ut idem sapiamus.
⁊ in eadem permanemus regula. Imitato
res mei estote fres. ⁊ obseruate eos q̄
ita ambulant. sicut habetis formā nram.
Multi enim ambulant quos sepe dice
bam uobis. Nunc aut̄ ⁊ flens dico inimi
cos crucis xpi. quor finis interitus
quor deus uenter ē. ⁊ gloria in confusione
ipor. qui terrena sapiunt. Nra aut̄ conuer
satio in celis ē. Unde etiā saluatorē exspe
ctamus dñm nrm iesum xpm. qui
reformabit corpus humilitatis nre.
configuratum corpori claritatis sue. scm
operationē. qua possit etiā subicere sibi
omnia. Itaq; fres mei dilectissimi ⁊
desideratissimi. gaudium meū ⁊ corona
mea. sic state in dño carissimi. Euodiam
rogo. ⁊ sinthicen deprecor. idipm. /
sapere in dño. Etiam rogo ⁊ te germane
compar. adiuua illas que mecum laborā
uerunt in euangelio cum clemente ⁊
ceteris adiutoribus meis. quor nomina
sunt in libro uite. Gaudete in domino
semper. iterū dico gaudete. Modestia
nra nota sit omnibus hominibus. Dominus
prope ē. Nichil solliciti sitis. sed in omni
oratione ⁊ obsecratione cum gratiarum
actione. petitiones ure innotescant apud deum.
Et pax dei que exsuperat omnē sensum
custodiat corda nra ⁊ intelligentias ue
stras. in xpo iesu. Decetero fres. quecumq;
sunt uera. quecumq; pudica. quecumq; /
iusta. quecumq; sca. quecumq; amabilia
quecumq; bone fame. si qua uirtus. si qua
laus discipline. hec cogitate que ⁊ didi
cistis. ⁊ accepistis ⁊ audistis ⁊ uidistis in
me. hec agite. ⁊ deus pacis erit uobcū.
Gauisus sum aut̄ in dño uehementer.
quia tandem aliquando refloruistis pro me
sentire sicut ⁊ sentiebatis. Occupati eti
eratis. Non quasi propter penuriā dico.
Ego enim didici in quibus sum sufficiens
ee. Scio ⁊ humiliari. scio ⁊ abundare. /
Ubique ⁊ in omnibus instructus sum. et
saturari. ⁊ esurire ⁊ abundare. ⁊ penuriaꝫ
pati. Omnia possum. in eo qui me cō
fortat. Verumtamen uos benefecistis coici
entes tribulationem mee. Scitis aut̄ ⁊ uos
philippenses. q̄ in principio euāgelij.
q̄ profectus sum a macedonia. nulla /

·P·AD PHILIPENSES·

·P·AD COLOSENSES

michi eccla coicauit.in ratione dati et
recepti nisi uos soli. quia ꝛ thessalonicai
semel ꝛ bis in usum michi misistis. Non
quia quæro datum. sed requiro fructum
habundantem in ratione ura. Habeo aũt
omnia. ꝛ habundo. Repletus sum aute
acceptis ab epafrodito. que misistis mi
odorem suauitatis. hostiam acceptam
placentem deo. Deus aũt meus iplet
omne desiderium uũm. secundum diui
tias suas in gla in xpo ihesu. Deo aute
ꝛ patri nro. gloria in seculorum amen.
Salutate omnem sanctum in xpo ihesu.
Salutant uos qui mecum sunt fratres.
Salutant uos omnes sci. maxime aũt
qui de cesaris domo sunt. gra dnoꝝ
nri ihesu xpi cum spiritu scō amen.

Explicit epla ad philipenses. Incipit argũ
ad colosenses.

Colosenses ꝛ ibi ficut

Laodicenses sunt. ad

am. ꝛ ipi preuenti e

unt a pseudo aplis. Nec ad hos acces
sit ipe aplus. & ꝛ hos per eplam corrigit
Audierant enim uerbum ab archippo
qui ꝛ ministerium in eos accepit. Ergo
apostolus tam ligatus. scribit eis ab
epheso per tichicum diaconem ꝛ one
simum — atolitum. Explicit argumẽ
Incipit epistola ad colosenses.

Au
Lus
Apo
Sto
Lus
xpi
Ihesu
Deo

uoluntatem dei. ꝛ timotheus frater bis
qui sunt colosis. scis ꝛ fidelibus fratribo
in xpo ihesu. Gra uobis ꝛ pax a deo pre
nro. Gratias agimus deo. ꝛ pi dnoꝝ
nri ihesu x̃i. semper pro uobis orantes. ꝛ
audientes fidem uram in xpo ihesu. ꝛ di
lectionẽ quam habetis in omes scos. propt
spem que reposita ẽ uobis in celis. quã
audistis in uerbo ueritatis euangelii
quod peruenit ad uos. sicut ꝛ in uniuer
so mundo ẽ. ꝛ fructificat ꝛ crescit. sicut
in uobis ex qua die. qua audistis. ꝛ cog
nistis gratiam dei in ueritate. sicut didi
stis ab epaphra carissimo ꝛ fideli nro. ꝛ
qui ẽ fidelis pro uobis ministꝛ xpi ihesu.
qui et manifestauit nobis dilectionẽ
uram in spũ. Ideo ꝛ nos ex qua die au
diuimus non cessamus pro uobis ora
tes ꝛ postulantes. ut impleamini agni
tione uoluntatis eius. in omi sapia ꝛ
intellectu spirituali. ut ambuletis digne
deo. per omia placentes. in ois bono o
pere fructificantes. ꝛ crescentes in scia
dei. in omi uirtute confortati. sm potẽtia
claritatis eius. in omi patientia ꝛ lon
ganimitate cum gaudio. gras agentes
deo ꝛ pri. qui dignos nos fecit in partẽ
sortis scoꝝ in lumine. qui eripuit nos
de potestate tenebrarum. ꝛ transtulit in re
gnum filii dilectionis sue. in quo habẽ
redemptionẽ. ꝛ remissionẽ peccatorum.
qui ẽ ymago dei inuisibilis primogenit
omnis creature. qm in ipo condita sunt u
niuersa in celis. ꝛ in terra. uisibilia ꝛ in
uisibilia. sive throni sive dominationes. siue
principatus. sive potestates. Omnia p

P·AD COLOS ENSES

ipm 7 in ipo creata sunt. 7 ipe è ante oes
7omnia in ipo stant. 7 ipe è caput cor
poris ecclie. qui è principium primo
genitus ex mortuis. ut sit in omnib⁹
ipe primatum tenens. quia in ipo có
placuit omnē plenitudinem habitare
7 per eum recōciliare omnia in ipsum.
pacificans per sanguinē crucis eius.
sive que in celis. sive que in tris sunt. 1
Et vos cum ceis aliqñ alienati. 7 ini
mici sensu o⁹ pe⁹ malis. nunc aut̄ re
conciliavit in corpore carnis eius p mo
tem. exhibere vos scōs 7 immaculatos. 7 ir
preh⁹ensibiles coram ipo. Si tñ permā
tis in fide fundati. 7 stabiles 7 immobiles
à spe evangelij quod audistis. quod p
dicatum è in universa creatura que sb
celo è. cuius fc⁹s sum ego paulus mi
ster. qui nunc gaudeo in passionib⁹ p
vobis. 7 adimpleo ea que desunt pas
sionum x̄i in carne mea. p⁹o corpore ei⁹
quod è eccla. cuius fc⁹s sum ego mini
ster. sm dispensationē dei. que data è
mihi in vobis. ut impleam verbum
dei. mysterium quod absconditū fuit
a sclis 7 gñationib⁹. nunc aut̄ manife
statum è scis eius. quib⁹ voluit deus
notas facere divitias glorie sacrāmēti
eius in gentib⁹. quod est xps in vobis
spes glorie quem nos annūtiamus.
corripientes omnē hominē. 7 docentes
omnē hominē in omni sapia. ut exhi
beamus omnē hominē perfectū in xpo
ihesu. in quo 7 laboro certando sm ope
rationē eius. quā operatur in me i virtute

Volo enim vos
scire fr⁹s. qualem sollicitu
dinem habeam p⁹o vobis. 7
p⁹o his qui sunt laodicie.
7 quicūq⁹ non viderunt faciem meam
in carne. ut ⁹solentur corda ip⁹orum
instructa in caritate. 7 in omnes divitias ple
nitudinis intellectus. in agnitionē
misterij dei p⁹is xpi ihesu. in quo sunt
omnes thesauri sapie abscondit̄. Hoc āt
dico. ut nemo vos decipiat in sublimi
tate sermōnū. nam 7 si corpore absens
sum. sed spū vobiscum sum. gaudens
7 videns ordinē vr̄m. 7 firmamentū ei⁹
que è in xpo fidei vr̄e. Sicut ergo acce
pistis xpm ihesum dñm. in ipo am

bulate. radicati 7 superedificati in ipo
7 confirmati fide sicut doctisti⁹. abun
dantes in illo. in gratiarum actione. 1
Videte ne quis vos decipiat per philo
sophiam 7 inanem fallaciam sm tra
ditionē hominū. sm elementa mundi
7 non sm xpm. quia in ipo inhabitat oīs
plenitudo divinitatis corporaliter. et
estis in illo repleti. qui è caput omnis
principatus 7 potestatis in quo 7 circum
cisi estis. circumcisione nō manufacta. i
exspoliatione corporis carnis. sed in circū
cisione xpi. ⁹sepulti ei in baptismo. i
quo 7 consurrexistis per fidem operationis
dei. qui suscitavit illum a mortuis. 7
vos cum mortui estis in delictis. 7 pputio
carnis vre ⁹vivificavit cum illo. 1
donans vobis omnia delicta. delens
quod adversum nos erat. cyrographū
decreti quod erat contrarium nobis. et
ipm tulit de medio affigens illud
cruci. exspolians principatus 7 potes
tates. traduxit confidenter palam triū
phans illos in semetipo. Nemo ergo
vos judicet in cibo. aut in potu. aut i
parte diei festi. aut neomenie. aut sab
batorum. que sunt umbra futurorum.
corpus aut̄ xpi. Nemo vos seducat
volens in humilitate 7 religione an
gelorum. qui non vidit ambulans. 1
frustra inflatus sensu carnis sue. 7 non
tenens caput. ex quo totum corpus
per nexus. 7 connectiones subministratū
7 constructū crescit in augmentum dei. Si
ergo mortui estis cum xpo. ab elemen
tis hujus mundi: quid adhuc tanq̄m vi
ventes in mundo decernitis. ne tetigeris
ne gustaveris. ne contrectaveris. Que
sunt omnia in interitu ipo usu sm præ
cepta 7 doctrinas hominū. que sunt rōnē
quidē habentia sapie. in superstitione et
humilitate. 7 ad non parcendum cor
pori non in honore aliquo ad saturita
tem carnis.

Si ergo consurrexistis cū x̄o.
que sursum sunt querite.
ubi xps è in dextera dei se
dens. que sursum sunt sa
pite. non que super terra. Mortui en⁹
estis. 7 vita vra abscondita è cum x̄o i
deo. Cum aut̄ xps apparuerit vita 7

P·AD COLOSENSES

uia. tunc tuos apparebitis cum ipo in gloria. ¶Mortificate ergo mẽbra uia. q̃ sunt sup̃ terram. fornicationẽ immundiciam libidinẽ. concupiscentiam malam & auaritiam. que ẽ simulacroꝝ seruitus. propt̃ quę uenit ira dei sup̃ filios iniquitatis. in quibꝫ & uos ambulastis aliq̃n. cum uiueretis in illis. ¶Nunc aũt deponite & uos omnia. iram indignationem. malitiam. blasphemiam. turpem sermonẽ de ore uro. ¶Nolite mentiri inuicẽ expoliantes uos ueterem hominẽ cum actibꝰ suis. & induentes nouum hominẽ qui renouatur in agnitione dei. secundum imaginem eius qui creauit eum. ubi non est masculus & femina. gentilis & iudeus circumcisio & preputium. barbarus & scitha. seruus & liber. sed omnia & in omnibꝰ xp̃s. Induite uos ergo sicut electi dei sancti & dilecti uiscera miẽ. benignitatẽ humilitatem modestiam. patientiã sustinentes inuicem. & donantes uobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam. sicut & dns donauit uobis. ita & uos. Super omnia aũt habete hec. caritatẽ quod ẽ uinculum perfectionis. Et pax dei exultet in cordibꝰ uris. in qua & uocati estis in uno corpore. & grati estote. Verbum xp̃i habitet in uobis habundanter. in omni sapientia docentes & monentes uos metipsos. in psalmis & ymnis & canticis spiritalibꝰ in gratia cantantes in cordibꝰ uris dño. Omne quodcumq̃ facitis in uerbo aut in opere omnia in nomine dñi ihesu xp̃i. Gratias agentes deo & p̃ri per ipm. Mulieres subdite estote uris sicut oportet in dño. Uiri diligite uxores uras. & nolite amare ad illas. Filij obedite parentibꝰ uris per omnia. Hoc enim placitum ẽ in dño. Patres nolite prouocare filios uros ad indignationẽ. ut non pusillo animo fiant. Serui obedite per omnia dñis carnalibꝰ. non ad oculum seruientes quasi hominibꝰ placentes. sed in simplicitate cordis timentes dñm. Quodcumq̃ facitis ex animo operamini sicut dño & non hominibꝰ. Scientes q̃ a dño recipietis retributionem hereditatis. Dño xp̃o seruite. Qui enim iniuriam facit recipiet id quod iniq̃ gessit. & nõ ẽ personarum acceptio apud deum. Dñi quod iustum & equũ

suis p̃iate. scientes quũ & uos dominũ habetis in celo

Salutat uos aristarchus concaptiuus meus. & marcus consobrinus barnabe de quo accepistis mandata. si uenerit ad uos excipite illum. & iesus qui dicitur iustus. qui sunt ex circumcisione. hi soli sunt adiutores mei in regno dei. qui mihi fuerunt solatio. Salutat uos epaphras. qui ẽ ex uobis seruus xp̃i ihesu. semper sollicitus pro uobis in orationibꝰ ut stetis perfecti. & plenam in omni uoluntate dei. Testimoniũ enim illi perhibeo. q̃ habet multum laborem pro uobis & pro his qui sunt laodicie. & qui hierapoli. Salutat uos lucas medicus karissimus. & demas. Salutate fres qui sunt laodicie. & nimpham & quę in domo eius ẽ ecclia. Et cum lecta fuerit apud uos epla. facite ut & in laodicensium ecclia legatur. & ea que laodicensium ẽ uobis legatur. Et dicite archippo. Uide ministerium tuum quod accepisti in dño. ut illud impleas. Salutatio mea manu pauli. Memores estote uinculorum meorum. Gra dñi ihesu uobiscum amen. Explicit epla ad colosenses. Incipit argumentum in epla ad thessalonicenses.

Thessalonicenses sunt macedones. Qui ac

cepto uerbo ueritatis.

P·AD THESALONICENSES



pestiterunt in fide: etiam in persecutiõe
ciuium suorum. Preterea nec receperunt
falsos apl'os. nec ea que a falsis apostolis
dicebantur. hos collaudat aplus scribẽs
eis ab ethenis pertinacia tonesimum.
Explicit argumentum. Incipit epl'a
Ad thessalonicenses.

Paulus Et Silvanus Et Timotheus. ecclie thessalonicensium i deo
pre. i domino ihesu xpo. Gratia uobis i
pax. Gratias agimus deo semper pro
omnibus uobis. memoria uri facientes
in orationibus nris sine intermissione. me
mores operis fidei uri. i laboris i caritatis
i sustinentie spei domini nri ihesu xpi. an
deum i patrem nrm. scientes fres dilecti a
deo electionẽ uram quia euangelium
nrm non fuit ad uos in sermone tantum.
sz in uirtute i spũ scõ. i plenitudine mlta. sicut scitis. quales fuerimus in uobis
propter uos. Et uos imitatores nri facti estis
i dei. excipientes uerbũ in tribulatione
multa cum gaudio spus sci. ita ut facti
sitis forma omnibus credentibus in mace
